

del Colegio de la Comp. de Jesus del gran B.

R 15944

B.

THOMÆ MORI
ANGLI, VIRI ERVDI
TIONIS PARITER AC VIRI
TVTIS NOMINE CLARISSI
MI, ANGLIÆQVE OLIM
CANCELLARI,


Omnia, quæ hucusque ad manus nostras peruenerunt, Latina Opera
quorum aliqua nunc primum in lucem prodeunt, reliqua
verò multo quàm antea casti
gatoria.

HORVM OMNIVM ELENCHVM
Pagina duodecima demonstrabit.

*Notandum quod
is qui hoc opus
composuit
non est
Mori.*



*Ex commissione officij
S. Magnifici Librarii
publici et
perpetui
Anno 1566
Caroli di 8 Junij*



LOVANIÏ,
Apud Petrum Zangrium Tiletanum,
sub Fonte, Anno 1566.




VIII-3

L11804051

L.a.s

S

la 15 12



BIB	OSPITAL REAL
	DA
	A
	43
	170

7 400 40 *Galbra* Made in Spain



del Colegio de la Comp. de Jesus del gran B^o

R 15944

B^o

THOMÆ MORI
ANGLI, VIRI ERVDI
TIONIS PARITER AC VIR-
TVTIS NOMINE CLARISSI-
MI. ANGLIÆQVE OLIM
CANCELLARI,

Omnia, quæ hucusque ad manus nostras peruenerunt, Latina Opera;
quorum aliqua nunc primum in lucem prodeunt, reliqua
verò multo quàm antea casti-
giora.

HORVM OMNIVM ELENCHVM
Pagina duodecima demonstrabit.


*Nota bene ad lectoris
ut per hanc paginam
ad hanc partem
ad hanc partem
ad hanc partem*



*Ex commissione officij
S^{te} Magnifici Vice-
regij huiusmodi
Et purgat anni 1602
Carade die 8 Junij anno 1602*




LOVANII,
Apud Petrum Zangrium Tiletanum,
sub Fonte, Anno 1566.



THOMAS MORVS ANGLIÆ CANCELLARIVS
 (QVOD GENVS OFFICII APVD ANGLOS SECVNDVM
 A PRINCIPE LOCVM OBTINET) DECIMO SEXTO DIE MAII,
 Anno Domini supra Milleſimū quingenteſimo treceſimo ſecundo, regni verò Regiſ Henrici octavi viceſi-
 mo quarto, magiſtratu ſe abdicauit, ſequentiq; eſtate, hoc inſcriptum epitaphium compoſuit,
 & ſepulchro ſuo, quod ſibi, aũ in cællariatu agebat, extruxerat in parochiali ſua Eccleſia
 apud villam Chelſey, vbi habitabat, diſtantiẽ haud amplius tribus miliaribus An-
 glie ab vrbe Londinenſi, inſcribendum curauit: poſtea vero eius
 corpus haud illic, ſed in arce Londi-
 nenſi conditum eſt.

EPITAPHIVM THOMÆ MORI.



THOMAS Morus, vrbe Londinenſi, familia non cele-
 bri, ſed honeſta natus, in literis vtcunq; verſatus, quū &
 cauſas aliquot annos iuuenis egiſſet in foro, & in vrbe
 ſua pro Shyreno ius dixiſſet, ab inuictiſſimo Rege Hen-
 rico octauo (cui vni regum omnium gloria prius inaudi-
 ta contigit, vt fidei deſenſor, qualem & gladio ſe & ca-
 lamo vere præſtitit, merito vocaretur) adſcitus in aulam
 eſt, delectuſque in conſilium, & creatus eques; proque
 ſtor primum, poſt cancellarius Lancaſtriæ, tandem Angliæ miro Principiſ fa-
 uore factus eſt. Sed interim in publico regni ſenatu lectuſ eſt orator populi, præ-
 terea legatuſ Regiſ nonnunquam fuit, alias alibi: poſtremo vero Cameraci, com-
 mes & collega iunctuſ principi Legationiſ Cuthberto Tunſtallo, tum Londi-
 nenſi, mox Dunelmenſi epiſcopo: quo viro vix habet orbis hodie quicquã eru-
 dituſ, prudentiuſ, meliuſ. Ibi inter ſummoſ orbis Chriſtiani monarchaſ, ruſtuſ
 reſecta fœdera, redituſq; mûdo diu deſideratam pacem, & laetiſſimuſ vidit, &
 legatuſ interfuit. *Quam ſuperi pacem firment, ſaxinũq; perennem*

In hoc officiorum vel honorũ curſu quū ita verſaretur, vt neq; Princepſ op-
 timuſ operã eiũ improbare, neq; nobilibuſ eſſet inuiſuſ, neq; iniucunduſ po-
 pulo furibuſ autẽ, homicidiſ, hereticuſq; moleſtuſ: pater eiũ tãdẽ Ioãneſ Moruſ
 equeſ, & in eũ iudiciũ ordinẽ à principe cooptatuſ, qui regiuſ cõſeſſuſ vocatur,
 homo ciuiliſ, innocenſ, mitiſ, miſericorſ, æquuſ & integẽr, annuſ quidẽ grauiſ,
 ſed corpore pluſ quã pro etate viuuduſ, poſtquã eo productã ſibi vidit, vt filiũ
 videret Angliæ Cancellariũ, ſatiſ in terra iã ſe moratũ ratuſ, libẽſ migravit in
 coelũ. At filiũ deſuncto patre, cui quãdiu ſupererat cõparatuſ, & iuueniſ voca-
 ri cõſueuerat, & ipſe quoq; ſibi videbatur, amiſſum iã patre requirẽſ, & editoſ
 ex ſe liberoſ quatuor ac nepoteſ vndecim reſpiciẽſ, apud animũ ſuũ coepit per-
 ſeſcere. Auxit hunc affectũ animi ſubſequuta ſtatim velut adpetentiſ ſenij ſig-
 nũ, pectoriſ valetudo deterior. Itaq; mortaliũ harũ rerũ ſatur, quã rẽ à puero pe-
 nẽ ſemper optauerat, vt vltimoſ aliquot vitæ ſuæ annoſ obtineret liberoſ, qui-
 buſ huiuſ vitæ negõtijs paulatim ſe ſubducẽſ, futuraſ poſſet in mortalitate medi-
 tari, eã rẽ tãdẽ (ſi ceptiſ annuat Deº) indulgẽtiſſimi principiſ incomparabili benefi-
 cio reſignatiſ honoribº impetrauit: atq; hoc ſepulchruũ ſibi, quod mortis eũ nũq;
 ceſſantiſ adreperẽ quotidie cõmonefaceret, trãſlatiſ huc prioriſ vxoriſ oſſibuſ,
 extrudẽdũ curauit. Quod ne ſuperſteſ fruſtra ſibi fecerit, nẽve ingruentẽ trepiduſ
 mortẽ horreat, ſed deſiderio Chriſti libẽſ oppetat, mortẽq; vt ſibi nõ omnino
 mortẽ, ſed ianuã vitæ foelicitoriſ inueniat, precibuſ eũ pijs lectoꝝ optime ſpirã-
 tem precor deſunctuũq; proſequere.

Autum eſt diplomate Regio, ne quiſ hæc Thomæ Mori Angli opera, præ-
 ter Ioanneſ Bogardum, & Petruſ Zangnum hoc proximo ſexennio
 imprimat, aut alibi impreſſa vanũ exponat, aut diſtribuat, ſub pena cõ-
 ſignationiſ libroruũ, & viginti florenoruũ multa: vt latuſ videre eſt in lite-
 riſ noſtriſ.

Datum Bruxellis Anno 1565. Octobriſ decima quarta.

Subſignatum

De Facuyez.

huius cogniti colluionē. Quæ in tot mortalium studijs vt acerbis & incitatis, sic inanibus & irrisus turbide & æstuose in præcipitum rapitur. Eius igitur insulæ cognitionem THOMÆ MORO debemus, qui beatæ vitæ exemplar, ac viuendi præscriptū ætate nostra promulgauit, ab Hythlodæo, vt ipse tradit, inuentum, cui omnia ferè accepta, qui vt Vtopianis ciuitatem architectatus sit, ritusque illis & instituta condiderit, id est beatæ vitæ argumentum nobis inde mutuatus sit, & importauit, MORVS certe insulam & sancta instituta stilo orationeque illustrauit, ac ciuitatem ipsam Hagnopolitanorum ad normam regulamque exposiuit, oiaque ea addidit, vnde operi magnifico decor venustasque accedit, & authoritas, etiam si in ea opera nauanda sibi tantū partes structoris vendicauit, videlicet religio fuit maiores sibi partes in eo opere sumere, ne Hythlodæus iure quæri posset gloriam sibi à Moro præceptam, præfloratamque relinqui, si quando suos ipse labores literis mandare constituisset. *ἐλάσσονος δὲ τῆς αὐτοῦ, καὶ ἰσχυροῦς αὐτὸς ὁ τῆς οὐδ' ἐπο- τία γενέσθαι ἐμφιλοχάρων ἐπιφανείας ποτε δ' ὁμογενείας, καὶ βαρυνοίτου ταύτην ἀγνομο- σὺν μὲν αὐτοῦ τοῦ γε ἐγκραταλιπόντος αὐτοῦ προσσηθισμένον ἢ κλίος τοῦ ἐυρέματ' οὐ τούτῃ. οὐτω γὰρ περιέσθαι, πρὸς ἀνδρῶν ἐστὶν ἀλαβῶν τε καὶ σοφῶν.* Moro autē homini per se graui, & auctoritate magna subnixo fidem planè vt habeam, efficit Petri Ægidij Antuerpiensis testimoniu, què virū nūquā coram à me cognitum (mitto nunc doctrinæ morumque commendationem) eo nomine amo, quod Erasmi *ἰουστινιανὸς ἀποστό- λος τῆς ἐκκλησίας, ἡρώδης βασιλεὺς τῆς γαλιλαίας, ἰουδαίου βασιλεὺς ἰουδαίας, ἰουδαίου βασιλεὺς ἰουδαίας, ἰουδαίου βασιλεὺς ἰουδαίας* iuratisimus, qui cum etiam ipso iamdiu societatem amicorum contraxi literis vltro citroque obsignatis. Vale Lupsete mi dilectissime, & Linacrum Britannici nominis columen (quod quidem ad literas bonas attinet) nō magis iam vestrum (vt spero) quā nostrum, verbis meis saluta vel coram vel epistola internuncia, idque primo quoque tempore, is enim vnus est paucorum, quibus me perlubens approbarim si possim, cum & ipse coram hic agens mihi se summe, Ioanni que Ruellio amico meo, studiorumque conficio probauerit, & eius excellentem doctrinam, exactamque diligentiam in primis suspiciam, æmulari que contendam. Velim etiam vt MORO salutem vnam & alteram mandato meo, vel mittas vt dixi, vel dicas, què

virum in Mineræ sacratius album iamdiu opinione mea, sermoneque meo relatum, de Vtopia noui orbis insula summe & amo, & veneror. Eius enim historiam ætas nostra, posteræque ætates habebunt velut elegantium vtiliumque institutorum seminarium vnde translaticios mores in suam quisque ciuitatem importent & accommodent. Vale, Parisijs pridie Cal. Augusti.

IOANNES PALVDANVS
CASSILETENSIS M. PE.
TRO AEGIDIO. S. D.

VTopiam Mori tui simulque epigramata legi, nec satis scio maiore ne cum voluptate an admiratione felicem Britanniam que nunc eiusmodi floreat ingenijs, vt cum ipsa possint antiquitate certare. Nos stupidos ac plusquam plumbeos: sine tam vicinis quidem exemplis ad eam laudem capefendam expergeri possumus, *αἰσχροῦ σωπαῦρ*, inquit Aristoteles loquente Socrate. At nobis turpe sit lucris tantum ac voluptatibus vacare, cum apud vltimos orbis Britannos, fauore benignitate principū sic vigeat eruditio. Quanquam hæc laus Graecorum & Italicorum pene fuit propria, tamē habet & Hispania veterum aliquot splendida nomina quibus se iactat. habet Anacharsides suos efferat Scythia, habet suum Dania Saxonem habet suum Gallia Budæum. Tot habet Germania literis celebres viros, tam multos eosque insignes habet Anglia. Nam quid de ceteris coniectandum est, si tantum præstat Morus primū iuuenis, deinde publicis ac domesticis negotijs adeo distractus. postremo quiduis profitens citius quam literas. Et soli nobis sat beati videmur, si probe prospectum sit cuticulæ & arcæ. Quin ipsi quoque excusso veterno ad hoc pulcherrimum certamen accingimur, in quo nec vinci turpe sit & vincere pulcherrimū, prouocat huc tot vndique exempla, prouocat huc optimus princeps Carolus, penes què nulli rei amplius est premium: quam eruditæ virtuti, prouocat huc vnicus ille rerum bonarum omnium Mæcenas Ioannes Syluagius Borgondia Cancellarius. *Μακρόμιντ* modum te rogo doctissime Petre Ægidi, vt cum primum licebit Vtopiam euulgandam cures, quod quicquid ad republicā bene instituentiam pertinet, in hac velut in speculo liceat cernere. Vtinam fiat vt quemadmodum illi nostram religionem accipere ceperunt:

perunt: ita nos ab illis administrandæ reipublicæ rationem mutuemur. Id fortasse facile fieret: si Theologorum aliquot insignes & inuicti in eam insulam se conferant. Christi fidem iam suppullulatè prouecturi, simulque eius gentis mores & instituta ad nos deportaturi. Multum debet Vtopia Hythlodæo, per quem innotuit indigna quæ nesciretur, plus eruditissimo Moro, cuius penicillo nobis tam scite depicta est. Porro quod vtrique debetur gratiæ, eius non minima pars tibi secanda est, qui & illius sermonem, & huius scriptum in lucem emiseris, non mediocri delectamento futurum omnibus maiori fructui, si modo diligenter expederint singula. Meum animum sic excitauit Vtopia, vt iam olim à musis desuetus, denuo musas lacefsiuerim, quam feliciter, tu iudicabis. Bene vale Petre Ægidi cæcidissime, bonorum studiorum & fautor & mysta.

Lotuanij ex adibus nostris. Calend. Decemb.

EIVSDEM IOANNIS PALVDANI RHETORIS LOVANIEN. in nouam insulam Vtopiam Carmen.

Forteis Roma dedit, dedit & laudata disertis
Gracia, frugales in chytta Sparta dedit.
Masilis integros dedit, at Germania duos.
Comes ac lepidos Attica terra dedit.
Gallia clara pios, quondam dedit Africa cautos,
Munificos olim terra Britannia dedit.
Virtutum ex alijs aliarum exempla petuntur
Gentibus, & quod huc desit, hinc superat.
Vna semel totam summam totius honesti,
Insula terrigenis Vtopiana dedit.

GERARDVS NOVIOMA-
GVS DE VTOPIA.

Dulcia lector amas, sunt hic dulcissima quæque,
Vtile si quæris, nil legis vtilius.
Sive vtrunque voles, vtroque hæc insula abundat,
Quo linguam exornes, quo doceas animum.
Hic fontes aperit, recti prauisque, disertus
Morus, Londini gloria prima sui.

CORNELIVS GRAPHEVS
AD LECTOREM.

Vis noua nostra, nouo dudum orbe reperto?
Viuendi varia vis ratione modos?
Vis qui virtutum fontes, vis vnde malorum
Principia, & quantum rebus inane latet?
Hæc lege, qua vario Morus dedit ille colore,
Morus Londina nobilitatis honos.

CLARISSIMO D. HIERONYMO BVSLIDIO PRÆ-
POSITO ARIENSI, CATHO-
lici Regis, Caroli à consilijs, Petrus
Aegidius Antuerpiensis
S. D. P.



Vperioribus hisce diebus ornatissime Buslidi misit ad me Thomas ille Morus, te quoque teste, cui notissimus est, eximium huius ætatis nostræ decus, Vtopiam insulam, paucis adhuc mortalibus cognitam, sed dignam imprimis quam vt plusquam platoniam omneis velint cognoscere, præsertim ab homine sacundissimo sic expressam, sic depictam, sic oculis subiectam, vt quoties lego, aliquanto plus mihi videre videar, quā cum ipsum Raphaëlem Hythlodæum (nam ei sermone æquè interfui ac Morus ipse) sua verba sonantem audirem. Etiam si vir ille haud vulgari præditus eloquentia sic rem exponeret, vt facile appareret eum non ea referre, quæ narrantibus alijs didicisset, sed quæ cominus hausisset oculis, & in quibus non exiguum tempus esset versatus, homo mea quidem sententia, regionum, hominum, & rerum experientia vel ipso Vlyse superior, & qualem octingentis hisce annis nusquam arbitrer natum, ad quem collatus Vespucius nihil vidisse putetur. Iam præterquam quod visā quam audita narramus efficacius, aderat homini peculiaris quædam ad explicandas res dexteritas. Attamen eadem hæc quoties Mori penicillo depicta cōtemplor, sic afficior, vt mihi videar nōnunquam in ipsa versari Vtopia. Et hercule crediderim Raphaëlem ipsum minus in ea insula vidisse per omne quinquennium quod illic egit, quā in MORI descriptione videri liceat. Tantum hic occurrit vndique miraculorum, vt ambigam quid primum aut potissimum admirer, felicissimæ memoriæ fidem, quæ tot res auditas duntaxat penè ad verbum reddere potuerit, an prudentiā, qua vulgo ignotissimos fontes, vnde omnia reipublica vel oriuntur mala, vel oriri possent bona, sic animaduertit. an orationis vim ac facultatem, qua tanta sermonis latinī puritate, tantis dicendi neruis, tot res complexus est, præsertim vnus in tot publica simul & domestica negotia distractus. Verum hæc omnia tu minus admiraris doctissime Buslidi, qui familiari etiam consuetudine penitus habes cognitum, homine maius ac propè diuinum hominis ingenium. In cæteris igitur

nihil est, quod illius scriptis queam adijcere. Tantum retractichum vernacula Vtopien-
 sum lingua scriptum, quod à MORI disces-
 su, forte mihi ostendit Hythlodæus apponen-
 dum curavi, præfixo eiusdem gentis alpha-
 beto, tum adiectis ad margines aliquot an-
 notatiunculis. Nam quod de insulâ situ la-
 borat MORVS, ne id quidem omnino ta-
 cuit Raphaël, quanquam paucis admodum,
 ac velut obiter attingit, velut hoc alij seruâs
 loco. Atque id sanè nescio quo modo casus
 quidam malus vtrique nostrum inuidit, si-
 quidem cum ea loqueretur Raphaël, adierat
 MORVM è famulis quispiam, qui illi nescio
 quid diceret in aurem, ac mihi quidem tâto
 attentius auscultanti, comitum quispiam,
 clarius, ob frigus opinor nauigatione colle-
 ctum, tussiens, dicentis voces aliquot inter-
 cepit. Verum non conqueiscam donec hanc
 quoq; partem ad plenum cognouero, adeo
 vt non solum situm insulâ, sed ipsam, etiam
 poli sublationem sim tibi ad vnguem reddi-
 turus, si modo incolumis est noster Hyth-
 lodæus. Nam varius de homine rumor ad-
 fertur, alij affirmât perisse in itinere, rursum
 alij reuersum in patriam, sed partim suorum
 mores non ferentem, partim Vtopiæ desi-
 derio sollicitatum, eod remigrasse. Nam quod
 huius insulæ nomen nusquam apud Cosmo-
 graphos reperiarur, pulchrè dissoluit Hyth-
 lodæus ipse. Siquidem fieri potuit, inquit, vt
 nomen quo veteres sint vsi, postea sit com-
 mutatum, aut etiam illos hæc fugerit insula,
 quando & hodie complures oriuntur terræ,
 præcis illis Geographis intactæ. Quanquam
 quorsum attiner hic argumentis astruere fi-
 dem, cum MORVS ille sit autor? Cæterum
 quod is ambigit de editione, equidem laudo
 & agnosco viri modestiam. At mihi visum
 est opus modis omnibus indignû quod diu
 premeretur, & cum primis dignum, quod
 exeat in manus hominum, idque tuo potis-
 simum nomine commendatum orbi. vel
 quod MORI dotes tibi præcipuè sint per-
 spectæ, vel quod nemo magis idoneus, qui
 rectis consilijs iuuet rempublicam, in qua
 iam annis compluribus summa cum laude
 versaris, tum prudentiæ, tum integritatis.

Bene vale studiosû Meccenas & huius
 seculi decus. Antuerpiæ Anno
 M. D. XVII. Calend.
 Nouembr.



HIERONY

MVS BVSLIDIVS
 THOMÆ MORO

S. D.

NON fat fuit ornatisime MORE,
 olim omnem curam, operam,
 studiû intulisse in rem & com-
 modum singulorum, nisi vel ea
 (quæ tua pietas & liberalitas
 est) cõferres in vniuersum, ratus hoc (tuum
 qualecûque foret) beneficium, eo maiorem
 hinc mereri fauorem, venari gratiam, aucu-
 pari gloriam, quâto illud & latius propaga-
 tum, & in plures distributum, pluribus esset
 profuturum. Quod & si aliâs semper præ-
 stare cõtenderis, tamen id maxime es nuper
 mira felicitate adsecutus, scilicet pomeridia
 no illo sermone abs te in literas relato. Què
 de recte & bene constituta (ab omnibus ex-
 petenda) Vtopiensum Repub. ædificisti. In
 cuius pulcherrimi instituti felici descriptione
 nihil est, in quo vel summa eruditio, vel
 absoluta rerum humanarum peritia deside-
 rari possit. Quando ea quidem ambo in illo
 tanta paritate & æquabili congressu con-
 currunt, vt neutro alteri herbam porrigen-
 te, vtrunque æquo Marte de gloria conten-
 dat. Tam siquidem multifaria polles doctri-
 na, rursum tam multa, eaq; certa rerum pe-
 ritia, vt prorsus expertus affirmes quicquid
 scripseris, doctissime scribas, quicquid affir-
 mandum destinaueris. Mira profecto, raraq;
 felicitas, ac planè eo rarior, quo magis ipsa
 sese inuidens plurimis, non præbet nisi raris:
 maxime ijs, qui sicut candore velint, ita eru-
 ditione sciant, fide queant, autoritate possint
 tam pie, recte, prouide in commune consu-
 lere, sicut tu iam facis probe, qui quod non
 solum tibi, verum etiam toti te gentium orbi
 exiustimas, operæ præcium duxeris hoc tuo
 pulcherrimo merito, vel totum ipsum or-
 bem demereri, quod præstare alia ratione,
 neque rectius, neq; melius potuisses, quàm
 ipsis mortalibus ratione pollutibus, eam
 Reipub. ideam, eam motum formulam, ab-
 solutissimumque simulachrum præscribere,
 quo nullo vnquam in orbe visum sit vel fa-
 lubrius institutum, vel magis absolutû, vel
 quod magis expetendum videatur, vtpote
 multo quidem præstante atque longo post
 se interuallo relinquente, tot celebratissimas,
 tantopere decantatas Lacedæmoniorum,
 Atheniensium, Romanorum republicas.
 Quæ si ij idè essent auspicijs auspicate, ij idem
 (quibus

(quibus hæc tua Res.) institutis, legibus, de-
 cretis, moribus moderatæ, profecto hæc non-
 dum labefactatæ & solo æquatæ, iam pro-
 dolor citra spem omnem instaurationis ex-
 tinctæ iacerent. Sed cõtra, incolumes adhuc
 beatæ, felices, fortunatissime agerent. Inte-
 rim rerum domina, suum late imperiû ter-
 ræ marique fortita. Quarum quidem rerum
 publicarum, tu miserandam miseratus for-
 tem, ne aliq; itidem (quæ hodie rerum poti-
 tæ summum tenent) parem sustinerent vic-
 cem, prospicere voluisti, scilicet hæc tua ab-
 solutissima republica, quæ non tam in con-
 dèdis legibus, quàm vel pro beatissimis ma-
 gistratibus formatis, maxime elaborauit.
 Nec id quidem ab re, quando aliqui sine il-
 lis omnes (vel optimæ) leges, si Platoni cre-
 dimus, mortuæ censerentur. præsertim ad
 quorum magistratum simulachrum, probi-
 tatis specimen, exemplar morum, iustitiæ
 imaginem, totus status, & rectus tenor cu-
 iusvis absolutæ Reip. sit effingendus. In quo
 in primis concurrant, prudentia in optima-
 tibus, fortitudo in militibus, temperantia in
 singulis, iustitia in omnibus. Quibus quum
 tua (quam tantopere celebras) respublica sit
 tam pulcherrime, vt liquet, composita, non
 mirum si hinc veniat, non solum multis ti-
 menda, sed & cunctis gentibus veneranda,
 simul omnibus seculis prædicanda. Idq; eo
 magis, quod in ea omnis proprietatis con-
 tentione sublata, nulli sit quippiam proprij.
 Cæterum in rem ipsam communem, comu-
 nia sunt omnibus omnia. Adeo vt omnis res
 quæuis actio, seu publica, seu priuata, non ad
 multorum cupiditatè, non ad paucorû libi-
 dinem spectet, sed ad vnam iustitiâ, æquabi-
 litatem, cõmunionem sustinendam (quan-
 tulacunque sit) tota referatur. Quo illa in-
 tegrè relata, omnis materies, fax & fomes,
 ambitus, luxus, inuidentiæ, iniuriæ cessat,
 necesse est. In quæ nonnunquam aut priua-
 ta rerum possessio, aut ardens habendi sitis,
 omniumq;ue miserima rerû ambitio, mor-
 tales (vel reluctantes) protrudit, maximo
 suo, idque incõparabili malo. Quando hinc
 sæpenuero dissensionès animorû, motus
 armorum, & bella plusquam ciuilia dere-
 pente oriuntur. Quibus non solû florentis-
 simus status beatissimarû Rerump. funditus
 pessundatur, verum illarû olim parta gloria,
 acti triumpho, clara trophæa, totiesque opima
 spolia, deuictis hostibus relata, penitus obli-
 terantur. Quod si in his hæc nostra pagina
 minorem forte, ac velim, fidem fecerit, certè
 in promptu aderunt testes, ad quos te rele-

gem, locupletissimû, videlicet tot & tantæ
 olim vastatæ vrbes, dirutæ ciuitates, prostra-
 tæ Resp. incensæ & consumpti vici, quorum
 vti hodie vix vllæ tâta calamitatis reliquiæ,
 aut vestigia visuntur, ita nec nomina illorû
 vlla, quantûnis vetus & longe deducta hi-
 storia, sat probe tenet. Quas quidem insig-
 neis clades, vastationes, euersiones, cæte-
 rasque belli calamitates, nostræ (si quæ sint)
 Resp. facile euaserint, modo ad vnam Vto-
 piensum reipublicæ normam sese adamus-
 sim cõponentes, ab ea ne transuersum qui-
 dem, vt aiunt, vnguem recedant. Quod sic
 demum præstantes, tandè re ipsa cumulatis-
 sime agnoscent, quantum hoc tuû in se co-
 latum beneficium profuerit, maxime quo
 accedente didicerint, suam Rempub. saluam
 incolumem, triumphantè seruare. Proinde
 tantum tibi suo præsentissimo seruatori de-
 bituræ, quantum is haud iniuria promere-
 tur, qui non tantum aliquem è republica ci-
 uem, sed vel ipsam totam Remp. seruarit.
 Interea vale, ac feliciter perge nõ nihil vsq;
 meditari, agere, elaborare, quod in Rẽpub.
 collatum, illi perpetuitatem, tibi immorta-
 litatem addat. Vale doctissime, & idem hu-
 manissime More, tuæ Britannix, ac nostrû
 huius orbis decus.

Ex adibus nostris Meclina, Anno M. D. XVI.

THOMAS MORVS
 PETRO ÆGIDIO

S. D.

PVDET me propemodû cha-
 rissimè Petre Ægidi, libellum
 hunc de Vtopiana republica,
 post annum ferme ad te mit-
 tere, quem te non dubito intra
 sesquimenssem expectasse. quippe quum sci-
 res mihi demptum in hoc opere inueniendû
 laborem, neque de dispositione quicquam
 fuisse cogitandum, cui tantum erant ea re-
 citanda, quæ tecum vnâ pariter audiui nar-
 rantem Raphaëlem. quare nec erat quod in
 eloquendo laboraretur, quando nec illius
 sermo potuit exquisitus esse, quû esset pri-
 mum subitarius, atque extemporales, deinde
 hominis, vt scis, non perinde Latine doctû
 quàm Græce, & mea oratio quanto accede-
 ret propius ad illius neglectam simplicita-
 tem, tanto futura sit propior veritati, cui hac
 in re soli curam & debeo & habeo. Fæor
 mi Petre, mihi adeo multum laboris his re-
 bus paratis detractum, vt penè nihil fuerit
 relictu. alioquin huius rei vel excogitatio,
 vel acco-

vel oeconomia potuisset ab ingenio neque infimo, neque prorsus indocto postulare, cum temporis non nihil, tum studij. Quod si exigeretur, ut diceret etiam res, non tantum verè, scriberetur, id verò à me præstari, nullo tempore, nullo studio potuisset. Nunc verò quum ablatis curis his, in quibus tantum fuit sudoris exhaustiendum, resisterit tantum hoc, uti sic simpliciter scriberentur audita, nihil erat negocij. Sed huic tamen tam nihilo negocij peragendo, cetera negocia mea minus ferè quàm nihil temporis reliquerunt. Dum causas forensis assidue alias ago, alias audio, alias arbiter sumo, alias iudex dirimo, dñi hic officij causa visitur, ille negocij. Dum foris totum ferè diem alijs impartior, reliquum meis, relinquo mihi, hoc est literis, nihil. Nempe reuerso domum, cum vxore, fabulandum est, garrendum cum liberis; colloquendum cum ministris. Quæ ego omnia inter negocia numero, quando fieri necesse est (necesse est autè, nisi velis esse domi tuæ peregrinus) Et danda omnino opera est, ut quos vitæ tuæ comites, aut natura prouidit, aut fecit casus, aut ipse delegisti, his ut te quâ iucundissimum compares, modo ut ne comitate corumpas, aut indulgentia ex ministris dominos reddas. Inter hæc, quæ dixi, elabitur dies, mensis, annus. Quando ergo scribimus? Nec interim de somno quicquâ sum loquutus, ut nec de cibo quidem, qui multis non minus absument temporis, quàm somnus ipse, qui vitæ absument ferè dimidium. At mihi hoc solum tempus adquire, quod somno ciboque suffuror, quod quoniam parcum est, lente, quia tamen aliquid, aliquando perfecti, atque ad te mi Petre trāsmisi Vtopiam, ut legeres, & si quid effugisset nos, uti tu admoneres. Quanquam enim non hac parte penitus diffido mihi (qui vitam sic ingenio atq; doctrina aliquid essem, ut memoria non vsquequaque destitutor) non vsque adeo tamen confido, ut credā nihil mihi potuisse excidere. Nam & Ioannes Clemens puer meus, qui adfuit, ut scis, vnā, ut quem à nullo patior sermone abesse, in quo aliquid esse fructus potest, quoniam ab hac herba, qua & Latinis literis & Græcis cepit eurescere, egregiam aliquando frugem spero, in magna me cōiecit dubitationem. Siquidem quum, quantum ego recordor, Hythlodæus narrauerit Amauroticum illum pontem, quo fluuius Anydrus infernitur, quingentos habere passus in longum, Ioannes meus ait detrahendos esse ducetos, latitudinem fluminis haud supra trecentos

ibi continere. Ego te rogo, rem ut reuocēs in memoriā. Nam si tu cum illo sentis, ego quoque adsentiar, & me lapsum credam. sin ipse non recolis, scribam. ut feci, quod ipse recordari videor mihi. nam ut maxime curabo, ne quid sit in libro falsi, ita si quid sit in ambiguo, potius mendacium dicā, quàm mentiar, quod malim bonus esse quàm prudens. Quanquam facile fuerit huic mederi morbo, si ex Raphaële ipso, aut præsens scisciteris, aut per literas. quod necesse est facias vel ob alium scrupulum, qui nobis incidit, nescio mea ne culpa magis, an tua, an Raphaëlis ipsius. Nam neque nobis in metem venit quærere, neque illi dicere, qua in parte noui illius orbis Vtopia sita sit. Quod non fuisse prætermisum sic, vellem profecto me diocri pecunia mea redemptum, vel quod subpudet me nescire, quo in mari sit insula, de qua tam multa recenseam, vel quod sunt apti nos vnus & alter, sed vnus maxime, vir pius & professione Theologus, qui miro flagrat desiderio adeunda Vtopia, non inani & curiosa libidine collustrandi noua, sed uti religionem nostrā, feliciter ibi ceptam, foueat atq; adaugeat. Quod quo faciat rite, decreuit ante curare, ut mittatur à Pontifice, atque adeo ut creetur Vtopiensibus Episcopus, nihil eo scrupulo retardat, quod hoc antistitū sit illi precibus impetrandum. Quippe sanctum ducit ambitum, quem non honoris aut quæstus ratio, sed pietatis respectus pepererit. Quamobrè te oro mi Petre, uti aut præsens, si potes commode, aut absens per epistolam, cōpelles Hythlodæum, atque efficias, ne quicquam huic operi meo aut insit falsi, aut veri desideretur. Atq; haud scio an præter ipsum ei librum ostēdi. Nam neque alius equè sufficit, si quid est erratum, corrigere, neque is ipse aliter hoc præstare potest, quā si quæ sunt à me scripta, perlegerit. Ad hæc: fieri ut hoc pacto intelligas, accipiat ne libenter, an grauatim ferat, hoc operis à me cōferibi. Nempe si suos labores decreuit ipse mandare literis, nolit fortasse me: neque ego certè velim. Vtopiæsum per me vulgata republica, florem illi gratiamq; nouitatis historia suæ præripere. Quanquam, ut verè dicam, nec ipse mecum satis adhuc constitui, an sim omnino editurus. Etenim tam varia sunt palata mortalium, tam morosa quorundam ingenia, tam ingrati animi, tam absurda iudicia, ut cum his haud paulò felicius agi videatur, qui iucundi atq; hilares, genio indulgēt suo, quàm qui semet macerant curis, ut adant aliquid, quod alijs aut fastidien-

Nota Theologica differentia inter mē tiri & mē daciū dicere.

Sāctus ambius.

Ingrata hominū iudicia.

falsi licentibus, aut ingratis, vel vtilitati possit esse, vel voluptati. Plurimi literas nesciunt, multi cōtemnunt. Barbarus ut durum reijcit, quicquid non est planè barbarum. Scioli asperrantur ut triuiale, quicquid obsoletis verbis non scæret. Quibusdam solum placet vetera, plerisque tantum sua. Hic tam terrificus est, ut non admittat iocos. hic tam insulsi, ut non ferat sales: tam simi quidam sunt, ut nasum omnem, velut aquam ab rabido morsus cane, reformident. adeo mobiles alij sunt, ut aliud sedentes probēt, aliud stantes. Hi sedēt in tabernis, & inter pocula de scriptorū iudicant ingenijs, magnaque cum autoritate condemnant vrcunque lubitum est, suis quæque scriptis, veluti capillicio vellicantes, ipsi interim tuti, & quod dici solet, ἔζω βέλους. quippe tam leues & abradi vndique, ut ne pilum quidem habeant boni viri, quo possint apprehendi. Sūnt præterea

quidam tam ingrati, ut quum impense delectentur opere, nihilo tamen magis ament authorem: non absimiles inhumanis hospitibus, qui quum opiparo conuiuio prolixè sint excepti, saturi demū discedunt domum, nullis habitis gratijs ei, à quo sunt intuitati. I nunc, et hominibus tam delicati palati, tam varij gustus: animi præterea tam memoris & grati, tuis impensis epulum instrue. Sed tamen mi Petre, tu illud age, quod dixi, cum Hythlodæo, postea tamen integrum erit hac de re consultare denuo. Quanquam si id ipse voluntate fiat, quandoquidem scribēdi labore defunctus, nunc sero sapio. quod reliquum est de ædendo, sequar amicorum consilium, atque in primis tuum. Vale dulcissime Petre Ægidi cum optima coniuge, ac me ut soles ama, quando ego te amo etiam plus quàm soleo.

THOMAS MORVS PAVLO ANTE SVAM CONDEMNATIONEM, QVAM ARCTISSIME CARCERIBVS INCLVSVS, OMNIQVE SVBLATO INSTRVMENTO SCRIBENDI, CARBONIBUS

hanc insequentem epistolam exarauit, atq; ad intimum suum amicū Antonium Bonuifum hominem: statum, mercatorem Lucensem, iā tum quidam Londini agentem, nunc Louanij sepultum, mittendam curauit. Anno Domini, M. D. XXXV.



Micorum amicissime, & merita mihi charissime, saluc. Quoniā mihi præfugit animus (fortasse falso, sed præfugit tamen) haud diu mihi superfutura ad te scribēdi facultatē, decreui dū licet, hoc salte epistolio significare, quantum in hoc fortuna me deliquo, amicitie tuę iucunditate reficiat. Nā antè, quidē (vir ornatisime) tæcti mirifice certe semper amore isto in me tuo delectatus sum, tamē recordati mihi annos iam prope quadraginta perpetuū Bonuifæ domus nō hospite, sed alumnū fuisse me, nec amicū interim vlla repēdēda gratia, sed sterile tantū amatorē præstitisse, verecūdia mea profecto fecerat, ut sincera illa suauitas, quā alioqui ex amicitia vestra cogitatione diglutiebā, paululū quiddā pudore quodā rustico, tanquā neglectæ vicissitudinis subacesseret. Verumenimvero nūc hac ego me cogitatione cōsolor, quod bene vicissim mihi merēdi de te nunquā se præbeat occasio. Ea siquidem amplitudo fortunæ tuæ fuit, ut cōmodā tibi nullus mihi relinqueretur locus. Cōscius igitur mihi nō officij neglectu

vicē nō repēdēdē me, sed quia deficiebat occasio, quū iā te cōspiciā, etiā sublata repēdēdi spe, sic in me amando & demerēdo persistere, imo adeo progredi potius, & cursu quodā indefesso procurrere, ut pauci sic amicos fortunatos ambient, quomodo tu prostratum, abiectū, afflictū, & addictū carceri, Morū tuū diligis, amas, foues, & obseruas, quum pristini pudoris mei quali quali me amaritū abluo, tū in huius admirabilis amicitia tuæ strauitate cōquiesco. Et nescio quo pacto tā fidelis amicitia prosperitas, videtur mihi cū hoc improspere & clāsis meæ naufragio, propemodū paria facere: certe tollatur indignatio, nō amati mihi minus quā metuēdi Principis, quod ad reliqua pertinet, propemodum plusquā paria, quippe quū illa sint inter fortunæ mala numeranda omnia. At amicitia tā cōstantis possessionē, quā tā aduersus fortunæ casus non eripuit, sed ferruminauit fortius, amens profecto fruteri, inter caduca fortunæ bona si numerem. Sublimius haud dubie bonum est atq; angustius peculiari quadā Dei benignitate proueniēs, amicitia tā fidelis & reflante fortuna con-

stantis, raro concessa felicitas. Ego certe nō aliter accipio atq; interpretor, quā eximia Dei miseratione curati, vt inter tenues amicos meos, tu vir talis, amicus tantus, iā lōgo ante tēpore parareris, qui magnam istius molestiq; partem, quam mihi ruentis in me fortuna moles inuexit, tua consolatione lenires ac releuares. Ego igitur mi Antoni, mortalium mihi omnium charissime (quod solū possum) Deum optim. maxim. qui te mihi prouidit, obnixē deprecor, vt quando tibi talem debitorem dedit, qui nunquam soluendo sit futurus, beneficentiam istam quam mihi quotidie tam effusus impendis, ipse tibi dignetur pro sua benignitate repondere, tum vt nos ab hoc erumoso & procelloso seculo in suā requiē, pro sua mis

ratione perducatur, vbi nō erit opus epistolis, vbi nō distinebit nos paries, vbi nō arcebit colloquio ianitor, sed cum Deo parre ingenuo, & vnigenito eius filio domino redemptore nostro Iesu Christo, atque vtriusque spiritu ab vtroque procedente paracletō, gaudio perfreuerim aeterno. Cuius interea gaudij desiderio. faxit omnipotens Deus, vt tibi mi Antoni, mihiq; atque vtiā mortalibus vndicunq; omnibus, omnes huius orbis opes, vniuersa mundi gloria, necnon istius quoque dulcedo vitæ vilescat. Amicorum omnium fidissime, mihiq; dilectissime, & (quod prædicare iam olim soleo) oculi mei pupilla vale. Familiam tuam totam, herili in me affectui simillimam, Christus seruet incolumem.

Thomas Morus frustra si adijciam tuus. Nam hoc iam nescire non potes, quum tot beneficijs emeris: nec talis sum, vt referat cuius sim.

HEXASTICON ANEMOLII POETAE
LAVREATI, HYTHLODÆI EX SO-
KORE NEPOTIS IN VTO-
PIAM INSULAM.

*Vtopia prisca dicta, ob infrequentiam,
Nunc ciuitatis emula Platonica,
Fortasse victrix (nam quod illa lites)*

*Delinavit, hoc ego vna præstiti,
Vix & opibus, optimisq; legibus
Eutopia merito sum vocanda nomine.*

CATALOGVS LIBRORVM TOTIVS OPERIS.

*Epitaphium Thomæ Mori.
Vtopia libri duo.
Epigrammata.
Ex Luciano conuersa quedam.
Declamatio Thomæ Mori Lucianicæ respondens.
Historia Richardi Regis Angliæ eius nominis ter-*

*tij imperfecta.
Responsio ad conuitia Martini Lutheri congesta in
Henrici Regis Angliæ, eius nominis octauum.
Expositio passionis Domini imperfecta.
Quod pro fide mori sugienda non est.
Precatio ex Psalmis.*

*Hæc Thomæ Mori opera, ita correctæ, iudico nō sine fructu excusa tradi mortalibus posse, cum
& pietatem & delectationem nō irreligiosam adferat, quod attestor ego
F. Ioannes Hentenius sacre Theologiæ Professor.*



VTOPIAE,

SIVE SERMONIS

QVEM RAPHAEL HYTHLODÆVS
VIR EXIMIVS, DE OPTIMO REI-
PUBLICAE STATV HABVIT,

LIBER PRIMVS.



QVVM non exigui momenti negotia quædam inuictissimus Angliæ Rex Henricus eius nominis octauus, omnibus egregij principis artibus ornatissimus, cum serenissimo Castellæ principe Carolo controuersa nuper habuisset, ad ea tractanda, cōponendāq; oratorē me legauit in Flandriā, comitē & collegā viri incōparabilis Cuthberti Tunstalli, quē sacris scripijs nuper ingenti omnium gratulatione præcēt, de cuius sanē laudibus nihil à me dicetur, non quod verear ne parum synceræ fidei testis habenda sit amicitia, sed quod virtus eius, ac doctrina maior est, quā vt à me prædicari possit, tum notior vbiq; atq; illustrior, quā vt debeat, nisi videri velim solē lucerna quod aiūt, ostēdere. Occurrerūt nobis Brugis (sic enim cōuenerat) hi quibus à principe negotiū demādabatur, egregij viri omnes, in his præcētus Brugēsis, vir magnificus, princeps & caput erat, cæterū os & pectus Georgius Tēsticus Calsitanus Præpositus, nō autē solum, verumeriam natura facūdus, ad hæc iure cōsultissimus, tractandi verō negocij cū ingenio, rum assiduo rerum vsu eximius artifex, vbi semel atq; iterū cōgressi, quibuldā de rebus non satis consentiremus, illi, in aliquot dies, vale nobis dicto, Bruxellas profecti sunt, principis oraculū sciscitaturi. Ego me interim (sic enim res ferebat) Antuerpiā confero. Ibi dū versor, sæpe me inter alios, sed quo non alius gratior, inuist Petrus Aegidius Antuerpiæ natus, magna fide, & loco apud suos honesto, dignus honestissimo, quippe iuuenis haud scio doctior ne, an morator, est enim & optimus & literatissimus, ad hæc animo in omnes candido, in amicos verō tā propenso pectore, amore, fide, adfectu tā sincero, vt vix vnū aut alterū vsquā inuenias, quē illi sentias omnibus amicitij numeris esse conferendū. Rara illi modestia, nemini lōgius abest fucus, nulli simplicitas inest prudētior. Porro sermone tam lepidus, & tam innoxiū facetus, vt patrij desiderij, ac laris domesticij, vxoris, & liberorū, quorum studio reuifendorū nimis quā anxie tenebar (iā tum enim plus quatuor mensibus abfuerā domo) magna ex parte mihi dulcissima consuetudine

sua, & mellitissima confabulatione leuauerit. Hunc quum die quadam in templo diuæ Mariæ, quod & opere pulcherrimū, & populo celeberrimū est, rei diuine interfuissem, atq; peracto sacro, parare in de in hospitij redire, fore colloquentem video cum hospite quodā, vrgentis ad senium gratis, vultu adulo, promissā barba, penula neglectim ab humero depēdente, qui mihi ex vultu atq; habitu nateclerus esse videbatur. At Petrus vbi me cōspexit; adit ac salutat, respōdere conātem sedet paululū, & vides inquit hūc? (simul designabat eum) cum quo loquentē viderā eum, inquit, iam hinc ad te recta parabā ducere. Venisset, inquam, pergratus mihi tua causa. Imō inquit ille, si nescies hominē, sua. Nā nemo viuūt hodie frōtaliū omnium, qui tantam tibi hominū, terrarū q; incognitarum narrare possit historiā, quarum rerū audiendarū scio aut disinū esse te. Ergo, inquit, nō pessimē cōiectau. Nam primo alpectu protinus sensi hominē esse nauclerū. Atqui, inquit, aberrasti lōgissimē, & nauigauit quidem, nō vt Palinurus, sed vt Vlysses: imō velut Plato. Nempe Raphael iste, sic enim vocatur gētilico nomine Hythlodæus, & latine lingua non indoctus, & græcæ doctissimus (cuius ideō studiosior quā Romanæ fuit, quoniam torū se addixerat philosophiæ: qua in re nihil quod alicuius momēti sit, præter Senecæ quedam ac Ciceronis extare latine cognouit) relicto fratribus patrimonio, quod ei domi fuerat (est enim Lusitanus) orbis terrarū cōtemplandi studio, Americo Vesputio se adiunxit, atq; in tribus posterioribus illarū quatuor nauigationū, quæ passim iam legūtur, perpetuus eius comes fuit, nisi quod in vltima cum eo nō redijt. Curauit enī atq; adeo extorsit ab Americo, vt ipse in his xxxi. i. i. esset, qui ad fines postremæ nauigationis in Castello relinqueret. Itaq; relictus est, vt obtēperaretur animo eius, peregrinationis magis quā sepulchri curioso, quippe cui hæc assidue sunt in ore, Cælo regitur qui nō habet vrrā: & Vndiq; ad superos tantundē esse viæ. Quæ mens eius, nisi Deus ei propitius adfuisset, nimio fuerat illi constatura. Cæterū postq; digressio Vesputio multas regiones cū quinque Castellarū comitibus emensus est, mirabili tandē fortuna Ta-probanen delatus, inde peruenit in Caliquit, vbi reper-

Cuthbertus Tunstallus.

Parocmia

Petrus Aegidius

Apophthegma

vbi repertis cōmodo Lusitanorum nauibus, in patriam deniq; præter sp̄e reuehitur. Hæc vbi narravit Petrus, actis ei gratijs, quod tam officiosus in me fuisset, vt cuius viri colloquiū mihi gratū speraret, eius uti sermone fruerer, tāta rationē habuisset, ad Raphaelē me cōuerto, tū vbi nos mutuo salutassemus, atq; illa cōmunia dixissemus, quæ diei in primo hospitū cōgressu solent, inde domū meā digredimur, ibiq; in horto confidentes in scāno cespitibus herbeis cōstrato, cōfabulamur. Narravit ergo nobis, quo pacto posteaq; Vespucius abierat, ipse socij; eius qui in Castello remāserat, cōueniendo atq; blandiendo cōperit se paulatim eius terræ gentibus insinuare, iamq; non innoxie modo apud eas, sed etiā familiariter versari, tū prinicipi cuiusdā (cuius & patria mihi & nomen excidit, grati, chariq; esse, eius liberalitate narrabat cōmeatū atq; viticū ipsi & quinq; eius cōmitibus affatim fuisse suppeditatū, cū itinere (quod per aquā ratibus, per terrā curru per agebāt) si Ielisisimū duce, qui eos ad alios principes, quos diligenter cōmendati petebāt, adduceret. Nam post multorū itinera dierū, oppida atq; vrbes aiebat reperisse se, ac nō pessimē institutas, magna populorū frequentia, res publicas. Nēpe sub æquatoris linea tum hinc atq; inde ab vtroq; latere, quantum ferē spanij solis orbita cōplectitur, vastas obiacere solitudines perpetuo seruore torridas. Squalor vndiq; & tristis rerū facies, horrida atq; inculta omnia feris habitata serpētibuscq; aut deniq; hominibus neq; minus efferis quā sint beluæ neq; minus noxijs. Cæterū vbi Iogius euectus sis, paulatim omnia manserere, cœlū minus asperū, solū vniore blandū, mitiora animantiū ingenia, tandem aperiri populos, vrbes, oppida, in his assidua non inter se modo, ac finitimos, sed procul etiam distitas gētes, terra mariq; cōmercia. Inde sibi natā facultatē, multas vltro citroq; terras inuisendi, quod nulla nauis ad iter quodlibet instruebatur, in quam nō ille, comitesq; eius libentissime admittebantur. Naues quas primis regionibus conspexerunt, carina plana fuisse narrabat, vela confutis papyrus aut viminibus intendebatur, alibi coriacea, post verō acuminatas carinas canabea vela repererūt, omnia deniq; nostris similia, nauis maris ac cœli non imperiti. Sed mirā se narrabat inisse gratiam, tradito magnetis vsu, cuius antea penitus erant ignari. ideoq; timide pelago cōsueuisse sese, neq; aliās temere, quā æstare credere. Nunc verō eius fiducia lapidis contēnunt hēmē, securi magis, quā tui, vt periculum sit, ne quæ res magno eis bono futura putabatur, eadē per imprudētiā magnorū causa malorū fiat. Quid quoq; in loco se vidisse narravit, & longū fuerit explicare, neque huius est operis inlicitū, & alio fortasse loco dicitur à nobis, præsertim quicquid ex vsu fuerit non ignorari, qualia sunt in primis ea, quæ apud populos vsquā ciuilitate cōiuentes ani-

maduererit, rectē prudenterq; prouisa. His enim de rebus & nos audivissimē rogabamur, & ille libentissime differbat, omnia interim inquisitione monstrorum, quibus nihil est minus nouum. Nam Scyllas & Celenos rapaces, & Lestrigonas populiuoros, atq; eiusmodi immania portenta, nusquā ferē nō inuenias, at sanē ac sapiēter inlitatos ciues haud reperias vtilibet. Cæterum vt multa apud nouos illos populos adnotauit perperā consulta, sic haud pauca recensuit, vnde possint exempla sumi corrigēdis harum vrbium, nationū, gentium, ac regnorū erroribus idonea, alio, vt dixi, loco à me cōmemorāda. Nunc ea tantū referre animus est, quæ de moribus atq; inlitutis narrabat Vtopien sū. præmissō tamen eo sermone, quo, velut tractū quodā, ad eius mēdionē reipublicæ deuētū est. Nam quum Raphael prudentissimē recēssisset, alia hic, alia illic errata, vtrobique, certe plurima, tū quæ apud nos, quæve ite sunt apud illos cauta sapientius, quum vniuscuiusq; populi mores atq; inlituta sic teneret, tanquā in quæuonq; locū diuertisset, totā ibi vitā vixisse videretur, admiratū hominē Petrus, Miror profecto mi Raphael, inquit, cur te regi cuiusdā non adiungas, quorū neminē esse, satis scio, cui tu non sis futurus vehemēter gratus, vt pote quæ hac doctrina, atq; hac locorū hominūq; peritiā non oblectare solum, sed exēplis quoq; instruere, atq; adiuuare consilio sis idoneus, simul hoc pacto & tuis rebre egredi cōsulueris, & tuorū omnium cōmodis magno esse adiumento possis. Quod ad meos attingit, inquit ille, non valde cōmoueor, nempe in quos mediocriter opinor me officij mei partes impleuisse, nam quibus rebus alij non missis & ægri cedunt, imō tum quoq; ægre cedunt, quum amplius retinere non possunt, eas res ego non sanus modo ac vegetus, sed ituenis quoque cognatis, amicisq; dispartiri, quos debere puto hac mea esse benignitate contētos, neq; id exigere atq; expectare præterea, vt memet eorum causa regibus in seruitium dedam. Bona verba, inquit Petrus, mihi visum est non vt seruias regibus, sed vt inseruias. Hoc est, inquit ille, vna syllaba plusquam seruias. At ego sic cenfeo, inquit Petrus, quoquo tu nomine rem appelles, eam tamē ipsam esse viam, qua non alijs modo & priuatum, & publice pulsus conducere, sed tuam quoq; ipsius cōditionē reddere faciliōrē. Faciliōrem ne inquit Raphael, ea via facerē, à quo abhorret animus? At qui nūc sic viuo vt volo, quod ego certe suspicor paucissimis purpuratorum cōtingere. Quin satis est eorū, qui potētū auitias ambiūt, ne magnā putes iacturam fieri, si me atq; vno aut altero mei similibus sint carituri. Tum ego, perspicuū est, inquit, tē mi Raphael, neq; opū esse, neq; potētē cupiditū, ego profecto huius tuæ mētis hominē nō minus veneror ac suspicor, quā eorū quæuis, qui maximē rerū sunt potentes. Cæterū videberis planē

planē rem te atq; isthoc animo tuo tam generoso, tam vere philosopho dignam facturus, si te ita compares, vt vel cum aliquo priuatum incōmodo in ingenium tuum atque industriam publicis rebus accommodes, quod nunquam tanto cum fructu queas, quanto si à consilijs fueris magno alicui principi, & ique (quod te facturum certe scio) recta atque honesta persuaseris. Nempē à principe bonorū malorūq; omnium torrens in totum populum, velut à perēni quodā fonte promānt. In te verō tam absoluta doctrina est, vt vel citra magnam rerum vltimū, porro tanta rerum peritiā, vt sine vlla doctrina, egregium cōsiliarium cuius regum sis præfaturus. Bis etras, inquit ille, mi More, primū in me, deinde in re ipsa. nā neq; mihi ea est facultas, quam tu tribuis, & si maxime esset, tamen quum ocio meo negocium facerem, publicam rem nihil promouē. Primum enim principes ipsi plerique omnes militarijs studijs (quorum ego neq; peritiā habeo, neq; defidero) libētius occupatur, quā bonis pacis artibus, maiusq; multo studium est, quibus modis per fas ac nefas noua sibi regna pariant, quā vt partā bene administrent. Præterea quicunq; regibus à consilio sunt, eorum nemo est, qui non aut verē tantum sapit, vt non egeat, aut tantum sibi sapere videtur, vt non libeat alterius probare consiliū, nisi quod abliudissimis quibusq; diēti assentiunt, & supparasitantur eorum, quos vt maxime apud principē gratiæ, student assentatione demereri sibi. Et certē sic est natura comparum. vt sua cuiq; inuenta blandiantur. Sic et eorum suus aridet pullus, & suus simiæ catulus placet. Quod si quis in illo cœtu vel alienis in audientium, vel præferentiam sua, aliquid asserat, quod aut alijs temporibus factum legit, aut alijs fieri loeis vidit, ibi qui audiuit, perinde agunt, ac si tota sapientiæ suæ periclitaretur opinio, & post illa pro stultis planē sint habendi, nisi aliquid sufficiant inuenire, quod in aliorum inuentis vertant vitio. Si cætera destituant, tum huc confugiunt, hæc nostris, inquit, placere maioribus, quorū prudentiam vltimam nos æquaremus, itaque hoc dicto veluti egregie perorata re, considunt. Tanquā magnum sit periculum, si quis vlla in re deprehendatur maioribus suis sapientior. à quibus tamen vt quicq; optime cōsultū est, ita equissimo animo valere stitimus, ac si qua de re potuit consuli prudentius, eam protinus aniam cupide arreptam mordicū retinemus. Itaq; in hac superba, absurda, ac morosa iudicia, eum sæpe alibi, tum semel in Anglia quoque in cidi. Obsecro, inquam, fugi apud nos? Fui, inquit, atque aliquot menses ibi sum versatus, non multo post eam cladem, qua Anglorum occidentalem ciuile aduersus regem bellum, miseranda ipsorum strage compressum est. In præterea multū debui reuerendissimo patri Ioanni Mertonio Cantuariensi Archiepiscopo &

Cardinali, ac tum quoque Angliæ Cancellario, viro mi Petre (nā Moro cognita sum narraturus) non autoritate magis, quā prudētiā ac virtute venerabili. Etenī statura ei medio-cris erat, nec ætati, quāq; seræ, cedens; vultus quē reuereare, non horreas. in cōgressu nō difficilis, serius tamen & grauis. libido erat asperius interdum compellendo supplicantes experiri, sed sine noxa, quid ingenij, quā animi præsentiam quisq; p̄ se ferret, quā velut cognata sibi virtute, modo abesset impudentia, delectabatur, & vt idoneam ad res gerendas amplectebatur. Sermo politus & efficax, Iuris magna peritiā, ingenium incomparabile, memoria ad prodigium vsque excellens. Hæc enim natura egregia, discendo atq; exercendo p̄tuoexit. Huius cōsilijs rex plurimum fidei, multum resp. hnti (cum ego aderam) videbatur quippe qui ab prima ferē iuuetate protinus à schola coniectus in aulam, in maximis it negocijs per omnem versatus ætatem, ac varijs fortunæ æstibus assidue læstatur, prudentiam rerū (quæ sic recepta non facile elaboratur (multis magnisque eum periculis didicerat. Fortē fortuna quum die quodam in eius mensa esset, laicus quidam legum vestratum peritus aderat, is nescio vnde nactus occasio nem, cœpit accuratē laudare rigidam illā iustitiam, quæ tum illic exercebatur in fures, quos passim narrabat nonnūquā suspēdi viginti in vna cruce, atq; eo vehemētius dicebat se mirari, cum tam pauci elaborerent supplicio, quo malo fato fieret, vt tam multi tamē vbiq; grassarentur. Tū ego, ausus enim sum libere, apud Cardinālē loqui, nihil mireris inquam, Nam hæc punitio furum & supra iustū est, & nō ex vsu publico. Est enī ad vindicāda furta nimis atrox, nec tamē ad refrenāda sufficiens. Quippe neq; furtū simplex tā ingens facinus est, vt capite debeat plecti, neq; vlla poenā est tāta, vt ab latro cinijs cohibeat eos, qui nullam aliā artē quærendi victus habet. Itaq; hac in re non vos modo, sed bona pars huius orbis imitari videtur malos præceptores, qui discipulos verberāt libentius, quā docent. Decernuntur enim furātis graua atq; horrēda supplicia, cum potius multo fiderit prouidendū, vt aliquis esset prouētus vitæ, ne cuiquā tā dira sit furandi primū, dehinc pereundi necessitas. Est inquit ille, satis hoc prouitum, sunt artes mechanicae, est agricolatio, ex his tueri vitā liceat, ni spōte mali esse mallēt. At nō sic euades, inquit. Nam primū omittamus eos, qui sepe vel ab externis bellis, vel ciuilibus mutili redeunt domum, vt nuper apud vos è Cornubijs prælio, & nō ita pridē è Gallico, qui vel Reip. impēdit mēbra, vel regi, quos neq; p̄ntinas artes exercere debilitas patitur, neq; ætas nouā discere: hos inq; omittamus, quādo bella per intermissas vices cōmeant, Ea contēplemur, quæ nullo die non accidunt. Tantus est ergo nobilissimum numerus, qui non ipsi modo degāt ocio si tanquam

De legibus partē
æquis.

Qua ratiōne fieri possit, nō tā multi sint futuri

faci laboribus aliorum, quos puta suorū prædiorum colonos augēdis re ditibus ad viuum vsque radunt. Nam eam solam frugalitātē no uere, homines alioquin ad mendicitatē vsque prodigi, verum immensam quoq; ocioforū stipitorū turbam circūferunt, qui nullam vnquam quærendi victus artem didicerunt. Hi simulatq; herus obierit, aut ipsi ægrotauerint, eijciuntur illico. nā & ociofos libentius quā ægrotos alunt, & sæpe moriētis hæres nō protinus alendæ sufficit paternæ familiæ. interim illi esuriunt strenue, nisi strenue latro cinētur. Nam quid faciant? Siquidē vbi errando paululum vestes ac valetudinē attriuere, morbo iam squalidos atque obitos pannis, neq; generosi dignatur accipere, neq; audent rustici, nōn ignari eum qui molliter educatus in ocio ac delicijs, solitus sit accinctus acinace ac cætra, totā vicinā vultu nebulonico despiciere, & contemnere omnes præ se, haud quaquam idoneū fore, qui cum ligone ac marra, maligna mercede ac victu parco, fideliter inseruiat pauperi. Ad hæc ille, atqui nobis, inquit, hoc hominū genus in primis fouendum est. in his enim, vtpote hominibus animi magis exalti ac generosioris, quā sunt opifices aut agricolæ, consistunt vires ac robur exercitus, si quando sit confligendū bello. Profecto in quā ego, eadē opera dicas licet, belli grātia fouendos esse fures, quibus haud dubie nūquā carebitis, dum habebitis hos. Quin neq; latrones sunt instrēui milites, neq; milites ignauissimi latronum. adeo inter has artes belle conuenit. At hoc vitii tamē frequens est vobis, nō propriū, est enim omnium ferē gentium cōmune. Nam Gallias infestat alia præterea pestis pestilentior. Tota patria stipendijs in pace quoq; (si illa pax est) oppleta atq; obfessa militibus; eadem persuasione inductis, quā vos ociofos hic ministros alēdos esse celsistis. nepe quod Morosophis visum est, in eo sitam esse publicam salutem, si in promptu semper adsit validum firmumque præsidium, maximē veteranorum. neque enim confidunt in exercitatis quicquam, vt vel ideo quærendum eis bellum sit, ne imperitos habeāt milites, & homines iugulandi gratis, ne (vt habet facete Salustius) manus aut animus incipiat per ocium torpescere. At quā sit perniciosum huiusmodi beluas alere, & Gallia suo malo didicit, & Romanorum, Carthaginensium, ac Syrorū, tum multarum gentium exempla declarant, quorum omnium non imperium modo, sed agros quoq; atque adeo vrbes ipsas parati ipsorum exercitus alijs atque alijs occasionibus euertunt. Quā verō nō magno pere necessarium vel hinc elucescit, quod ne Galli quidem milites armis ab vnguiculis exercitatisimi cū euocatis comparati vestris, admodum sæpe gloriantur superiores sese didicisse, vt ne quid dicam amplius, ne præsentibus videar ad blandiri vobis. Sed nec vestri illi vel opifices vrbici,

vel rudes atque agrestes agricolæ, ociofos generosorum stipatores creduntur valde pertimescere, nisi aut hi quibus ad vires atq; audaciam corpus contigit ineptius, aut quorū animi vis inopia rei familiaris infringitur, adeo periculum nullum est, ne quorū valida & robusta corpora (neq; enim nisi selectos dignantur generosi corrumpere) nunc vel elanguescunt ocio, vel negocijs propè muliebribus emolliuntur, ijdem bonis artibus instructi ad vitam, & virilibus exercitati laboribus effeminentur. Certe vt cunq; sese hæc habet res, illud mihi nequaquā videtur publicæ rei conducere, in euentum belli, quod nunquam habebis, nisi quum vultis, infinitam eius generis turbam alere, quod infestat pacem, cuius tanto maior haberi ratio, quā belli debeat. Neq; hæc tamen sola est furandi necessitas, est alia magis, quantum credo, peculiaris vobis. Quænam est ea? inquit Cardinalis. Oues inquam vestras, quæ tam mites esse, tamque exiguo solent alii, nunc (vt fertur) tam edaces atque indomitæ esse cœperunt, vt homines deuorent ipsos, agros, domos, oppida vattent ac depopulentur. Nempe quibuscunq; regni partibus nascitur lana tenuior, atque ideo preciosior, ibi nobiles & generosi, atque adeo Abbates aliquot sancti viri, non his contenti redditibus fructibusque annuis, qui maioribus suis solebant ex prædijs crescere, nec habentes factis, quod ociose ac laute viuentis, nihil in publicum profint, nisi etiam obsint, aruo nihil relinquunt, omnia claudunt pascuis, demoluntur domos, diruunt oppida, templo duntaxat stabulandis ouibus relicto, & tanquam paruum soli perderent apud vos, ferarum saltus ac viuaria, illi boni viri habitationes omnes, & quicquid vsquam est culti, vertunt in solitudinem. Ergo vt vnus helluo inexplibilis ac dira pestis patriæ, continuatis agris, aliquot millia iugerum vno circundet septo, eijciuntur coloni quidam suis, etiā aut circūscripti fraude, aut vi oppressi exuuntur, aut fatigati iniurijs, adiguntur ad venditionē. Itaq; quoquo pacto emigrant miseri, viri, mulieres, mariti, vxores, orbi, viduæ, parentes cū paruis liberis, & numerosa magis quā diuite familia, vt multis opus habet manibus res rustica: emigrant inquam, è notis atque affluetis laribus, nec inueniunt quō se recipiant, suppellectilem omnem haud magno vendibilem, etiā si manere possit emptorem, quum extrudi necesse est, minimo venundant, id quum breui errando insumpserint, quid restat aliud denique, quā vti furerentur, et pendeant iuste scilicet, aut vagentur atq; mendicent, quanquam tum quoque velut erronee conijcturati in carcerem, quod ociofi obambulet, quorū operā nemo est qui conducatur, quum illi cupidissime offerat. Nam rusticæ rei cui assueuerunt, nihil est quod agatur, vbi nihil feritur. Siquidē vnus opilio atq; bubulcus sufficit ei terræ depascendæ pecoribus, in

bus, in cuius cultum, vt sementi faciendæ sufficeret, multæ posebantur manus. Atque hac ratione fit, vt multis in locis annona multo sit carior. Quin lanarum quoque adeo increuit precium, vt à tenuioribus, qui pannos inde solent apud vos conficere, prius emi non possint, atq; ea ratione plures ab opere ablegantur in ocium. Nam post aucta pascua infinitam ouium vim absumpsit tabes, velut eorum cupiditatem vlciscente Deo, immissa in oues lue, quam in ipsorum capita cōortam esse fuerat iustus. Quod si maximē increseat ouium numerus, precio nihil decrescit tamen. quod earum, si monopolij appellari non potest quod non vnus vendit, certè oligopolij est. Reciderunt enim ferē in manus paucorum, eorundemq; diuitiū, quos nulla necessitas vrget ante vendendi quā liber, nec ante libet quā liceat quanti liber. Iam cætera quoque pecorum genera, vt equæ cara sint, eadem ratio est, atque hoc etiam amplius, quod dirutis villis, atque imminuta re rustica, non sint quæ fecerunt curret. Neq; enim diuites illi, vt ouium, sic etiā armentorū foetus educant: sed aliunde macra empta villi, posteaquā suis pascuis pinguerint, magno reuēdunt. Ideoq; sicuti reor, non dum sentitur totum huius rei incommodum. Nempe adhuc his modo locis reddunt cara, vbi vendunt, ceterū vbi aliquandiu celerius extulerint illinc, quā nasci possint, tum demum ibi quoque paulatim decrescere copia, vbi cōemuntur, necesse est hic insigni laboretur inopia. Ita quare vel maximē felix hæc vestra videbatur insula, iā ipsam paucorū improba cupiditas vertit in perniciem. Nam hæc annonæ charitas in causa est, cur quicq; quāuis possit plurimos & familia dimittat, quō quisque nisi mendicatum, aut quod generosis animis persuadear facilius, latrocinatum? Quid quod ad miseram hanc egestatem atque inopiam adiungitur importuna luxuries. Nam & ministri nobilitatis, & opificibus, & ipsis propemodum rusticis, & omnibus deniq; ordinibus, multum est insolentis apparatus in vestibus, nimis in victu luxus. Iam ganea, lustra, lupanar, & aliud lupanar tabernæ vinarie, ceruisarie, postremò tot improbi ludii, alea, charta, fritillus, pila, sphaera, discus, an non hæc celeriter exhaurita pecunia, recta suos mystas mittit aliquo latrocinatum? Has perniciosas pestes eijcite. statuite, vt villas atque oppida rustica, aut hi restituant, qui diruere, aut ea cedant reposituris, atq; edificare volentibus. R. efrenate cōemptiones istas diuitum, ac velut monopolij exereendi licentiam. Pauciores alantur ocio, reddatur agricolatio, lanificium instauretur, vt sit honestum negociū, quo se vtiliter exerceat ociofa ista turba, vel quos haecenus in ocio fures fecit, vel qui nunc erronee, aut ociosi sunt ministri, fures nimirū vtriusq; futuri. Certè nisi his malis medemini, frustra iactetur exercitum in vindicanda

furta iustitiam, nempe speciosam magis, quā aut iustam aut vtilem. Siquidem quum pessimè sinitis educari, & mores paulatim ab teneris annis corrumpi, puniendos videlicet, tum demum quum ea flagitia viri desinent, quorum spem de se perpetuam à pueritia vsq; præbuerant, quid aliud quæso quā facitis fures, & ijdem plebitis? Iam me hæc eloquentie iuris ille consultus interim se ad dicendum composuerat, ac statuerat secū, modo illo solenni disputantiū vti, qui diligentius repetunt quā respondent, adeo bonam partē laudis ponunt in memoria. Belle, inquit, dixisti profecto, quū sis videlicet hospes, qui magis audire his de rebus aliquid potueris, quā exacte quicquam cognoscere, id quod ego paucis efficium perspicuum. Nam primum ordine recensere quo tu dixisti, deinde ostēdam quibus in rebus imposit tibi nostrarum rerū ignoratio. postremo rationes tuas omnes diluam atque dissoluam. Igitur vt à primo quod sum pollicitus, exordiar, quatuor mihi visus es: Tace, inquit Cardinalis, nam haud responsurus paucis videris, qui sic incipias. Quamobrem leuabimus in præsentem hac respōdendū molestia, seruat tamen integrum id munus tibi in proximum congressum vestrum, quem (nisi quid impediatur, aut te, aut Raphaelem hunc, crastinus dies velim referat. Sed interim abs te mi Raphael, perquam libet audierim, quare tu furtum putes vltimo supplicio non puniendum, quā vltimam pœnam ipse statuas, quæ magis cōducatur in publicum, nam tolerandum ne tu quidem sentis. At si nunc per mortem quoque, tamen in furtum iuritur, proposita semel vitæ securitate, quæ vis, quis metus posset abstergere maleficos? qui mitigatione supplicij, velut præmio quodam ad maleficium se inuitatos interpretarentur? Omnino mihi videtur, inquam, pater benignissime, hominū vitam eripi propter ereptam pecuniam, profus iniquum esse. Siquidem cum humana vita ne omnibus quidem fortunæ possessionibus paria fieri posse arbitror. Quod si læsam iustitiā, si leges violatas, hac repēdi pœna dicant, haud pecuniam, quid nisi merito summum illud ius, summa vocetur iniuria? Nam neque legum probanda sunt tam Manliana imperia, vt sicubi in leuissimis parum obtemperetur, illico stringant gladiū: neque tam Stoica scita, vt omnia peccata adeo existiment paria, vt nihil iudicent interesse, occidat ne aliquis hominem, an nummum ei furrupiat, inter quæ (si quicquam æquitas valet) nihil omnino simile aut affine. Deus vetuit occidi quengquam, & nos tam facile occidimus ob ademptam pecuniam? Quod si quis interpretetur, illo Dei iussu interdicitam necis potestatem, nisi quatenus humana lex declarat occidendum, quod oblat quo minus homines, eodem modo constituant inter se, quatenus stuprum admittendum sit.

Expressit morē ei Cardinalis, nam haud responsurus paucis videris, qui sic incipias. Quamobrem leuabimus in præsentem hac respōdendū molestia, seruat tamen integrum id munus tibi in proximum congressum vestrum, quem (nisi quid impediatur, aut te, aut Raphaelem hunc, crastinus dies velim referat. Sed interim abs te mi Raphael, perquam libet audierim, quare tu furtum putes vltimo supplicio non puniendum, quā vltimam pœnam ipse statuas, quæ magis cōducatur in publicum, nam tolerandum ne tu quidem sentis. At si nunc per mortem quoque, tamen in furtum iuritur, proposita semel vitæ securitate, quæ vis, quis metus posset abstergere maleficos? qui mitigatione supplicij, velut præmio quodam ad maleficium se inuitatos interpretarentur? Omnino mihi videtur, inquam, pater benignissime, hominū vitam eripi propter ereptam pecuniam, profus iniquum esse. Siquidem cum humana vita ne omnibus quidem fortunæ possessionibus paria fieri posse arbitror. Quod si læsam iustitiā, si leges violatas, hac repēdi pœna dicant, haud pecuniam, quid nisi merito summum illud ius, summa vocetur iniuria? Nam neque legum probanda sunt tam Manliana imperia, vt sicubi in leuissimis parum obtemperetur, illico stringant gladiū: neque tam Stoica scita, vt omnia peccata adeo existiment paria, vt nihil iudicent interesse, occidat ne aliquis hominem, an nummum ei furrupiat, inter quæ (si quicquam æquitas valet) nihil omnino simile aut affine. Deus vetuit occidi quengquam, & nos tam facile occidimus ob ademptam pecuniam? Quod si quis interpretetur, illo Dei iussu interdicitam necis potestatem, nisi quatenus humana lex declarat occidendum, quod oblat quo minus homines, eodem modo constituant inter se, quatenus stuprum admittendum sit.

Manliana imperia ex Livio

Quā perniciē adferat perpetua militū præsidia.

A iij adūte.



adulterandum peierandum? Siquidem quum Deus non alienæ modo, veruetiam suæ cuique mortis ius ademerit, si hominum inter se consensus, de mutua cæde certis placitis consentientium, a deo debet valere, vt illius præcepti vnicuique eximat suos satellites, qui sine villo exemplo Dei eos interemerint, quos humana sanctio iussit occidi: an non hoc pacto præceptum illud Dei tantum iuris est habiturum, quantum humana iura permiserint? ac fiet nimirum, vt ad eundem modum omnibus in rebus statuatur homines, quatenus diuina mandata conueniat obseruari. Denique lex Moisaica, quanquam inclemens & aspera nempe in seruos, & quidem obstrictos lata, tamen pecunia furtum haud morte multauit. Ne putemus Deum in noua lege clementiæ: qua pater imperat filijs: maiorem indulgisse nobis inuicem sciendi licentiam. Hæc tunc cur non licere putem. Quam verò sit absurdum, atque etiam perniciosum reipub. forem, atque homicidiam ex æquo puniri, nemo est, opinor, qui nesciat. Nempe quum latro cõspiciat non minus imminere discriminis duntaxat furti damnato, quam si præterea conuincatur homicidij, hæc vna cogitatione impellitur in eadem eius, quem aliqui fuerat tantum spoliaturus: quippe præter quam quod deprehensio nihil sit plus periculi, est etiam in cede securitas maior, & maior caelandi spes sublato facinoris indice. Itaque dum fures nimis atrociter studemus perterrere facere, in bonorum incitamus perniciem iam quod queri solet: quæ punitio possit esse commo odior: hoc meo iudicio haud paulo facilis est reperitur. quæ quæ possit esse deterior. Cur enim dubitemus eam viam valem esse castigandis sceleribus: quam scimus olim tam diu placuisse Romanis, admittendum reipublice peritissimis? Nempe hi magnorum facinorum conuictos in lapidicinas, atque fodienda metalla damnabant, perpetuis adseruandis vinculis. Quanquam ego quod ad hanc rem attinet, nullius institutum gentis magis probò, quam id quod interea dum peregrinabar, in Perside obseruatum apud vulgo dictos Polyleritas, adnotauit, populum neque exiguum, neque imprudenter institutum, & nisi quod tributum quotannis Persarum pendit regi: cætera liberam ac suis permissum legibus. Cæterum quonia longe ab mari, montibus ferè circumdati, & suæ terræ nulla in se maligne contenti fructibus, neque adeunt alios sæpe, neque adeuntur. tamen ex vetusto more gentis, neque fines progare student, & quos habent ab omni facile iniuria, & montes tuerentur, & pensio quam rerum possidenti persoluant, immunes prorsus ab illsiis, haud perinde splendide, atque como dei, felices quæ magis quam nobiles, aut clari, degunt, quippe ne nomine quidè opinor, præterquam eorum terminis admodum satis noti. Ergo apud hos furti qui peraguntur, quod sultu-

Respublica Polyleritas apud Persas.

Annotatione nobis ubi fecit facinus

lere domino reddunt, non quod alibi fieri solet, principi, vt pote cui tantum iuris esse censent in rem furuiam quantum ipsi furi: Sin reperierit, precio ex bonis furti confectio ac persoluto, tum reliquo vxoribus eorum atque liberis integro, ipsi danantur in opera, ac nisi atrociter commissum furtum est, neque clauduntur erga furtum, neque gestant cõpedes, sed liberi, ac soluti in publicis occupantur operibus. detrectantes ac languidius gerentes sese, non tam vinculis cohercent quam excitant verberibus, strenuâ nauantes operâ absunt à contumelijs, noctu tantum nominatim cõstiti cubiculis includuntur. præter assiduam laborem nihil incommodi est in vita. Aluntur enim haud duriter qui publicè rei seruiunt: è publico, alibi aliter. Siquidem alicubi quod impenditur in eos ex eleemosyna colligitur, atque ea via quaquam incerta: tamen vt est ille populus misericos, nulla reperitur vberior, alibi reditus quidam publici ad id desinantur. Est vbi certum in eos vsus tributum viritum conferunt. Quin aliquot in locis nullum publicum opus faciunt, sed vt priuatus quique eget mercenarijs, ita illorum cuiuspiam in eum diem operam, ita mercede conducit apud forum, paulo minoris quam quanti liberam fuerat conducturus: præterea fas est seruilem ignauâ flagris corrumpere. Sic fit, vt nunquam operè careant: & præter victum aliquod quoque die ab singulis publico inferatur ærarium. Vno quodam colore vestiuntur & omnes & soli, capillo non abrafo, verum paulo supra auriculas attonfo, è quarum altera paululum præscinditur. Cibum cuique ab amicis dari, potumque ac sui coloris vestem, licet pecuniâ datam esse danti pariter atque accipienti capitale; neque minus periculosum etiam homini libero quantumque de causa nummum à damnato recepisse, & seruos item (sic enim damnatos vocant) arma contingere. Suos quæque regio propria distinguit nota, quam abiecit capitale est, vt vel extra suos conspiciat fines, vel cum alterius regionis seruo quicquam esse collocutum. At neque tutior fugæ meditatio quam ipsa est fuga. Quin consuetum talis fuisse consilij in seruo nex est: in libero seruitus. Contra indici præmia decreta sunt, libero pecunia, seruo libertas, vtique certè videntur errone quæque ad eundem posse modum non pessime tractari, in quos hæctenus tam multis editis legibus, nihil promouimus tamen. Hæc vbi dixit Cardinalis, quæ me narrante contemplant omnes, eadè nemo non certatim laudibus est prosequutus, maxime tamen illud de erroneis, quonia hoc ab ipso adiectum est. Adstabat autem parasitus quidam, qui videri volebat imitari morionem, sed ita simulabat, vt propior vero esset, tam frigidis dictis captans risum, vt ipse sapius, quam dicta sua ride-retur. Excidebant homini tamen interdum quædam, adeo non absurda, vt fidem adagio facerent, crebro iactu iaci aliquando Venerem. Is ergo, dicente quodam è conuuijs: iam meo sermone bene prouisum esse furibus, atque à

At idem hodie famulibilibi pulchri sibi ducunt.

ad perpetrandum latrocinium nihil habent vsquam non importunum: manus inermes: pecunia tantum sceleris index: deprehensio parata vindicta, neque spes vlla prorsus fugiendi quoquam. Quo enim pacto falleret ac tegeter fugam, homo nulla vestium parte populo similis: nisi abeat nudus? quin sic quoque fugienter proderet auricula. At ne inuito saltè concilio cõiurent in rempub. id demum scilicet periculum est, quasi in tantam venire spem vlla possit vicinia non tentatis ac sollicitatis ante multarum regionum seruitijs, quæ tantum absunt à facultate conspirandi, vt ne conuenire quidem & colloqui aut salutare se mutuo liceat: vt credatur interim id consilium intrepide credituri suis: quod reticentibus periculosum, prodentibus maximo esse bono sciant. Quum contra nemo sit prorsus expes, obediendo ac referendo, bonamque de se præbendo spem emendationis in posterum vitæ, posse his modis fieri, vt libertatem aliquando recuperet, quippe nullo non anno restitutus aliquot commendatione patientiæ. Hæc quum dixissem, atque adiecissem, nihil mihi videri caute, quare non hic modus haberi vel in Anglia possit, multo maiore cum fructu, quam illa iustitia, quæ iuris ille peritus tantopere laudauerat. Sub hæc ille, nempe iureconsultus, Nunquam, inquit, istud sic stabiliri queat in Anglia, vt non in summum discrimen adducat rempub. & simul hæc dicens, commouit caput ac distortit labrum, atque ita conticuit. Et omnes qui aderant, pedibus in eius ibant sententiâ. Tum Cardinalis, non est, inquit, proclive diuinare, commode ne an se res cessura sit, nullo prorsus facto periculo. Verum si pronuntiata mortis sententiâ, differri executionem iubeat princeps, atque hunc experiarum morem, cohibitis asylorum priuilegijs, tum verò si res comprobetur euentu esse vitilis, rectum fuerit eam stabiliri, alioqui tunc quoque afficere supplicio eos, qui sunt ante damnati, neque minus è republica fuerit, neque magis iniustum, quam si nunc idem fieret, nec vllum interea nasci ex ea re potest periculum. Quin mihi certè videntur errone quæque ad eundem posse modum non pessime tractari, in quos hæctenus tam multis editis legibus, nihil promouimus tamen. Hæc vbi dixit Cardinalis, quæ me narrante contemplant omnes, eadè nemo non certatim laudibus est prosequutus, maxime tamen illud de erroneis, quonia hoc ab ipso adiectum est. Adstabat autem parasitus quidam, qui videri volebat imitari morionem, sed ita simulabat, vt propior vero esset, tam frigidis dictis captans risum, vt ipse sapius, quam dicta sua ride-retur. Excidebant homini tamen interdum quædam, adeo non absurda, vt fidem adagio facerent, crebro iactu iaci aliquando Venerem. Is ergo, dicente quodam è conuuijs: iam meo sermone bene prouisum esse furibus, atque à

Cardinale etiam cautum de erroneis, restare nunc vti his præterea confuleretur publicitus, quos ad egestatem morbus aut senectus impulisset, atque ad labores vnde viui possit, reddidisset impotes. Sine, inquit, me, nã ego & hoc rectè vt fiat, videro. Etenim hoc genus hominum misere cupio aliquo è conspectu amoliri meo, ita me male vexarunt sæpe, cum querulis illis opplorationibus flagitarent pecuniam, quas nunquam tamen tam commode potuerunt occinere, vt nummum à me extorquerent. Quippe semper alterum euenit, vt aut non libeat dare, aut ne liceat quidem, quando nihil est quod detur. Itaque nunc cõeperunt sapere, nam ne perdat operam, vbi me præterire vident, prætermittunt taciti, ita nihil à me sperat amplius, non hercule magis quam si essem sacerdos. Sed illos ego mendicos omnes lata lege distribui ac dispartiri iubeo in Benedictinorum cœnobis, & fieri laicos vt vocant monachos: Mulieres moniales esse impero. Subrisit Cardinalis & approbat ioco, cæteri etiam serio. En mi, More quam longo te sermone oneravi, quod tam diu facere planè puduisset, me, nisi tu & cupide flagitasses, & sic videres audire, tanquam nolles quicquam eius confabulationis omitti, quæ quanquam aliquanto perstrictius, narranda tamen mihi fuit omnino propter eorum iudicium, qui quæ me dicente spreuerant, eadem rursus euestigio non improbante Cardinale, etiam ipsi comprobauerunt, vsque adeo assentates ei, vt parasiti quoque eius inuentis, quæ dominus per iocum non aspernabatur, ad blandirentur, & serio propemodum admitterent. Vt hinc possis æstimare, quanti meæ meæ consilia, alicui forent æstimaturi. Profecto mi Raphael inquam, magna me affecisti voluptate, ita sunt abs te dicta prouidenter simul & lepide omnia. præterea visus mihi interim sum non solum in patria verari, verum etiam repuerascere quodammodo iucunda recordatione Cardinalis illius, in cuius aula puer sum educatus. cuius viri memorizæ quod tu tam impense faues, non credas mi Raphael, quanto mihi sis effectus hoc nomine charior, cum esses aliquo charissimus. Cæterum non possum adhuc villo pacto meam demutare sententiam, quin te planè putem, si animum inducastuum, vti ne ab aulis principum abhorreas, in publicis posse te tuis consilijs plurimum boni conferre, quare nihil magis incumbit tuo, hoc est boni viri officio. Si quidè cum tuus senserat Plato, resp. ita demum futuras esse felices, si aut regnent philosophi, aut reges philosophentur, quam procul aberit felicitas, si philosophi regibus nec dignentur saltè sibi impartiri consiliu? Non sunt, inquit ille, tam ingrati, quin id libenter facerent, imò multi libris editis iam fecerit, si hi qui rerum potiuntur essent parati, bene consultis parere. Sed bene haud dubie præuidit Plato, nisi reges philosophentur ipsi, nunquam futurum,

Proverbiu vulgo iactatu apud medicos

vt peruersis opinionibus à pueris imbuti atq; infecti, penitus philoſophantium comprobēt conſilia: quod ipſe quoque experiebatur apud Dionyſium. An non me putas ſi apud aliquē regū decreta ſana proponerē, & pernicioſa malorū ſemina conarer illi euellere, protinus aut eijciendum aut habendum ludibrioſ? Age, ſingeme apud regem eſſe Gallorum, atque in eius conſidere conſilio, dum in ſecretiſſimo ſecreſſū præſidente rege ipſo in corona prudētiſſimorū hominū magnis agitatur ſtudijs, quibus artibus ac machinamentis Mediolanum retineat, ac fugitiuum illā Neapolim ad ſe retrahat: poſtea vero euerat Venetos, ac totam Italiam ſubijciat ſibi, deinde Flandros, Brabantos, totam poſtremo Burgundiam ſuę faciati ditionis, atq; alias prætereas gentes, quarū regnū iā olim animo inuaſit. Hic dū alius ſuadet ferendum cum Venetis fœdus tantisper duraturū, dū ipſi fuerit commo dū, cū illis comunicandū conſilium, quin deponendam quoq; apud eodem aliquā prædæ partē, quam rebus ex ſententia peractis repetat. Dum alius conſulit conducendos Germanos, alius pecunia demulcendos Helueticos, alius aduerſum numē imperatoris maiſtatis, auro, velut anathemate, propitiandum: Dum alij videtur cū Arragonum rege cōponendas eſſe res, & alieno Nauarię regno, velut pacis authoramento cedendum: alius interim cenſet Caſtelię principem aliqua ſpe affinitatis irretiendum, atque alicui nobiles aliquot in ſuam factionem certa penſione eſſe pertrahendos: Dum maximus omnium nodus occurrit, quid ſtatuendum interim de Angliā ſit. Cæterum de pace tractandum tamen, & conſtringenda, firmiſſimis vinculis ſemper infirma ſocietas amici vocentur, ſuſcipiantur vt inimici. Habendosigitur paratos, velut in ſtatione Scotos, ad omnem intentos occaſionem, ſi quid ſe commoneant Angli, protinus immittendos. Ad hæc fouendum exulem nobilem aliquem occulte, namque id aperte ne fiat prohibent fœdera, qui id regnum ſibi debere contendat, vt ea velut anſa contineat, ſuſpectum ſibi principem. Hic, inquam, in tanto rerum molimine, tot egregijs viris ad bellum ſua certatim conſilia conferentibus, ſi ego hominū ſurgam, ac verti iubeam vela, omitteſſam Italiam cenſeam, & domi dicam eſſe manendum, vnum Gallię regnum ferē maius eſſe, quā vt commode poſſit ab vno adminiſtrari, ne ſibi putet rex de alijs adijciendis eſſe cogitandum. Tum ſi illis proponerem decreta Achiorum populi, Vtopieſium inſulæ ad Euronoton oppoſiti, qui quum olim bellum geſiſſent, vt regiſio aliud obtinerent regnum, quod affinitatis antiquæ cauſa ſibi contendebat hæreditate debere, conſequuti tandem id, vbi viderunt nihil ſibi minus eſſe moleſtæ in retinēdo, quā in quærendo perſulerunt, verū aſſidua pullulare ſemina, vel

interne rebellions, vel externa incurſionis in deditos, ita ſemper aut pro illis, aut cōtra pugnandum, nunquam dari facultatem dimittendi exercitus, compilari interim ſe, efferri foras pecuniam, alienæ gloriolæ ſuum impendi ſanguinem, pacem nihilo tutiorem, domi corruptos bello mores, imbitam latrocinandi libidinem, conſirmatam eadibus audaciam, leges eſſe contemptui, quod rex in duorum curam regnorum diſtractus, minus in vtrumvis animum poſſet intendere. Cum viderent aliqui tantis malis nullum ſinem fore, inito tandem conſilio, regi ſuo humaniſſime fecerunt optionem retinēdi vtriusque regni vellet: nā vtriuſque non fore poteſtatem, ſe plures eſſe, quā qui à dimidiato poſſint rege gubernari, quum nemo ſit libenter admilſſurus mulionem ſibi cum alio communem. Ita coactus eſt ille bonus princeps, nouo regno cuiquam ex amicis relicto (qui breui etiam poſt eiectus eſt) antiquo eſſe contentus. Prætereas ſi oſtenderem omnes hos conatus bellorum, quibus tot nationes eius cauſa tumultuaretur, quum theſaurus eius exhauiſſent, ac deſtruxiſſent populum, aliqua tandem fortuna fruſtra ceſſuros tamen, proinde auitum regnum coleret, ornaret quantum poſſet, & faceret quā ſolentilſimum. Amet ſuos, & ametur à ſuis, cum his vnā viuat, imperetque ſua uiter, atque alia regna valere ſinat, quando id quod nunc ei contigiſſet, ſatis amplum ſuperq; eſſet. Hanc orationē quibus auribus mi More, putas excipiendam? Profecto non valde pronis, inquam. Pergamus ergo inquit, ſi conſiliarijs cū rege quoſiam tractantibus, & cominiſcentibus, quibus technis ei queant coaceruare theſaurus, dum vnus intendēda conſulit æſtimationem monetæ, quum ipſi ſit eroganda pecunia, deijciendam rursus infra iuſtum, quum fuerit corroganda. vti & multum æris paruo diſſoluat, & pro paruo multum recipiat: Dum alius ſuadet vt bellum ſimulet, atque eo prætextu, coacta pecunia, cum viſum erit, faciat pacē ſanctis cæremonijs, quo plebecule oculis fiat præſtigiū, miſeratus videlicet humanum ſanguinem princeps pius: Dum alius ei ſuggerit in mentem, antiquas quædam, & tunc adeſas leges, longa deſuetudine antiquatas, quas quod nemo latas meminilſet, omnes ſint tranſgreſſi, earum ergo multas iubeat exigi, nullū vberiorē prouentum eſſe, nullū magis honorificum, vt pote qui iuſtitia præ ſe perſonam ferat: Dum ab alio admoneatur, vt ſub magnis mulctis multa prohibeat, maxime talia, quæ ne ſiant, in rem ſit populi, poſt pecunia cum illis diſpenſet, quorum cōmodis obſtat interdictionem, ſic & à populo gratiam iniri, & duplex adferri compendium, vel dum hi mulctantur, quos quæſtus cupiditas pellexit in caſſes, vel dū alijs vendit priuilegia tāto pluris, quāto ſcilicet fuerit melior princeps, vt pote qui grauatiū quicquam contra

contra populi commodum priuato cuiquam indulgeat, & ob id non niſi magno precio. Dū alius ei perſuadet obſtringendos ſibi iudices, qui quavis in re pro regio iure diſceptent, accerſendos prætereas in palatium, atq; inuitā, dos vti coram ſe de ſuis rebus diſſerāt, ita nullam cauſam eius tam aperte iniquam fore, in qua non aliquis eorum vel contradicendi ſtudio, vel pudore dicendi eadem, vel quo gratiā inean, apud eum aliquam reperiant rimā, qua poſſit intendi calumnia. Sic dum iudicibus diuerſa ſentientibus, res per ſe clarilſima diſputatur, & veritas in quæſtionem venit, anſam cōmodum regi dari, pro ſuo cōmodo ius interpretandi cæteros aut pudore acceſſuros, aut metu, ſic intrepide fertur poſtea pro tribunali ſententia. Neque enim deſſe prætextus poteſt pronuncianti pro principe. Nempe cui ſatis eſt aut æquitatem à ſua parte eſſe, aut verba legis, aut contortum ſcripti ſenſum, aut que legibus deniq; omnibus præponderat, apud religioſos iudices principis indiſputabilē prerogatiuam. Dum omnes in Craſiano illo cōſentunt atq; conſpirant, Nullam auri vim ſatis eſſe principis, cui ſit alendus exercitus, prætereas nihil iniuſte regem facere, vt maxime etiā velit, poſſe. Quippe omnia omnium eius eſſe, vt homines etiam ipſos: tantum verò cuique eſſe proprium, quantum regis benignitas ei non ademerit, quod ipſum vt quā minimū ſit, principis multum referre, vt cuius tutamētum in eo ſitum ſit, ne populus diuitijs ac libertate laſciuat, quod hæc res minus patienter ferant dura atq; iniuſta imperia, quum contra egeſtas atq; inopia retundat animos, ac patientes reddat, adimatq; preſis generoſos rebellandi ſpiritus. Hic ſi ego rursus adſurgens contendam, hæc conſilia omnia regi & inhoneſta eſſe, & pernicioſa, Cuius nō honor modo, ſed ſecuritas quoq; in populi magis opibus ſita ſit quā ſuis: quos ſi oſtendam regem ſibi deligere ſua cauſa, non regis, videlicet vti eius labore ac ſtudio ipſi cōmode viuunt, tutiq; ab iniurijs, eoſq; magis ad principē eā pertinere curā, vt populo bene ſit ſuo, quā vt ſibi, nō aliter ac paſtoris officiū eſt, oues potius quā ſemet paſcere, quatenus opilio eſt. Nā quod populi egeſtatem cenſeant pacis præſidium eſſe, longiſſime aberrare eos, ipſa res docet. Nempe vbi plus rixarū comperias, quā inter mendicos? Quis intentius mutationi rerum ſtudet, quā cui minime placet præſens vitæ ſtatus? Aut cui deniq; audacior impetus ad conturbanda omnia, ſpe alicunde lucrandi, quā cui iam nihil eſt quod poſſit perdere? Quod ſi rex aliquis adeo aut contemptus eſſet, aut iniuſus ſuis, vt aliter eos continere in officio non poſſit, niſi contumelijs, compilatione, & ſectiōne graſſetur, eoſq; redigat ad mendicitatem, præſtiterit illi proſecto regno ſe abdicare, quā ſi res retinere artibus: quibus quanquam imperij nomē retineat, certe amit-

tit maiſtatem. Neque enim regiæ dignitatis eſt, imperium in medicos exercere, ſed in opulentos potius, atque felices. Quod ipſum ſenſit certe vir erecti ac ſublimis animi Fabricius, cū reſpoderet, malle ſe imperare diuitibus, quā diuitem eſſe. Et proſecto vnum aliquem voluptate ac delicijs fluere, gementibus vndique ac lamentantibus alijs, hoc non eſt regni, ſed carceris eſſe cuſtodem. Deniq; vt imperitiſſimus medicus eſt, qui morbum neſcit niſi morbo curare, ita qui vitā ciuium nō nouit alia via corrigere, quā ad eptis vitæ cōmodis, ſe neſcire fateatur imperare liberis. quin aut inertia potius mutet ſuā, aut ſuperbiā nā his ferē vitijs accidit, vt populus eum contēnat, vel habeat odio. Viuat innocuus de ſuo, ſumptus ad reditus accommodet, reſtinet malicia, & recta inſtitutione ſuorum præueniat potius, quā ſinat increſcere, quæ deinde puniat. leges abrogatas conſuetudine haud temerē reuocet, præſertim quæ diu deſitæ nunquam deſyderatæ ſunt. neq; vnquam cōmiſi nomine eiſmodi quicquam capiat, quale priuatum quempiam iudex, velut iniquū ac vaſtrū non pateretur accipere. Hic ſi proponerem illis Macarenſi legē, qui & ipſi non longe admodū abſunt ab Vtopia, quorū rex, quo primū die auſpicatur imperiū, magnis adhibitis ſacrificijs iuriurando aſtringitur, nunquā ſe vno tempore ſupra mille auri pondo in theſauris habiturum, aut argenti, quātum eius auri precium æquet. Hanc legem ferunt ab optimo quodā rege inſtitutam, cui maiori curæ fuit patriæ commo dū, quā diuitiæ ſuæ, velut obicem aceruandæ pecunię tantæ, quanta faceret inopiam eius in populo. Nempe eum theſaurum videbat ſuffecturum, ſiue regi aduerſus rebelles, ſiue regno aduerſus hoſtium incurſiones eſſet conſilgendum. Cæterum minore eſſe quā vt animos faciat inuadendi aliena, quæ potilſima condendæ legis cauſa ſuit. Proxima, quod ſic proſpectū putauit, ne deſit pecunia, quæ in quotidiana ciuium cōmuratione verſetur, & quum regi neceſſe eſt erogare, quicquid theſauro ſupra legitimum accreuit modū, non queſiturum cenſuit occaſiones iniuriæ. Talis rex & malis erit formidini, & à bonis amabitur. Hæc ergo atq; huiusmodi ſi ingere. Prouerbum.

Mira lex Macarenſium

Prouerbum.

Philoſophia ſcholatiſtica.

Hoc eſt

Teſtegalos dehoratur ab Italia petenda.

Helueticj conduti.

Exemplū annotandum

Craſi diuitis diſtum.

Hoc est, inquit ille, quod dicebam, non esse apud principes locum philosophiæ. Imò inquam, est verum, non huic scholasticæ, quæ quidvis putet vbiuis cōuenire, sed est alia philosophia ciuilior, quæ suā nouit scēnā, eiq; sese accommodans, in ea fabula quæ in manibus est, suas partes concinne & cum decore tutatur. Hac vtendum est tibi. Alioquin dum agitur quæpiam Plauti comœdia, nugantibus inter se vernulis, si tu in prosceniū prodeas habitu philosophico, & recenses ex Octauiā locum in quo Seneca disputat cum Nerone, nonne præstitit egisse mutam personam, quā aliena recitando talem fecisse tragicomœdiam? Corrueris enim peruerterisque præsentē fabulam, dū diuersa permiscēs, etiam si ea quæ tu affers, meliora fuerint. Quæcūq; fabula in manu est, eam age quam potes optime, neq; ideo totam perturbes, quod tibi in mentem venit alterius, quæ sit lepidior. Sicut in Rep. sic in cōsultationibus principum. Si radicibus euelli non possint opiniones prauæ, nec receptis vlti vitis mederi queas ex animi tui sententia, non ideo tamen deferenda Resp. est, & in tempesta nauis delituenda est, quoniam ventos inhibere non possis. At neq; insuetus & insolens sermo inculcandus, quem scias apud diuersa persuasos pondus non habiturū, sed obliquo ductu conandum est, atq; aditendū tibi, vti pro tua virili omnia tractes cōmode. & quod in bonum nequis vertere, efficias saltem, vt sit quāminime malū. Nam vt omnia bene sint, fieri non potest, nisi omnes boni sint, quod ad aliquot abhinc annos adhuc nō expecto. Hac inquit, arte nihil fieret aliud, quā ne dū aliorum furorū mederi studeo, ipse cū illis insanā. Nam si vera loqui volo, talia loquar necesse est. Cæterum falsa loqui, sit ne philosophi nescio, certe non est meum. Quanquam ille meus sermo vt fuerit fortasse ingratus illis, atq; molestus, ita non video cur videri debeat vsq; ad ineptias insolens. Quod si aut ea dicerem, quæ fingit Plato in sua Rep. aut ea quæ faciunt Vtopienfes in sua, hæc quamquam essent (vt certe sunt) meliora tamen aliena videri possint, quod hic singulorum priuata sunt possessiones, illic omnia sunt cōmunia. Meus verò sermo nisi quod ad eos qui statuisent secum, ruere diuersa via præcipites, iucundus esse non potest, qui reuocet ac præmonstrat pericula; alioqui quid habuit, quod non vbiuis dici vel conueniat, vel oporteat? Equidem si omittēda sunt omnia tanquam insolentia atq; absurda, quæcunq; peruersi mores hominum fecerunt, vt videri possint aliena, dissimulemus oportet apud Christianos pleraq; omnia, quæ Christus docuit, ac dissimulari vique adeo vetuit, vt ea quocq; que ipse in aures insuffurasset suis palām in tectis iussisset prædicari. Quorum maxima pars ab istis moribus lōge est alienior, quā mea fuit oratio. Nisi quod nonnulli cōcionatores, homines callidi, tuum illud consi-

lium secuti puto, quando mores suos homines ad Christi normam grauatim paterentur aptari, doctrinam eius velut regulam plumbeam accommodauerūt ad mores, vt aliquo saltem pacto coniungerentur scilicet: quæ re nihil video quid profecerint, nisi vt securius liceat esse malos, atq; ipse profecto tantundem proficiam in consilijs principum. Nam aut diuersa sentiam, quod perinde fuerit, ac si nihil sentia. aut eadem, & ipsorum adiutor sim, vt inquit Mitio Terentianus, insaniā. Nam obliquus ille ductus tuus non video quid sibi velit, quo censēs adnitendum, si non possint omnia reddi bona, tamen vt tractentur commode, statq; quo ad licet, quāminime mala. Quippe non est ibi dissimulandi locus: nec licet conuincere. approbanda sunt aperte pessima consilia, & decretis pessimissimis subscribendum est. Speculatoris vice fuerit, ac penē proditoris, etiam qui improbe consulta, maligne laudauerit. Porro nihil occurrat, in quo prodesse quicquam possis, in eos delatus collegas, qui vel optimum virum facilius corruperint, quā ipsi corrigantur. quorum peruersa consuetudine vel deprauaberis, vel ipse integer atq; innocens, alienæ malitiæ stultitiæq; prætexeris, tantum abest vt aliquid possis in melius obliquo illo ductu conuertere. Quam ob rem pulcherrima similitudine declarat Plato, cur merito sapientes abstineant a capeienda Repub. Quippe quū populū videant in plateas effusum alsiduis imbribus perfundi, nec persuadere queat illis, vt se subducāt pluuiæ, tectaque subeant: gnari nihil profuturos sese, si exeat quā vt vnā compluantur, semet intra tecta continent, habentes satis, quando alienæ stultitiæ non possunt mederi, si ipsi saltem sint in tuto. Quanquā profecto mi More (vt ea vere dicam, quæ meus animus fert) mihi videtur vbi cunq; priuata sunt possessiones, vbi omnes omnia pecunijs metuntur, ibi vix vnquā posse fieri, vt cum Repub. aut iuste agatur, aut prospere, nisi vel ibi sentias agi iuste, vbi optima queque perueniunt ad pēssimos, vel ibi feliciter, vbi omnia diuiduntur in paucissimos, nec illos habitos vnde eunq; commode, cæteris vero planē miseris. Quam ob res quū apud animum meum reputo prudentissimā atque sanctissimā instituta Vtopie: sum, apud quos tam paucis legibus, tam commode res administrantur, vt & virtuti precium sit, & tamen æquatis rebus omnia abundant omnibus, tū vbi his eorum moribus ex aduerso comparo tot nationes, alias semper ordinantes, nec vllā satis ordinatam vnquam earū omnū, in quibus quod quisque nactus fuerit, suum vocat priuatum, quorum tam multæ indies conditæ leges nō sufficiūt, vel vt conseruatur quicquid, vel vt tueatur, vel vt satis interscat ab alieno, illud quod suum inuicem quisque priuatum nominat, id quod facile indicant infinita illa tam alsidue nascētia, quā nūquam finienda

nien da litigia, hæc inquam, dum apud me cōsidero æquior Platoni fio, minusque demior, dedignatum illis leges ferre vllas, qui recubant eas, quibus ex æquo omnes omnia partirentur commoda. Si quidem facile præiudicet homo prudentissimus, vnam atque vnitam illam esse viam ad salutem publicā, si rerum indicatur equalitas, quæ nescio an vnquā possit obseruari, vbi sua sunt singulorum propria. Nam quam certis titulis quisque quantum potest ad se conuertit, quantatūq; fuerit rerum copia, eam omnē pauci inter se partiti, reliquis relinquunt inopiam, fereque accidit vt alteri sint alterorum sorte dignissimi, quam illi sint rapaces, improbi, atque inutiles, contra ij modeste viri ac simplices, & quotidiana industria in publicū quāminime semet benigniores. Adeo mihi certe persuadeo, res æquabili ac iusta aliqua ratione distribuī, aut feliciter agi cum rebus mortalium, nisi sublata profusus proprietate, non posse. Sed manente illa, mansuram semper apud multō maximam multoq; optimam hominum partem, egestatis & erumnarum anxiam atque inuitabilem sarcinam. Quam vt fateor leuari aliquantulū posse, sic tolli planē contendo non posse. Nepe si statuatur ne quis supra certum agri modum possideat, & vti sit legitimus cuiq; census pecuniæ, si fuerit legibus quibusdam cautum, vt neq; sit princeps nimium potens, neq; populus nimis insolens, Tum magistratus ne ambiantur, neu dentur venum, aut sumptus in illis fieri sit necesse, alioquin & occasio datur per fraudem ac rapinas sarcinæ pecuniæ, & sit necessitas eis muneribus præficiendi diuites, quæ potius fuerant administranda prudentibus talibus inquam legibus, quemadmodum ægra alsiduis solent fomentis fulciri corpora deploratæ valetudinis, ita hæc quoque mala leniri queant, ac mitigari. vt sanentur vero, atque in bonum redeant habitum, nulla omnino spes est, dum sua cuique sunt propria. Quin dum vnus partis curæ studeat, alia pars vulnus exasperauerit: ita mutuo nascitur ex alterius medela alterius morbus, quando nihil sic adijci cuiquam potest, vt non idem admiratur alij. At mihi, inquam, contra videtur, ibi nunquam commode viuī posse, vbi omnia sint communia. Nam quo pacto suppetat copia rerum, vnoquoque ab labore subducente se vtpote quem neque sui quæstus vrget ratio, & alienæ industrie fiducia reddat legem. At quomodo & stimuletur inopia, neque quod quisquā fuerit nactus, id pro suo tueri vlla possit lege, an non necesse est perpetua cedere ac se ditione laboretur? Sublata præsertim autoritate ac reuerentia magistratum, cui quis esse locus possit apud homines tales, quos inter nullum discrimen est, ne comminifci quidem queo. Non miror, inquit, sic videri tibi, quippe cui eius imago rei aut nulla succurrit, aut falsa. Verum si in Vtopia fuisses

mecum, moresq; eorum atque instituta videris præfens vt ego feci, qui plus antiis quitteque ibi vixi, neque vnquam voluissē te discedere, nisi vt nouum illum orbem proderem; tum planē faterere, populū recte institutum nunquam alibi te vidisse quā illuc. At qui profecto inquit Petrus Ægidius, ægre persuadeas mihi, melius institutum populū in nouo illo, quā in hoc noto nobis orbe reperiri, vt in quo neq; deteriora ingenia & vetustiores opinōes esse, quā in illō Resp. & in quibus plurima ad vitam commoda longius inuenit vsus: vt ne adiciam apud nos casū repertā quædam, quibus excogitandis nullū potuisset ingenium sufficere. Quod ad vetustatem, inquit ille, rerum attinet publicarum; tum pronunciare posses rectius, si historias illius orbis perlegisses, quibus si fides haberi debet, prius apud eos erāt vrbes, quā homines apud nos. iam vero quicquid hæctenus vel ingenium inuenit, vel casus reperit, hoc vtrobique potuit exitisse. Cæterū ego certe potui, vt illis prætemus ingenio, studio tamen atque industria longe à tergo relliquimur. Nam vt ipsorum habent annales, ante appulsum illuc nostrum, de rebus nostris (quos illi vocat Vltraquinoctiales) nihil vnquam quicquam audierant, nisi quod olim annis ab hinc ducentis supra mille, nauis quædam apud insulam Vtopiam naufragio perijt, quam tempesta eò detulerat. Eiecti sunt in littus Rhomanum quidam atq; Ægyptij, qui postea nunquam inde discessere. Hanc vnquam occasionem vide quā commodam illis sua fecit industria. Nihil artis erat intra Rhomanum imperium, vnde possit aliquid esse vsus, quod non illi aut ab expositis hospitibus didicerint, aut acceptis querendi feminibus adiuuenerint. tanto bono fuit illis aliquos hinc semel illuc esse delatos. At si qua similis fortuna quæmpiam antehac illinc huc perpulerit, tam penitus hoc obliteratum est, quā istud quoque forsitan excidet posteris, me aliquando illic fuisse. Et vt illi vno statim congressu quicquid à nobis commode inuentum est, fecerunt suum. Sic ditū futurum puto, priusquā nos accipiamus quicquā, quod apud illos melius quam nobis est institutum. Quod vnum maxime esse reor in causa, cur quum neq; ingenio, neque opibus inferiores simus eis, ipsorum tamen res quā nostra prudentius administraretur, & felicius efflorescat. Ergo mi Raphael inquam, quæso te atque obsecro, describe nobis insulam, nec velis esse breuis, sed explices ordine agros, stultos, vrbes, homines, mores, instituta, leges, ac deniq; omnia quæ nos putes velle cognoscere. putabis autem velle quicquid adhuc nescimus. Nihil, inquit, faciam libentis: Nam hæc in promptu habeo, sed res ocium poscit. Eamus ergo, inquam, intro pransum, mox tempus nostro arbitratu sumemus. Fiat inquit. Ita ingressi prande.

ὁμοιωσις
mira.
κωφου
πρὸς αωου

Vtopie-
siu insti-
tura

prandemus, pransi, in eundem reuersi locum, in eodem sedili confedimus, ac iussis ministris, ne quis interpellaret, ego ac Petrus Agidius hortamur Raphaelem, vt praestet quod erat pollicitus. Is ergo vbi nos vidit intentos atque auidos audiendi, quum paulisper racitus & cogitabundus affedisset, hunc in modum exorsus est.

PRIMI LIBRI FINIS.

V T O P I A E,

SIVE SERMONIS

QVEM RAPHAEL HYTHLODAEVS, DE OPTIMO REIPVBLICAE STATV

HABVIT. LIBER SECVNDVS.



Topiensium insula in media sui parte (nam hac latissima est) milli passuum ducenta porrigitur, magnamque per insulae spacium non nullo angustior fines versus paulatim vtrinque tenuatur: hi velut circumducti circino quingentorum ambitu milium, insulam totam in lunae speciem renascens effigiant. Cuius cornua fretum interfluens, millibus passuum plus minus vnde decim dirimit, ac per ingens inane diffusum, circumiectu vndique terrae prohibitis ventis, vasti in more lacu stagnans magis quam saeuens, omnem propem eius terrae aluum pro portu facit magnamque hominum vsu nauis quaquaversus transmittit. fauces hinc vadis, inde saxis formidolosae. In medio ferimè interstitio vna rupes eminent, eoque innoxia, cui inaequata turrim praesidio tenent, caeterae latentes & insidiosae. Canales soli s' ipsis noti, atque ideo non temere accidunt, vti exterius quisquam huc in sinum, nisi Vtopiano duce, penetraret, vt in quem vix ipsis tentus ingressus est, nisi signis quibusdam è littore viam regentibus. His in diuersa translatis loca, hostium quamlibet numerosam classem facile in perniciosas portus. At vbiq; descensus in terram ita natura munitus, aut arte, vt ingentes copiae paucis inde queat propugnatoribus arceri. Caeterum vt fertur, vtiq; ipsa loci facies praese fert, ea tellus olim non ambiebatur mari. Sed Vtopus (cuius vtpote victoris nomè refert insula, nam ante id temporis Abraxa dicebatur, quique rudem atque agrestem turbam ad id quo nunc caeteros propem mortales accessit cultus, humanitatisque perduxit) primo protin' appulsiu victoriae portus, passuum millia quindecim, qua parte tellus continenti adhaesit, excindendum curauit, ac mare circum terram duxit. Quomodo ad id operis non incolas modo coegisset (ne contumeliae loco laborè ducerent) sed suo praeterea milites omnes adiungeret, in tantam hominum multitudinem opere distributo, incredibili celeritate res perfecta, finitimos (qui in initio vanitate inceperant) admiratione successus ac terrore perculerit. Insula ciuitates habet quatuor et quinquaginta, spaciosas omnes ac magnificas, lingua, moribus, institutis, legibus prorsus ipsa, idem situs omnium, eadem vbi que quatenus per locum licet, reru facies. Harum quae proximè intersunt milia quatuor ac viginis separant. Nulla rursus est tam deserta, quae non ad aliam urbem pedibus queat vni usque diei perueniri. Cuius quaeque ex urbe terni, senes ac reru periti, tractatum de rebus insulae communibus, quotannis conueniunt Amaurotum. Na (ea urbs quod tanquam in umbilico terrae sita maxime iacet omnium partium legatis opportuna) prima princepsque habetur. Agritia come de ciuitatibus assignati sunt, vt ab nulla parte minus soli quae XX passuum millia vna quaeuis habeat, ab aliqua multo etiam amplius, videlicet qua parte longius vrbes inter se disunguntur. Nulli vrbis cupido promouendum finiu. Quippe quos habent agricolas, magis eorum se, quam dominos putant. Habent ruri per omnes agros commode dispositas domos, rusticis instrumentis instructas. Haec habitantur ciuibus per vices eò commigrantibus. Nulla familia rustica in vrbis mulieribusque pauciores habet quam quadraginta praeter duos ascriptitios seruos, quibus pater materque familias graues ac maturi praeficiuntur, & singulis tres familias philarchus vnus. E quaque familia viginti quotannis in urbem remigrant hi, qui bienniu ruri completere. In horum locum totidem recentes ex vrbe subrogantur, vt ab his qui annum ibi fuere, atque ideo rusticarum peritiores rerum, instituantur: alios anno sequente docturi ne si pariter omnes ibi noui, agriculturalionis rudes essent, aliquid in annona per imperitia peccaretur. In inuouandoru agriculturalium mos, & si solennis sit, ne quisquam inuitus asperire vitam cogatur continuare diutius, multi tamen quos rustice rei studiu natura de-

Sicus & forma Vtopiae noue insulae.

Ioc' natura vni p'fido defenditur.

Stratagemata mutatis signis.

Vtopia insula ab Vtopo duce. Hoc plus erat quam isthmu' fodi. e facile fertur quod omnibus commune est.

Oppida Vtopiae insulae.

Similitudo cocor dia facit. Vbiu' inter se me diocrie i' teruallu.

Distributio agrorum. At hinc hodie re- sumpt. omnium

Prima cura agricola- tionis.

Agricolae officia.

Miratio foue- di oua.

Vfus equorum.

Vfus bouu.

Cibus ac potus.

Mod' tem- mentis.

Mutua opa qui- tu valeat

natura delectat, plures sibi annos impetrant. Agricola terram colunt, nutriunt animalia, ligna comparant, atque in urbem qua commodum est, terra, marisue conuehunt. Pullorum infinitam educant multitudinem mirabili artificio. Neque enim incubant oua gallinae, sed magnam eorum numerum calore quodam aquabili fonte animant, educantque, hi simul atque est testis prodire, homines, vice matrum comitantur, & agnoscunt. Equos alunt perquam paucos, nec nisi ferocientes, neque alium in usum quam exercendis rebus aequalibus iuuentutis. Nam omnem, seu colendi, seu vehendi laborem boues obeunt, quos (vt fatentur) equis imperu cedere, sic patientia vincere, nec tot obnoxios morbis putant, ad haec minore impendio & operae & sumptus alii, ac denique laboribus emeritis, in cibum tandem vsui esse. Semente in solum panem vtuntur. Nam aut vnam vinum bibunt, aut pomorum, pirorum, aut denique aquam nonnunquam meram, sepe etiam quae mel aut glycyrrizam incoerint, cuius haud exiguum habent copiam. Quum exploratum habeant (habent enim certissimum) quantum vni anno consumat vrbs, & circumiectus vrbis conuentus, tamen multo amplius & seminis faciunt, & pecudum educant quam quod in suos vsus sufficiat, reliquum impartunt finitimis. Quibuscunque rebus opus est, quae res ruri non habentur, eam suppellectilem omnem ab vrbe petunt, & sine vlla rerum commutatione, a magistratibus vrbis nullo negotio consequuntur. Nam illo singulo quoque mense plerique ad festum diem conueniunt. Quum frumentandi dies instat, magistratibus vrbis agricolarum phylarchi denunciant, quantum cuius numerum ad se mitti conueniat, quae multitudo frumentatorum quum ad ipsum diem opportuna adstet, vno propem sereno die tota frumentatione defunguntur.

DE VRBIBVS, AC NOMINATIONE DE AMAUROTO.

Vrbium qui vnam norit, omnes nouerit, ita sunt inter se (quatenus loci natura non obstat) omnino similes. Depingatur igitur vna quampiam (neque enim admodum refert qua) Sed qua potius, quam Amaurotu' quia nec vlla dignior est, quippe cui senatus gratia reliqua deferunt, nec vlla mihi notior, vt in qua annos quinque perpetuo vixerim. Situs est igitur Amaurotum in leni decli- etu montis, figura ferè quadrata. Nam latitudo eius paulo infra collis incepta verticem, millibus passuum duobus ad flumen Anydru' pertinet, secundum ripam aliquanto longior. Oritur Anydrus millibus octoginta supra Amaurotu', modico fonte, sed aliorum occursum fluminum, atque in his duorum etiam mediocrium auctus, ante urbem ipsam quingen-

Amauroti primarie Vtopiae vrbis descriptio.

Anydri fluminis descriptio.

tos in latum passus extenditur, mox adhuc amplior, sexaginta millia prolapsus, excipitur Oceano. Hoc toto spacio, quod vrbis ac mare interiacet, ac supra vrbis quoque aliquot milia sex horas perpetuas influens aestus, ac refluxus aternat celeri flumine. Quum sese pelagus infert, triginta in longum milia, totum Anydri alueum suis occupat vndis, profligato retrorsum fluuio. Tum aliquanto vltra, liquoris eius fallugine corrumpit, dehinc paulatim dulcescens annis, syncerus vrbem perlabitur, ac refugientem vicissim purus & incorruptus, ad ipsas propem fauces insequitur. Vrbis aduersus fluminis ripae, non pilis ac subcubicis ligneis, sed ex opere lapideo, egregie arcuato ponte, commissa est, ab ea parte, quae longissime distat à mari, quod naues totum id latum vrbis possint inoffensa pertere. Habent alium praeterea fluuium, haud magnum quidem illum, sed perquam placidum, ac iucundum. Nam ex eodem scaturiens monte, in quo ciuitas collocatur, mediam illam per dextra perfluens, Anydro miscetur. Eius fluuii caput fontemque, quod paulo extra vrbem nascitur, munimentis amplexi Amaurotani iunxerunt oppido, ne si qua vis hostium ingruat, intercepti atque auerti aqua, neue corrumpi queat. Inde canalibus costibus, diuersim ad inferiores vrbis partes aqua dirigitur. Id sicubi locus fieri vetat, cisternis capacibus, collecta pluuia, tantumdem vsus adfert. Murus altus ac latus oppidum cingit, turribus ac propugnaculis frequens: atria fossa, sed alta, lataque, ac vrbis sepibus impedita, tribus ab lateribus circumdat moenia, quarto flumen ipsum pro fossa est. Plateae cum aduenturam, tum aduersus venos descriptae, commode: aedificia neutquam ferdida, quorum longa & torum per vicum perpetua series, aduersa domorum fronte conspiciunt, has vicorum frontes via distinguit pedes viginti lata. Posterioribus aedium partibus, quanta est vicilongitudo, hortus adiacet, latus, & vicorum tergis vndique circumseptus. Nulla domus est quae non, vt hostium in plateam, ita posticum in hortum habeat. Quin bifores quoque facili tractu manus apertiles, ac dein sua sponte coeutes, quemuis intromittant, ita nihil vsquam priuati est. Nam domos ipsas vnoquoque decennio forte commutant. Hos hortos magnificiunt, in his vineas, fructus, herbas, flores habent tanto nitore, cultuque, vt nihil fructuosius vsquam viderim, nihil elegantius, nisi qua in re studium eorum, non ipsa voluptas modo, sed vicorum quoque inuicem de suo cuiusque horti cultu certamen accendit. & certe non aliud quicquam temere vrbis tota reperias, siue ad vsum ciuium, siue ad voluptatam commodius, eoque nullius rei, quam huiusmodi hortorum, maiorum habuisse curam videtur is qui condidit. Nam totam hanc vrbis figuram, iam inde ab initio descriptam

Idem sic apud An- glos in flumine Thamisii

Et in hoc Londinum cum Amauroto conuenit

Vfus aquae potabilis

Moenia munita

Plateae cum in modum aedificia.

Hostii aduersus vicum

Hortus facilius communitate Platoni

Vtilitas hortorum etiam Amaurotana

etiam quæ domus alij ingenti sumptu stetit, hanc alius delicato animo contemnit, eaq; neglecta, atque ideo breui collapsa, aliam alibi impensis non minoribus extruit. At apud Vtopiensis compositis rebus omnibus, & constituta Repub. rarissime accidit, vti noua collocandis ædibus area deligatur, & non modo remedium celeriter presentibus vitij adhibetur, sed etiam imminentes occurrunt. Ita fit vt minimo labore diutissime perdurent ædificia. & id genus opifices vix habeant interdum quod agant, nisi quod materia dolare domi, & lapides interim quadrare atq; aptare iubentur, quo (si quod opus incidat) maturius possit exurgere. Iam in vestibus vide, quam paucis operis egent: primum dum in opere sunt, corio neglectum aut pellibus amiciuntur, quæ in septennium durent. quum procedunt in publicum, superindunt chlamydem vestem, quæ rudiores illas vestes contegat, eius per totam insulam vnus color est, atque is natiuus. Itaque lanei panni non modo multo minus quàm vsquam alibi sufficiunt, verum is ipse quoque multo minoris impendij est. At lini minor est labor, eoque vnus crebrior, sed in lineo solus candor, in laneo sola mundities conspicitur, nullum tenuioris filii precium est. Itaque fit, vt quum alibi nusquam vni homini quatuor aut quinque togæ laneæ diuersis coloribus, ac totidem sericæ tunicæ sufficiant, delicatioribus paulo ne decem quidem ibi vna quisque contentus est plerumq; in biennium. Quippe nec causa est vlla cur plures affectet, quas consecutus, neque aduersus frigus esset munitior, neque vestitu videretur vel pilo cultior. Quã obrem quum & omnes vtilibus sese artibus exerceant, & ipsarum etiã opera pauciora sufficiant, fit nimirum, vt abundante rerum omnium copia, interdum in reficiendis (si quæ detritæ sunt) vias publicas immensam multitudinem educant, per sepe etiam quum nec talis cuiuspiam operis vnus scopum in primis respicit, vt quoad per publicas necessitates licet, quam plurimum temporis ad seruitio corporis ad animi libertatem cultumq; ciuibus vniuersis asseratur. In eo enim sita vitæ felicitatē putat.

DE COMMERCIIIS MUTVIS.

Sed iam quo pacto sese mutuo ciues vtantur, quæ populi inter se cõmercia, quæque sit distribuendarum rerum forma, videatur explicandum. Quum igitur ex familijs constet ciuitas, familias vt plurimum cognationes efficiunt. Nã femine (vbi maturuerint) collocatæ maritis, in ipsorum domicilia concedunt. At masculi filij, ac deinceps nepotes, in familia permanent, & parentum antiquif-

simo parent, nisi præ senectâ mente parum valuerit. tunc enim ætate proximis esse sufficitur. Verum nec ciuitas aut fieri infrequentior, aut vitra modum possit incrementum, cauetur ne vlla familia, quarum millia sex quæque ciuitas, excepto conuentu, complectitur, pauciores quã decem, pluresque quã sexdecim puberes habeat. Impuberum enim nullus præstinari numerus potest. Hic modus facile seruatur, transscriptis his in rariores familias, qui in plenioribus excrescunt. At si quando in totum plus iusto abundauerit aliarum vrbium suarum infrequentia, vbi cuncte indigenis agri multum superest, & cultu vacat, coloniam suis ipsorum legibus propagant, & scitis vnâ terræ indigenis, si conuenerit secum velint. Cum volentibus coniuuendi in idem vitæ institutum eisdemq; mores, facile coalescunt, idque vtriusque populi bono. Efficiunt enim suis institutis, vt ea terra vtriusque abunda sit, quæ alteris aut parca ac maligna videbatur. Renuentes ipsorum legibus viuere, propellunt his finibus, quos sibi ipsi describunt. Aduersus repugnantes bello configunt. nam eam iustissimam belli causam ducunt, quum populus quispiam eius soli, quo non ipse vititur, sed velut inane ac vacuum possidet: alij tamen qui ex naturæ præscripto inde nutrirī debeant, vsum ac possessionem interdicit. Si quando villas ex suis vrbibus aliquis casus eoulsue imminuerit, vt ex alijs insulæ partibus, seruato suo cuiusque vrbis modo, relârciri nõ possint, (quod bis duntaxat ab omni æuo, pestis grassante sequita, fertur contigisse) remigrantibus & colonia ciuibus replentur. Perire enim colonias potius patiuntur, quàm vllam ex insulanis vrbibus imminui. Sed ad conuictum ciuium reuertor. Antiquissimus (vt dixi) præest familiaris. Ministri sunt vxores maritis, & liberi parentibus, atq; in summa minoris natu maioribus. Ciuitas omnis in quatuor æquales partes diuiditur. In medio cuiusque partis forum est omnium rerum. Eo in certas domos opera cuiusque familiaris conuehuntur, atq; in horrea singule seorsum species distributæ sunt. Ab his quilibet paterfamilias, quib; ipse suisq; opus habent, petit, ac sine pecunia, sine omni prorsus hostimento quicquid petierit, aufert. Quare enim negetur quicquam? quum & omnium rerum abunde satis sit, nec timor vllus subit, ne quisquam plusquam sit opus, flagitare velit? Nam cur superuacua petiturus putetur is, qui certum habet nihil sibi vnquam defuturum? Nempe audiam ac rapacem aut timor carendi facti in omni animantum genere aut in homine sola reddit superbia, quæ gloriæ sibi ducit, superflua rerum ostentatione ceteros antecellere, quod vlti genij in Vtopiensiu institutus nullum omnino locum habet. Adiuuata sunt foris (quæ commemorari) fora

Numero-
rus ciuiu

Sic excludi potest
ociosa
turba mil
nistroru.

Rapaci-
tas vnde.

fora cibaria, in qua non olera modo, arborumq; fructus & panes comportantur, sed pisces præterea, quadrupedumque & auium quicquid eluculentum est, extra vrbem locis appositis, vbi fluere tabum ac sordes eluantur. Hinc deportant pecudes occisas, depuratasque manibus famulorum (nã neque, suos ciues patiuntur assuescere) laniam animalium, cuius vsu clementiam, humanissimam naturæ nostræ affectum, paulatim deperire putant, neque, fordidum quicquam atque immundum, cuius putredine corruptus aer morbum posset inuehere perferri in vrbem sinunt. Habet præterea quilibet vicus aulas quasdam capaces, æquali ab sese inuicem intervallo distantes, nomine quaque suo cognitas. Has colunt Syphogranti, quarum vniciq; triginta familie, videlicet ab vtroque latere quindecim, sunt adscriptæ, cibum ibi sumpturæ. Obsonatores cuiusq; aulæ certa hora conueniunt in forum, ac relato suorum numero cibum petunt. Sed prima ratio ægrotorum habetur, qui in publicis hospitij curantur. Nam quatuor habent in ambitu ciuitatis hospitia paulo extra muros, tam capacia, vt totidem oppidulis æquari possint, tum vt neque ægrotorum numerus quamlibet magnus anguste collocaretur, & per hoc incommodum quo hi qui tali morbo tenerentur, cuius contagio solet ab alio ad alium serpere, longius ab aliorum cœtu semoueri possint. Hæc hospitia ita sunt instructa, atque omnibus rebus quæ ad salutem cõferant referatæ, tum tam tenera ac sedula cura adhibetur, tam assidua medicorum peritissimorum præsentia, vt quum illuc nemo mittatur inuitus, nemo tam ferè in tota vrbe sit, qui aduersa valetudine laborans, non ibi decumbere quàm domi suæ præferat. Quum ægrotorum obsonator cibos ex medicorum præscripto receperit, deinceps optima quæque inter aulas æqualiter pro suo cuiusque numero distribuuntur, nisi quod principis, pontificis, & Traniborum respectus habetur, ac legatorum etiam, & exterorum omnium (si qui sunt, qui pauci ac raro sunt) sed his quoque cum ad sunt, domicilia certa atq; instructa parantur. Ad has aulas prandij cœnæq; stas horis tota syphograntia conueniunt, nec tubæ clangore commonefacta, nisi qui aut in hospitij, aut domi decumbunt. quanquam nemo prohibetur, postquam aulis est satis factum, è foro domum cibum petere, sciunt enim neminè id temere facere. Nam & si domi prædere nulli vetitum sit, nemo tamen hoc libenter facit, cum neque honestum habeatur, & stultum sit deterioris parandi prandij sumere laborem, cum lautum atque opiparum præsto apud aulam tam propinquam sit. In hac aula ministeria omnia, in quibus paulo plus fordus aut laboris est, obeunt serui. Cæterum coquendi parandique cibi officium & totius denique instruendi conuiuij solæ mulieres exercent, cuiusque videlicet familiaris per vi-

Tabes ac
sordes pe-
stem in-
uehit ci-
uitatibus
Ex pecu-
dum lanie-
na didici-
m? & ho-
mines iu-
gularè

Cura æ-
grotoru.

Cõiuuia
cõmunita
promis-
cuaque

Vt vbiq;
libertatis
habetur
ratio, ne
quid fiat
à coactis

Formine
ministra
in conui-
uijs.

ces. Tribus pluribusue mensis pro numero cõuiuuarum discumbitur. Viri ad parietem, femine exterius collocantur, vt si quid his subiti oboriatur mali, quod vterum gerentibus interdum solet accidere, imperturbatis ordinibus exurgant, atque inde ad nutrices abeant. Sedent illæ quidem seorsum cum lactentibus in cœnaculo quodam ad id destinato, nunquam sine foco atque aqua munda, nec absque cunis interim, vt & declinare liceat infantulos, & ad ignem cum velint exemptos facijs libertate, ac ludo reficere. Sux quæque, soboli nutritrix est, nisi aut mors aut morbus impediatur. id cum accidit, vxores Syphograntorum prope nutricem quærun, nec id difficile est. Nam quæ id prestare possunt, nulli officio sese offerunt libentius, quoniam & omnes eam misericordiam laude prosequuntur, & qui educatur, nutricem parentis agnoscit loco. In antro nutricium consistunt pueri omnes, qui primum lustrum non, expleuere: cæteri impuberes, quo in numero ducunt quicunque sexus aletutis vtrius intra nubiles annos sunt, aut ministrant discumbentibus, aut qui per ætatem nondum valent, adstant tamen, atque id summo cum silentio. vtrique, quod à sedentibus porrigitur, eo vescuntur, nec aliud discretum prandendi tempus habent. In medio primæ mensæ (qui summus locus est) & cui (nam ea mensa suprema in parte cœnaculi transuersa est) totus conuentus conspicitur, Syphograntus cum vxore consider. His adiunguntur duo ex natu maximis. Sedent enim per omnes mensas quæterni. At si templum in ea Syphograntia situm est sacerdos eiusque vxor cum Syphograntio sedent vt præsideant. Ab vtraque parte collocantur iuniores, post senes rursus, atque hoc pacto per totam domum & æquales inter se iunguntur, & dissimilibus tamen immiscentur, quod ideo ferunt institutum, vt senum grauitas ac reuerentia (quum nihil ita in mensa fieri dicere potest, vt eos ab omni parte vicinos effugiat) iuniores ab improba verborum gestuumque licentia cohibeat. Ciborum seruicia non à primo loco desicpe apponuntur, sed senioribus primum omnibus) quorum insignes loci sunt) optimis quisque cibis infertur, deinde reliquis æqualiter ministratur. At senes lautitias suas (quarum non tanta erat copia, vt posset totam per domum affatim distribui) pro suo arbitratu circum sedentibus impartiuntur. Sic & maioribus natu suis seruatur honos, & commodi tantundem tamen ad omnes peruenit. Omne prandium cœnamque ab aliqua lectione aspiciuntur, quæ ad mores faciat, sed breui tamen, ne fastidio sit. Ab hac senioribus honestos sermones, sed neque, tristes ac in facetos ingerunt. At nec longis legis totum occupant prandium, quin audiunt libenter iuuenes quoque. Atque adeo

Laude &
officio ci-
ues opti-
me inui-
tatur ad
recte agē-
dū. Edu-
catio so-
bolis.

Sacerdos
supra
principē
At nund
etiam &
Epicopi
ijs man-
cipiorū
vice sunt
Iuniores
maiores
bus ad-
mixti.

Senū ha-
bita ra-
tio

Id hodie
vix mo-
nachi ob-
seruant.
Sermo-
nes in
cõuiujs.

de industria prouocant, quo & indolis cuiusque & ingenij per conuiuij libertatem prudentis sese, capiunt experimentum. Prandia breuifoula sunt, cœnæ largiores, quod labor illa, has somnus & nocturna quies excipit; quam illi ad salubrem concoctionem magis efficacem putant. Nulla cœna sine musica transigitur, nec vllis caret secunda mensa belarijs, odores incensidunt, & vnguenta (pargunt, nihilque nõ faciunt, quod exhilarare conuiuias possit, sunt enim hanc in partem aliquanto procliuiores, vt nullum voluptatis genus (ex quo nihil sequatur incommodi) censeant interdici. Hoc pacto igitur in vrbe conuiuunt, at ruri qui longius ab sese disiti sunt, omnes domi quisque suæ comedunt, nulli enim familiaræ quicquam ad victum deest, quippe à quibus id totum videtur, quo vescantur vrbici.

D E P E R E G R I N A
tione Vtopiensium.

AT si quos aut amicorum alia in vrbe commorantium, aut ipsius etiam videndi loci desiderium ceperit, à Syphograntis ac Traniboris suis veniam facile impetrant, nisi si quis vsus impediatur. Mititur ergo simul numerus aliquis cum epistola principis, quæ & datam peregrinandi copiam testatur, & reditus diem præscribit. Vehiculum datur cum seruo publico, qui agat boues & curet cæterum nisi mulieres in coetu habeant, vehiculum veli onus & impedimentum remittitur. Toto itinere cum nihil seculo efferant, nihil desit tamen, vbique enim domi sunt. Si quo in loco diutius vno die commorentur, suam ibi quisquam artem exerceat, atque ab arte eiusdem officij humanissime tractantur. Si semet autore quisquam extra suos fines vegetetur, deprehensus sine principis diplomate contumeliose habitus, pro fugitiuo reducitur, castigatus acriter. idem ausus denuo, seruitute plectitur.

Quod si quem libido incessat per suæ ciuitatis agros balandi, venia patris & consentiente coniuge, non prohibetur. Sed in quocunque rus peruenit, nullus ante cibum datur, quam ante mercabiles, & vel pro datione, vel in festis etiam signis inter se committi. Hanc ob causam inestimabilem thesaurum seruant, at non vt thesaurum tamen, sed ita habent, quomodo me narrare profecto deterret pudor, metuentem ne fidem orationis sit habitura, quod eo iustius vereor, quod magis mihi sum conscius, nisi vidissem præfens, quam ægre potuissem ipse perdit, vt alteri idem recensenti crederem. Necessè est enim ferè quàm quicquid est ab eorum qui audiunt moribus alienum, tam idem procul illis absesse à fide. quamquam prudens rerum æstimator minus fortasse mirabitur, quum reliqua eorum instituta tam longe ab nostris differant;

Id hodie medici danant

Musica in conuiuio.

voluptas innoxia nõ aspernanda

O sancta republica, & vltima Christianis imitanda. Aequabiliter, vt omnibus sufficiat.

rotico (quem, vt dixi, terni quotannis omni ex vrbe frequenter) vbi primum consistit quæ res quoque loco abundat, rursum cuius alicubi malignior prouentus fuerit, alterius inopiã alterius protinus vbertas explet, atque id gratuito faciunt, nihil vicisum ab his recipientes quibus donant. Sed quæ de suis rebus vnicuique vrbi dederit, nihil ab ea repetentes; ab alia, cui nihil impenderunt quibus egent, accipiunt. Ita tota insula velut vna familia est. At postquam satis prouisum ipsis est (quod non antea factum censent, quàm in biennij propter anni sequentes euentum prospexerint) tunc ex his quæ supersunt, magnam vim frumentum, mellis, lanæ, lini, ligni, cocci, & conchyliorum, vellerum, cæræ, ferri, corij, ad hæc animalium quoque in alias regiones exportant, quarum rerum omnium septimam partem inopibus eius regionis dono dant, reliquam precio mediocri vendunt. quo ex commercio non eas modo merces, quibus domi egent (nam id ferè nihil est præter ferrum) sed argenti atque auri præterea magnam vim in patriam reportat. Cuius rei diuina consuetudine supra quàm credi possit, vbique iam earum rerum copia abundant. Itaque nunc parum pensi habent, præsertim re pecunia, an in die vendant, utalioque maximam partem habeant in nominibus, in quibus tamen faciendis non priuato-rum vnquam, sed confectis ac more iustitiam publicam vrbis fidem sequuntur. Quibus vbi solutionis dies aduenit, à priuatis debitoribus exiguntur, atque in ærariu reijgit, eiusque pecuniæ, quoad ab Vtopiensibus repetatur, vsura fruitur. Illi maximam partem nunquam repetunt. Nam que res apud se nullum habent vsu, eam ab his auferre quibus vsui est, haud æquum censent. Cæterum si res ita poscat, vt eius aliquam partem alij populo mutuam daturi sint, tum demum possunt; aut quum bellum gerendum est, quam in rem vnã totum illum thesauru, quæ habent, domi seruant, vt aut extremis in periculis, aut in subditis præsidio sit: potissimè quo milites externos (quos libentius quàm suos ciues obijciunt discrimini) immodico stipendio conducant, gnari multitudine pecuniæ hostes ipsos plerumque mercabiles, & vel prodatione, vel in festis etiam signis inter se committi. Hanc ob causam inestimabilem thesaurum seruant, at non vt thesaurum tamen, sed ita habent, quomodo me narrare profecto deterret pudor, metuentem ne fidem orationis sit habitura, quod eo iustius vereor, quod magis mihi sum conscius, nisi vidissem præfens, quam ægre potuissem ipse perdit, vt alteri idem recensenti crederem. Necessè est enim ferè quàm quicquid est ab eorum qui audiunt moribus alienum, tam idem procul illis absesse à fide. quamquam prudens rerum æstimator minus fortasse mirabitur, quum reliqua eorum instituta tam longe ab nostris differant;

Res similes ca nihil aliud quàm magna quædam multa est

Negociatio Vtopiensium

Vt nulli non muneretur suæ communitatis. Quæ ratione possit esse vilis pecunia.

Sati est bellu pecunia aut arte declinare, quam multa sanguinis humani iactura gerere. O artificum

differant: si argenti quoque; atque auri vsus ad ipsorum potius, quàm ad nostri moris rationem accommodetur. Nempe quum pecunia non vtantur ipsi, sed in eum seruent euentum, qui vt potest vsu venire, ita fieri potest vt nunquã incidat. Interim aurum argentumque (vnde æstimetur) sic apud se habent, vt ab nullo pluris aestimetur, quàm rerum ipsarum natura meretur, qua quis non videt quàm longe infra ferrum sunt, vt sine quo non hercule magis quàm absque igni atque aqua viuere mortales queant, quum interim auro argentoque nullum vsu, quo non facillè careamus, natura tribuerit, nisi hominum stultitia precium raritati fecisset. quin contra, velut parens indulgentissima optima quæque, in propatulo posuerit, vt aërem, aquam, ac tellurem ipsam, longissime verò vana ac nihil profutura semouerit. Ergo hæc metalla si apud eos in turrim aliquã abstruderentur, princeps ac senatus in suspitionem venire posset (vt est vulgi stulta solertia) inde deluso per technam populo, ipsi alioquo in comodo fruenterur, porrò si phylas inde, aliaque id genus opera fabre excusa conficerent, si quando incidisset occasio, vt constanda sint rursum, atque in militum eroganda stipendium, vident nimirum fore, vt ægre patiantur auelli, quæ semel in delictijs habere cœpissent. His rebus vti occurrant, excogitauerunt quandam rationem, vt reliquis ipsorum institutis consentaneam, ita ab nostris (apud quos aurum tanti fit, ac tam diligenter conditur) longissime abhorrentem, eoque, nisi peritis non credibilem: Nam quum in scitilibus, sed vilibus tamen edant, bibantque, ex auro atque argento non in communibus aulis modo, sed in priuatis etiam domibus matellas passim, ac sordidissima quæque vasa conficiunt. Ad hæc catenas & crassas compedes, quibus cœtercent seruos, iidem ex metallis operantur. Postremo quocunque aliquod crimen infames facit, ab horum auribus anuli dependent aurei, digitos aurum cingit, aurea torques ambit collum, & caput denique auro vincitur. Ita omnibus curant modis, vt apud se aurum argentumque in ignominia sint. atque hoc pacto fit, vt hæc metalla, quæ cæteræ gentes non minus ferè dolent ac viscera sua distrahi patiuntur, apud Vtopiensis, si semel omnia res postularet ferri, nemo sibi iacturam vnus fecisse a se videretur. Margaritæ præterea leuissimæ adamanantes ac pyropos quoque, neque tamen quærunt, sed oblatu casu perpoliunt. His ornant infantulos, qui vt primis pueritiæ annis, talibus ornamentis gloriantur ac superbiunt, sic vbi plutulum accreuit ætatis, cum animaduertant eiusmodi nugis non nisi pueros vti, nullo parentu monitu, sed suomet ipsorum pudore deponunt. nõ aliter ac nostri pueri, quum grandescunt, nuces, bullas, &

Aurum ferro vilis, quàm vltim at-tinet.

O magnificè auri contumeliam.

Aurum gestamè infamiu.

Gemmaru pueroru delicia.

pupas abijciunt. Itaque hæc tam diuersa ab reliquis genibus instituta; quàm diuersas tidem animorum affectiones pariat, nunquam æquè mihi atque in Anemoliorum legatis inclauit. Venerunt hi Amaurotu (dum ego aderam) & quoniam magnis de rebus tractatum veniebant, aduentum eorum terni illi ciues ex qualibet vrbe præuenerant, sed omnes finitimarum gentium legati, qui eò ante appulerant, quibus Vtopiensium perspecti mores erant, apud quos sumptuoso vestitu nihil honoris haberi intelligebant, sericum contemptui esse, aurum etiam infame sciebant, cultu quàm poterat modestissimè venire confueverant. At Anemolij, quod longius aberant, ad rñusum cum illis commercij habuerant, quum accepissent eodem omnes, eoque rudi corporis cultu esse, persuasi nõ habere eos; quo non vtebantur, ipsi etiam superbi magis, quàm sapientes, decreuerunt apparatus elegantia deos quosdam repræsentare, & miserorum oculos Vtopiensium, ortiatus sui splendore præstringere. Itaque ingressi sunt legati tres cum comitibus centum, omnes vestitu versicolori, plerique serico, legati ipsi (nam domi nobiles erant) amictu aureo, magnis torquibus & inauribus aureis, ad hæc anulis aureis in manibus, monilibus insuper appensis in pileo, quæ margaritis ac gemmis affulgebant, omnibus postremo rebus ornati, quæ apud Vtopiensis aut seruos supplicia, aut infamium dedecora, aut puerorum nugamenta fuerunt. Itaque operæ precium erat videre, quo pacto cristas efererint, vbi suum ornatum cum Vtopiensium vestitu (nam in plateis sese populus effuderat) contulere. contraque non minus erat voluptatis, considerare quàm lenge sua eos spes expectatioque fefellerat, quamque longe ab ea existimatione aberant, quam se consecuturos putauerant. Nempe Vtopiensium oculis omnium, exceptis perquam paucis, qui alias gentes aliqua idonea de causa inuiserant, totus ille splendor apparatus pudendum videbatur, & infimum quentque pro dominis reuerenter salutantes, legatos ipsos ex aurearum vsu catenarum pro seruis habitos, sine vllò prorsus honore prætermiserunt. Quin pueros quoque vidisses, qui gemas ac margaritas abiecerant, vbi in legatorum pileis affixas conspexerunt, compellere matrem ac latu fodere. En mater, quàm magnus nebulo margaritis adhuc & gemmulis vititur, ac si esset paruulus! At parens serio etiam illa, tace inquit filij est opinor quispiã è Morionibus legatorum. Alij catenas illas aureas reprehendere, vt potest nullius vsus, quippe tam graciles, vt eas facillè seruus in fringere: tam laxas rursum, vt quum fuerit libitum, possit excutere, & solutus ac liber quo vis aufugere. Verum legati postquam ibi vnum atque alteru diem versati, tantam auri vim in tanta vilitate conspexerunt, nec in minore contumelia, quàm apud hæc honore habitã

Elegantissima fabula

τρυφή

niunt ij qui nobilitatis opinione sibi bladiuntur ac plaudunt, quod eiusmodi maioribus nasci contigerit, quorum longa series diues (neque enim nunc aliud est nobilitas) habita sit, præsertim in prædijs, nec pilo quidem minus sibi nobiles videntur, etiam si maiores nihil inde reliquerint, aut relictum ipsi obliguerint. His adnumerant eos, qui gemis ac lapillis (vt dixi) capiuntur, ac dij quodammodo sibi videntur facti, si quando eximium aliquem consequantur, eius præsertim generis, quod sua tēpeltate maximo apud suos æstimetur. neque enim apud omnes, neque omni tempore eadem genera sunt in precio: Sed nec nisi exemptum auro, ac nudum comparant. Imò ne sic quidem, nisi adiurato venditore, & præstanti cautione, veram gemmam ac lapidem verum esse, tam solliciti sunt, ne oculis eorum veri loco adulterius imponat. At spectaturo tibi, cur minus præbeat oblectamenti factitius, quæ tuus oculus non discernit à vero? Vterque ex equo valere debet, tibi non minus hercle quam cæco. Quid hi qui superfluas opes adseruant, vt nullo aceri vsu, sed sola contēplatione delectentur, num veram percipiunt, an falsa potius voluptate luduntur? aut hi qui diuerso vitio aurum, quo nunquam sint vsuri, fortasse nec vsuri amplius, abscondunt, & solliciti ne perdant, perdunt, quid enim aliud est, vsibus demptum tuis, & omnium fortasse mortalium telluri reddere? & tu tamē abstruso thesauro, velut animiam securus lætitia gestis. Quem si quis furti sustulerit, cuius tu ignarus furti, decē post annis obieris, toto illo decenni, quo subtrahat pecunie superfuisti, quid tua retulit, surreptum an saluū fuisse? vtroque certe modo tantundem vsu ad te peruenit. Ad has tam ineptas lætias, aleatores (quorum infaniam auditu, non vsu cognouere) venatores præterea, atque aucupes adiungunt. Nam quid habet, inquit, voluptatis, talos in alueum projicere, quod toties fecisti, vt si quid voluptatis inesset, oriiri tamen potuisset ex frequenti vsu satietas? aut quæ suauitas esse potest, ac non fastidium potius, in audiēdo latratu atque vlulatu canum? aut qui maior voluptatis sensus est, cum leporem canis insequitur, quam quū canis canem? nempe idem vtrobique agitur, accurratur enim, si te cursus oblectet. At si te cædis spes, lanatus expectatio sub oculis peragēdi retinet, misericordiam potius mouere debet, spectare lepuleculum à cane, imbecillum à validiore, fugacem ac timidum à feroce, innoxium denique à crudeli discerpitum. Itaque Vtopienfes totum hoc venandi exercitium, vt rem liberis indignam, in sanios (quam artem per feruos obire eos supra diximus) reiecerunt. infimam enim eius partem esse venationē statuunt, reliquas eius partes & vitiores & honestiores, vt quæ & multo magis conferant, & animalia necessitatibus duntaxat gratia perimant, quū venator ab miseri animalculi cæde ac laniatu, nihil

nisi voluptatem petat. Quam spectandæ necis libidinem in ipsi etiam bestijs, aut ab animi crudelis affectu censent exoriri, aut in crudelitate denique, assiduo tam efferae voluptatis vsu desluere. Hæc igitur & quicquid est eiusmodi (sunt enim innumera) quanquā pro voluptatibus mortalium vulgus habeat, illi tamen quum natura nihil in se suaue, planè statuunt, cum vera voluptate nihil habere commercij. Nam quod vulgo sensum iucunditate perfundunt (quod voluptatis opus videtur) nihil de sententia decedunt. non enim ipsius rei naturæ, sed ipsorum peruersa consuetudo in causa est. cuius vitio fit, vt amara pro dulcibus amplectantur. Non aliter ac mulieres grauidæ picem & seum corrupto gustu, melle mellitius arbitrantur. Nec cuiusquā tamen aut morbo, aut consuetudine deprauatum iudicium mutare naturam, vt non aliarum rerum, ita nec voluptatis potest. Voluptatem, quas veras fatentur, species diuersas faciunt. Siquidem alias animo, corpori alias tribuunt. Animo dant intellectum, eamque dulcedinē, quam veri contēplatio peperit. Ad hæc suauis additur bene actæ vitæ memoria, & spes non dubia futuri boni. Corporis voluptatem in duas partiunt formas, quarum prima sit ea, quæ sensum perspicua suauitate perfundit, quod aliās earum inlauratione partitū fit, quas in sensu nobis calor exhaurit. Nam hæc cibo potuque redduntur, aliās dum egeruntur illa, quorum copia corpus exuberat. hæc suggeritur, dum excrementis intestina purgamus, aut opera liberis datur, aut vllius prurigo partis frictu scalpature lenitur. Interdum verò voluptas oritur, nec redditura quicquam quod membra nostra desiderant, nec ademptura quo laborant, cæteri quæ sensus nostros tamen vi quadam occultat, sed illustri motu titillat afficiatque, & in se conuertat, qualis ex musca nascitur. Alteram corporeæ voluptatis formā eā volunt esse, quæ in quieto atque æquabili corporis statu consistat, id est, vimiri suauitatisque nullo interpellata malo sanitas. Hæc siquidē, si nihil eam doloris oppugnet, per se ipsa delectat, etiā si nulla extrinsecus adhibita voluptate moueat. Quanquā enim sese minus effert, minusque offert sensui, quam tumida illa edendi, bibendi que libido, nihilo tamen secius multi eam statuunt voluptatum maximam, omnes ferè Vtopienfes magnā & velut fundamentū omnium ac basim fatentur, vt quæ vel sola placidam & optabilem vitæ conditionem reddat, & qua soblata, nullus vsquam reliquus sit cuiquā voluptati locus. Nam dolore prorsus vacare, nisi ad sit sanitas, stuporē certe, non voluptatem vocant. lam dudū exploratum est cuiquā voluptati locus, qui stabilem & tranquillā sanitatem (nam hæc quoque quæstio gnauiter apud eos agitata est) ideo non habendam pro voluptate censēbat, quod præsentem non posse dicerent, nisi motu quopiam

Citta in grauidæ

Vera voluptatis species.

Voluptates corporis.

Valent possessor oportet.

piam extrario, sentiri. Verum contra hunc in hoc propè vniuersi conspirant, sanitatem vel in primis voluptati esse. Etenim quū in morbo, inquit, dolor sit, qui voluptati implacabilis hostis est, non aliter ac fanitati morbus, quid ni vicissim in sit sanitatis tranquillitatis voluptas? nihil enim ad hanc rem referre putat, seu morbus dolor esse, seu morbo dolor inesse dicatur. Tantundem enim vtroque modo effici. Quippe si fanitas aut voluptas ipsa sit, aut necessario voluptatem pariat, velut calor igni gignitur, nimirum vtrobique efficitur, vt quibus in mota fanitas adest, his voluptas abesse non possit. Præterea dum vscimur, inquit, quid aliud quam fanitas, quæ labefacta cooperat, aduersus esuriam (cibo commilitone) depugnat, in qua dum paulatim inualefcit, ille ipse profectus ad solitum vigorem, suggerit illam, qua sic reficimur, voluptatem. Sanitas ergo quæ in conflictu lætatur, eadem non gaudebit adepta victoriam? Sed pristinum robur, quod solum toto conflictu petiuerat, tandem feliciter assecuta, protinus oblituspectet? nec bonā sua cognoscat atque amplexabitur? Nam quod non sentiri fanitas dicta est, id verò perquam procul à vero putant. Quis enim vigilans, inquit, fanitatem esse se non sentit, nisi qui non est? quem ne tantus aut stupor, aut lethargus adstringit, vt sanitatem non iucundam sibi fateatur, ac delectabilem? At delectatio quid aliud quam alio nomine voluptas est? Amplectuntur ergo in primis animi voluptates (eas enim primas omnium principisque ducunt) quarum potissimam partem censent ab exercitio virtutum, bonæque vitæ conscientia proficisci. Earum voluptatum quas corpus suggerit, palmam fanitati deferunt. Nam edendi bibendi que suauitatem, & quicquid eadem oblectamentirationem habet, appetenda quidem, sed non nisi fanitatis gratia statuunt. Neque enim per se iucunda esse talia, sed quatenus aduerse valitudini clanculum surrepti resistunt; ideoque sapienti sicuti magis, deprecandos morbos; quam optandum medicinam, & doloris profugandos potius; quam adsciscenda solatia, ita hoc quoque voluptatis genere non egere, quam deliniri præstiterit. quo voluptatis genere si quisquam se beatum putet, is necesse est fateatur se tum demum fore felicissimum, si ea vita contigerit, quæ in perpetua fame, siti, pruritu, esu, potatione, scalptu, frictuque traducatur, quæ quam non facta solū, sed misera etiam sit, quis non videt? Infimæ profecto omnium hæc voluptates sunt, vt iustitiæ sincere: neque enim vnquam subeunt, nisi contrarijs coniunctæ doloribus. Nempe cum edendi voluptate copulatur esuries, idque non satis æqua lege. Nam vt vehementior, ita longior quoque dolor est. quippe & antè voluptatem nascitur, & nisi voluptate vnà commoriente non extinguatur. Huiusmodi

ergo voluptates, nisi quatenus expedit necessitas, hæc magni habendas putant. Gaudent tamen etiam his, gratique agnoscent naturæ parentis indulgentiam, quæ factus suos ad id quod necessitatis causa, tam assidue faciendum erat, etiam blandissimam suauitate pellit: ceat. Quanto enim in tædio viuendum erat, si vt cætera ægritudines, quæ nos infestant rarius, ita hi quoque quotidiani fanis ac sitis morbi, venenis ac pharmacis amaris essent abigendi? At formam, vires, agilitatem, hæc vt propria iucundaque naturæ dona libenter fouent. Quin eas quoque voluptates, quæ per aures, oculos, ac nares admittuntur, quas naturæ proprias ac peculiare esse homini voluit, (neque enim aliud animalium genus; aut mundi formam; pulchritudinemque suspicit; aut odorem, nisi ad cibi discrimen; vlla commouetur gratia, neque consonas inter se, discordesque sonorum distantias interoscit) & has inquam, vt iucunda quædam vitæ condimenta persequuntur. In omnibus autē hunc habent modum, ne maiorē minor impediatur, neu dolorem aliquādo voluptas pariat: quod necessario sequi censent, si inhonestas sit. At certe formæ decus contemneret, vires deterrere, agilitatem in pigritiam vertere, corpus exaurire ieiunij, sanitati iniuriam facere, & cætera naturæ blandimenta respicere, nisi quis hæc sua commoda negligat, dum aliorum publicamve ardentius procurat; cuius laboris vice maiorē à Deo voluptatem expectet, alioquin ob inanem virtutis vmbra, nullius boni semet affligere, vel quo aduersa ferre minus moleste possit, nunquam fortasse ventura, hoc verò putant esse demeritissimum, animique & in se crudelis, & erga naturam ingratisissimi, cui tanquam debere quicquam dedignetur, omnibus eius beneficijs renunciat. Hæc est eorum de virtute ac voluptate sententia; qua nisi sanctius aliquid inspirat homini cœlitus immixta religio, nullam inuestigari credunt humana ratione veriore, qua in re rectene an secus sentiant, excutere nos neque tempus patitur, neque necesse est. quippe qui narranda eorum instituta, non etiam tuenda suscepimus. Cæterum hoc mihi certè persuasum deo, vt vt sese habeant hæc decreta, nusquam neque præstantiorem populum, neque feliciorum esse rempublicam. Corpore sunt agili vegetoque, vtrium amplius quam statura promittat, nec ea tamē improcera. Et quum neque solo sint vsquequaque fertili, nec admodum salubri cœlo, aduersus aërem ita sese tēperantia victus muniant, terræ sic medentur industria, vt nusquam gentium sit frugis pecorisque proventus vberior, aut hominum viuaciora corpora, paucioribusque morbis obnoxia. Itaque non ea modo quæ vulgò faciunt agricolæ, diligenter ibi administrata conspicias, vt terram natura maligniorem, arte atque opera iuuent, sed populi manibus alibi radicitus equalam syluam;

Vana nobilitas.

Stultissima voluptas ex gestibus.

Opinio hominum precium addit, aut admittit gestibus.

Mira sitio & apertissima.

Alea Venatio.

At hæc hodie ars est deorum.

Annotatū dū & hōe diligētē

Felicitas Vtopienfium ac descriptio.

fyliam, alibi constam videas: qua in re habita est non vberatis, sed vcturæ ratio, vt essent ligna aut mari, aut fluiuis, aut vrbibus ipsis viciniora: minore enim cum labore terrestri itinere, fruges quam ligna longius afferuntur. Gens facilis ac faceta, solers, ocio gaudens, corporis laborum (quum est vsus) satis patiens. Cæterum aliàs haud quaquam sanè appetens, animi studijs infatigata. Qui quum à nobis accepissent de literis & disciplina Græcorum (nam in Latinis præter historias ac Poëtas, nihil erat quod videbantur magnopere probaturi) mirum quanto studio contenderunt, vt eas liceret ipsis nostra interpretatione perdiscere. Cœpimus ergo legere, magis adeo primùm ne reculare laborem videremur, quam quod fructum eius aliquem speraremus. At vbi paulum processimus, ipsorum diligentia fecit, vt nostram haud frustra impendendam animo statim præciperemus. Siquidem literarum formas tam facile imitari, verba tam expedite pronunciare, tam celeriter mandare memoriæ, & tanta cum fide reddere cœperunt, vt nobis miraculi esset loco, nisi quod plerumque pars eorum, qui non sua solum sponte accēsi, verum fenatus quoque decreto iussu, ista sibi discenda sumpturunt: E numero scholasticorum selectissimis ingenijs, & matura ætate fuerunt. Itaque minus quam triennio nihil erat in lingua quod requirerent, bonos autores, nisi obster libri menda, inoffense perlegerent. Eas literas, vt equidem conijcio, ob id quoque facilius arripuerunt, quod non nihil illis essent cognatæ. Suspicor enim eam gentē à Græcis originem duxisse, propterea quod sermo illorum cætera ferè Persicus, nonnulla Græci sermonis vestigia seruet in vrbium ac magistratum vocabulis. Habent ex me (nam librorum sarcinam mediocrem loco mercium quarto nauigaturus in nauem conieci, quod mecum planè decreueram nunquā potius redire quam cito) Platonis opera pleraque, Aristotelis plura, Theophrastum item de plantis, sed pluribus, quod doleo, in locis mutilum. In librum enim, dum nauigabamus, negligentius habitum, cercopithecus incidit, qui laciuens ac ludibundus, paginas aliquot hinc atque inde euulsas laceravit. Ex his qui scripsere grammaticam, Lascarem habent tantum, Theodorum enim non aduexi mecum, nec dictionarium aliquem præter Hefychium ac Dioscoridem. Plutarchi libellos habent charissimos, & Luciani quoque, facetijs ac lepore capiuntur. Ex Poëtis habet Aristophanem, Homerum, atque Euripidem, tum Sophoclem minusculis Aldi formulis. Ex historicis Thucydidem atque Herodotum, necnon Herodianum. Quin in re medica quoque, sodalis meus Tricrius Apinatus aduexerat secum parua quædam Hippocratis opuscula, ac Microtechen Galeni, quos libros magno in pretio habent: siquidē si omnium ferè gentium re medica minime egent, nusquam tamen in

maiore honore est, vel eo ipso quod eius cognitionem numerant inter pulcherrimas atque vtilissimas partes philosophiæ, cuius ope philosophiæ dum naturæ secreta scrutantur, videntur sibi non solum admirabilem inde voluptatem percipere, sed apud autorem quoque eius atque opificem summam inire gratiam. Quæ cæterorum more artificum, arbitrantur, mundi huius vifendam machinam homini (quem solum tantæ rei capacem fecit) exposuisse spectandam, eoque chariorem habere, curiosum ac sollicitum inspectore, operisque sui admiratore, quam eum qui velut animal expers mentis, tantum ac tam mirabile spectaculum stupidus immotusque neglexerit. Vtopiensium itaque exercitata literis ingenia mire valēt ad inuentiones artium, quæ faciunt aliquid ad commodæ vitæ cœpendia. Sed duas tamen debent nobis Chalcographorum & faciendæ chartæ, nec solis tamen nobis, sed sibi quoque bonam eius partē. Nam quum ostenderemus eis libris chartaceis impressas ab Aldo literas, & de chartæ faciendæ materia, ac literas imprimēdi facultate loqueremur, aliquid magis quæ explicaretur (neque enim quisquā erat nostrum qui alterutram calleret) ipsi statim acutissimè coniecerunt rem, & quum ante pellibus, corticibus, ac papyro tantum scriberēt, iam chartam illico facere, & literas imprimere tentarunt: quæ quā primo non satis procederet, eadem sæpius experiendo, breui sunt vtrūque consecuti, tantumque effecerunt, vt si essent Græcorum exēplaria librorum, codices deesse non possent. At nunc nihil habet amplius, quam à me commemoratū est: id verò quod habent, impressis iam libris, in multa exēpliariorum millia propagauere. Quisquis eò spectandi gratia venerit, quem insignis aliqua dos ingenij, aut longa peregrinatione vsum multarum cognitio terrarum commendet (quo nomine gratus fuit noster appulsus) pronis animis excipitur. Quippe libenter audiunt, quid vbi que terrarum geratur. Cæterum mercandi gratia non admodum frequenter appellitur. Quid enim ferrent, nisi aut ferrum, aut quod quisque referre mallet, aurum argentumve? Tum quæ ex ipsis exportanda sint, ea consultius putant ab se effert, quam ab alijs illinc peti, quo & exterarum vndique gentes exploratores habeant, neque maritimarum rerum vsum ac peritiam oblitum eant.

DE SERVIS.

PRO seruis neque bello captos habent nisi ab ipsis gesto, neque seruorum generis neque denique quenquam, quem apud alias gentes seruientem possent comparare, sed aut si cuius apud se flagitium in seruitiū vertitur, aut quos apud exterarum vrbes (quod genus multro frequentius est) admittunt facinus destinauit supplicio. Eorum enim multos, inter

Contentiatio natara.

Mira huius generis æquitas.

Vtilitas linguæ Græcæ.

Docilitas Vtopiensium mira.

At nunc stiptes & caudices dicatur literis, scilicetissima ingenia voluptatibus corruptur.

Medicina vtilissima.

De egroritis.

Mors spontanea

De coniugijs.

terdum æstimatos vili sapiens etiam gratis impetratos, auferunt. Hęc seruorum genera non in opere solum perpetuo, verum etiam in vinculis habent, sed suos durius, quos eo deploratioris, ac deterioris meritis exempla cœpentes, quod tam præclara educatione ad virtutem egregie instructi, contineri tamen ab scelere non potuerunt. Aliud seruorum genus est, quum alterius populi mediastinus quispiam laboriosus ac pauper elegerit apud eos sua sponte seruire. Hos honeste tractant, ac nisi quod laboris, vtpote cōsuetis, imponitur plusculum, non multo minus clementer ac ciues habent, volentem discedere (quod non sæpe fit) neque retinent inuitum, neque inanem dimittunt. Egrotantes, vt dixi, magno cum adfectu curant, nihilque profus omittunt, quo sanitati eos vel medicinæ, vel victus obseruatione restituant. Quin insanabili morbo laborantes assidendo, colloquendo, adhibendo demum quæ possunt leuamenta solantur. Cæterum si non immedicabilis modo morbus sit, verum etiam perpetuo vexet atque discruciet, tum sacerdotes ac magistratus hortantur hominem: quandoquidem omnibus vitæ mñijs impar, alijs molestus ac sibi grauis morti iam suæ superuiuat: ne se cum statuatur pestem diutius ac luem alere, nève quum tormentum ei vita sit, mori dubitet, quin bona spe fretus, acerba illa vita velut carcere atque aculeo, vel ipse semet eximat, vel ab alijs eripi se sua voluntate patiat, hoc illum, quum non commoda, sed supplicium abrupturus morte sit, prudenter facturum, quoniam vero sacerdotum in ea re consilij, id est, interpretum Dei, sit obsecutus, etiam pie sancteque facturum. Hęc quibus persuaserint, aut inedia sponte vitam finiant, aut sopiti sine mortis sensu soluuntur. Inuitum verò neminem tollunt, nec officij erga eum quicquā imminuunt, persuasos hoc pacto defugij honorificum. Alioqui qui mortem sibi conciuerit, causa non probata sacerdotibus & senatui, hinc neque terra neque igne dignantur, sed in paludem aliquam turpiter insēpultus abijcitur. Fœmina non ante annum duodeuicesimum nubit. Mas non nisi expletis quatuor etiam amplius. Ante coniugium mas aut fœmina si conuincatur furtiue libidinis, grauitur in eum eamve animaduertitur, coniugioque illis in totum interdicitur, nisi venia principis noxæ remiserit, sed & pater materque, familias, cuius in domo admittum flagitium est, tanquam suas partes parum diligenter tutati, magnæ obiacent infamiae, id facinus ideo tam seuerè vindicant, quod futurum prolescentem, vt rari in coniugalem amorem coalescerent, in quo ætatem omnem cum vno videant exigendam, & perferendas insuper, quæcæ res afferret, molestias, nisi à vago cōcubitu diligenter arceantur. Porro in delictis coniugibus ineptissimum ritum (vti no-

bis visum est) adprimeque ridiculum, illi seruo ac seuerè obseruant: Mulierem enim, seu virgo seu vidua sit, grauis & honesta matrona proco nudam exhibet, ac probus aliquis vir, vicissim nudum puellæ procum sistit. Hunc morem quum velut ineptum ridentes improbaremus, illi contra cæterarum omnium gentium insignem demirari stultitiam, qui quum in equuleo comparando, vbi de paucis agitur nummis, tam cauti sint, vt quamuis ferè nudum nisi detracta sella, tamen, omnibusque reuulsis ephippijs recusent emere, ne sub illis operculis hulus aliquod delitesceret, in deligenda coniuge, qua ex te aut voluptas, aut nausea sit totam per vitam comitatura, tam negligenter agant, vt reliquo corpore vestibus obuoluto, totam mulierem vix ab vnus palmæ spacio nihil enim vix aut vultum vifitur) vestiment adiuuantque sibi non absque magno (si quid offendant postea) male coherentes periculo. Nam neque omnes tam sapientes sunt, vt solos motes respiciant, & in ipsorum quoque sapientum coniugijs, ad animi virtutes non nihil additamenti, corporis etiam dotes adiiciunt, certe tam fœdâ deformitas latere sub illis potest inuolucris, vt alienare profus animam ab vxore queat, quum corpore iam seungi non liceat: Qualis deformitas, si quo casu contingat post contractas nuptias, suam quisque sortem necesse ferat: ante verò ne quis capiatur insidijs, legibus caueri debet, idque tanto maiore studio fuit curandum, quod & soli illarum orbis plagarum singulis sunt contenti coniugibus, & matrimonio nium ibi haud sæpe aliter quam morte soluitur, nisi adulterium in causa fuerit, aut morum non ferenda molestia. Nempe alterutri sic offenso, facta ab senatu coniugis mutandi venia, alter infamem simul ac cœlibem perpetuo vitam ducit. Alioquin inuitam coniugem, cuius nulla sit noxa, repudiare, quod corporis obtigerit calamitas, id verò nullo pacto ferit, nam & crudele iudicant tum quenquam deferi, cum maxime eget solatio, & senectuti, quum & morbos afferat, & morbus ipsa sit, incertam atque infirmam fidem fore. Cæterum accidit interdum, vt quum non satis inter se coniugum conteniunt mores, reperitis vtrique alijs, quibus cum sperent se suauius esse victuros, amorum sponte separati, noua matrimonia contrahant, haud absque senatus autoritate tamen, qui nisi causa per se atque vxores suas diligenter cognita, diuortia non admittit. Imò ne sic quidem facile, quod rem minimè vtilem sciunt firmandæ coniugum charitati, facilem nouarum nuptiarum spem esse propositam. Temeratores coniugij grauisima seruitute plectuntur, & si neuter erat cœlebs, iniuriam passi (velint modo) repudiatis adulteris, coniugio inter se ipsi iungantur alioquin quibus videbitur. At si læsorum alteruter erga tam male merentem

Et si parum verècunde, haud tamen incant.

Diuortia

rentem coniugem in amore persistat, tamen uti coniugii lege non prohibetur, si velit in opera damnatum sequi, acciditque interdum, ut alterius poenitentia alterius officiosa sedulitas misericordiam commouens principii, libertatem rursus impetret. Cæterum ad scelus iam relapso nex insiguitur. Cæteris facinoribus nullam certam poenam lex vlla præstituit, sed ut quodque atrox, aut contra vsum est, ita supplicium Senatus decernit. Vxoribus mariti castigant, & parentes liberos, nisi quid tam ingens admiserint, ut id publice puniri morum interesse. Sed ferè grauissima quæque scelera seruitutis incommodum puniuntur, id siquidem & sceleratis non minus triste, & Reipublicæ magis commodum arbitrantur, quam si naçtare noxios & protinus amoliri festinent. Nam & labore quam nece magis profunt, & exemplo diutius alios ab simili flagitio deterrent. quod si sic habitirebellent atque recalcitrent, tum demum velut indomitæ belluæ, quos coercere carcer & catena non potest, trucidantur. At patientibus non admittit omnis omnino spes, quippe longis domiti malis, si eam poenitentiam præ se ferant, quæ peccatum testetur, magis eis dispendit, quam poenam, principis interdum prærogatiua, interdum suffragiis populi aut mitigatur seruitus, aut remittitur. Solicitudine ad stuprum, nihilo minus quam stuprasse periculi est. In omni siquidem flagitio certum destinatumque conatum æquant facto, neque enim id quod defuit, ei, putant prodesse debere, per quem non stetit, quo minus nihil defuerit. Moriones in delictis habentur, quos ut affecisse contumelia magno in probro est, ita voluptatem ab stultitia capere non vetant. Si quidem in Morionibus ipsi maximo esse bono censent, cuius qui tam seuerus ac tristis est, ut nullum neque factum neque dictum rideat, ei tutandum non credunt, veriti ne non satis indulgenter curetur ab eo, cui non modo nulli vsui, sed ne oblectamento quidem (qua sola dote valent) futurus esset. Irridere deformem aut mutilum, turpe ac deformem non ei qui ridetur, habetur, sed irrifori, qui cuiquam quod in eius potestate non erat vt fugeret, id vitij loco stulte exprobrer. Ut enim formam naturalem non tueri, signis atque inertis ducunt, sic adiuuentum ab facis querere, infamis apud illos infolentia est. Vt enim ipso sentiant, quam non vllum formæ decus vxores æque ac morum probitas & reuerentia cõmendat maritis. Nam ut forma nonnulli sola capiuntur, ita nemo nisi virtute atque obsequio retinetur. Non poenis tantum deterrent à flagitijs, sed propositis quoque honoribus ad virtutes inuicant, ideoque status viris insignibus, & de republica præclare meritis in foro collocant, in reum bene gestarum memoriam, simul ut ipsorum posteris, maiorum suorum gloria cal-

car & incitamentum ad virtutem sit. Qui magistratum vllum ambierit, expes omniū reditur. Conniuntur amabiliter, quippe nec magistratus vllus insolens, aut terribilis est, patres appellatur, & exhibent ipsidem deferunt, vt debet, ab volentibus honor, non ab iniuitis exigitur. Ne principem quidem ipsum vestis aut diademata, sed gestatus frumentum manipulus discernit, vt Pontificis insignie est prælatus cereus. Leges habent perquam paucas, sufficiunt enim sic institutis paucissimæ. Quin hoc in primis alios improbant populos, quod legum interpretumque volumina tantum non infinita non sufficiunt. Ipsi verò censent iniquissimum, vltos homines his obligari legibus, quæ aut numerosiores sint, quam vt perlegi queant, aut obscuriores, quam vt à quouis possint intelligi. porro caudicos, qui causas tractent callide, ac leges vafre disputent, prorsus omnes excludunt. censent enim ex vsu esse, vt suam quifque causam agat, eademque referat iudici, quæ narraturus patrono fuerat. Sic & minus ambagum fore, & facilius elici veritatem, dum eo dicente, quem nullus patronus fucum docuit, iudex solerter expendit singula, & contra versurorum calumnias simplicioribus ingenijs opitulatur. hæc apud alias gentes, in tanto perplexissimam acruo legum difficile est obseruari. Cæterum apud eos vniuersique est legis peritus. Nam & sunt (vt dixi) paucissimæ, & interpretationum præterea vt quæque est maxime crassa, ita maxime equa censent. Nempe quam omnes leges (inquit) ea tantum causa promulgentur, vt ab his quifque sui commune fiat officij, subtilior interpretatio paucissimos admonet (pauci enim sunt qui allequantur) quam interim simplicior ac magis obuius legum sensus, omnibus in aperto sit, alioquin quod ad vulgus attinget, cuius & maximus est numerus, & maxime eget admonitu, quid referat vtrum legè omnino non condas, an conditam in talem interpreteris sententiam, quam nisi magno ingenio & longa disputatione nemo possit erucere, ad quæ inuestigandum neque crassum vulgi iudicium queat attingere, neque vita in comparando victu occupata sufficere? His eorum virtutibus incitati finitimi, qui quidè liberi fuerunt, & suæ spontis (multos enim ipsi iam olim tyrannide liberauerunt) magistratus sibi ab illis alij quotannis, alij in lustrum impetrant, quos defunctos imperio cum honore ac laude reducant, nouosque secum rursus in patriam reuehant. Atque hi quidem populi optime profecto ac saluberrimè Reipublicæ sug, consulunt, cuius & salus & pernicies, quum ab moribus magistratum pendeat, quos nam potuissent elegisse prudentius, quam qui nequillo precio queant ab honesto deduci (vt pote quod breui sit remigraturus inutile) aut ignoti cuius prauo cuiusquam studio aut similitate

Dānatus ambitus. Honor magistratui.

Dignitas principis

Leges paucæ.

Advocatorum inutilis turba.

De fœderibus.

flecti. Quæ duo mala, affectus atque auaritiæ, sicuti incubuerit iudicijs, illico iustitiam omnem, fortissimum Reipublicæ neruum, dissolunt. Hos Vtopiani populos, quibus qui imperent, ab ipsis petuntur, appellant sociost cæteros, quos beneficijs auxerunt, amicos vocant. Fœdera quæ reliquæ inter se gentes toties ineunt, frangunt ac renouant, ipsi nulla cum gente ferunt. Quorum enim fœdus, inquit, quasi nõ hominem homini satis natura conciliet, quem qui contempserit, hunc verba scilicet patres curaturum? In hanc sententiam eò vel maxime trahuntur, quod in illis terrarum plagis, fœdera pactaque principum solent parum bona fide seruari. Etenim in Europa, idque his potissimum partibus, quas Christi fides & religio possidet, sancta est & inuolabilis vbique maiestas fœderum, partim ipsa iustitia & bonitate principum, partim summorum reuerentia, metuque Pontificum, qui vt nihil in se recipiant ipsi, quod non religiosissime præstant, ita cæteros omnes principes iubent, vt pollicitis omnibus modis immorentur, tergierantes verò pasto rali censura & seueritate compellunt. Merito sanè censent turpissimam rem videri, si illorum fœderibus absit fides, qui peculiari nomine fideles appellantur. At in illo nouo orbe terrarum, quæ circulus æquator vix tam longè ab hoc nostro orbe semouet, quam vitamoreque disidēt, fœderum nulla fiducia est, quorum vt quodque plurimic ac sanctissimis ceremonijs innodatum fuerit, ita citissime soluitur, inuenta facilè in verbis calumnia, quæ sic interim de industria dictant callide, vt nunquã tam firmis adstringi vinculis queant, quin elabantur aliqua, fœdusque & fidem pariter eludant. Quam vafricem, imò quam fraudem dolumque, si priuatorum deprehenderent interuenisse contractui, magno supercilio rem sacrilegam & furca dignam clamarent, hi nimirum ipsi, qui eius consilij principibus dati, semet gloriantur autores. Quo fit vt iustitia tota videatur, aut non nisi plebea virtus & humilis, quæque longo interuallo subsidat infra regale fastigium, aut vt saltem duo sint, quarum altera vulgus deceat, pedestris & humirepa, nè vquam septa transillire queat: multis vndique restricta vinculis altera principum virtus, quæ sicuti sit quàm illa popularis augustior, sic est etiam longo interuallo liberior, vt cui nihil non liceat, nisi quod non libeat. Hos mores vt dixi principum, illic fœdera tam male seruantium puto in causa esse, ne vlla feriant Vtopienfes, mutaturi fortasse sententia si hic viuerent. Quamquam illis videtur vt optime feruentur, male tamen inoleuisse fœderis omnino faciendi consuetudinem, qua fit, vt (perinde ac si populum populò, quos exiguo spacio collis tantum aut riuus discriminat, nulla naturæ societate copularet) hostes atque inimicos inuicem

fese natos putent, meritoque in mutuam grafari perniciem, nisi fœdera prohibeant, quin his ipsis quoque initis, non amicitiam coalescere, sed manere prædandi licentiam, quatenus per imprudentiam dictandi fœderis, nihil quod prohibeat satis caute comprehensum in pactis est. At illi contra censent, neminem pro inimico habendum, à quo nihil iniuriæ profectum est. Naturæ consortium, fœderis vice esse, & satius valentiusque homines inuicem benevolentia quam pactis, animo quam verbis, connecti.

DE RE MILITARI.

Bellum, vt pote rem planè belluinam, nec vlli tamen belluarum formæ in tam affiduo, atque homini est vsu, summopere abominantur, contraque morè gentium fermè omnium nihil æque ducunt inglorium, atque petitam è bello gloriam. eoque licet assidue militari sese disciplina exercent, neque id viri modo, sed fœminæ quoque stas diebus, ne ad bellum sint, quum exigat vsus, inhabiles, non temere capessunt tamen, nisi quo aut suos fines tueantur, aut amicum terris infusos hostes propulsent, aut populū quempiam tyrannide pressum miserati (quod humanitatis gratia faciunt) suis viribus Tyranni iugo & seruitute liberent. Quamquam auxilium gratificantur amicis, non semper quidem quo se defendant, sed interdum quoque vt illatas retajent, atque vlciscantur iniurias. verum id ita demum faciunt, si ne adhuc integra cõsulantur ipsi, & probata causa, repetitis ac non redditis rebus, belli autores inferendi sint, quod non tunc solum decernunt, quoties hostili incurfu abacta est præda, verum tum quoque multo infestius, quum eorum negotiatores vsquam gentium vel iniquarum prætextu legum, vel sinistra deriuatione bonarum, iniustam subeunt, iustitiæ colore, calumniam. Nec alia fuit eius origo belli, quod pro Nephelogeis aduersus Alaopolitas, paulò ante nostram memoriam, Vtopienfes gessere, quum apud Alaopolitas Nephelogeitarum mercatoribus illata prætextu iuris (vt visum est ipsis) iniuria certe, siue illud ius, siue ea iniuria fuit, bello tam atroci est vindicata, quum ad proprias vtriusque partis vires, odiæque, circumiectarum etiam gentium studia atque opes adiungerentur, vt florentissimis populorum alijs concussis, alijs vehementer afflictis, orientia ex malis mala, Alaopolitarum seruitus demum ac deditio finierit, qua in Nephelogeitarum (neque enim sibi certabant Vtopienfes) potestatem concessere, gentis, florentibus Alaopolitarum rebus, haud quaquã cum illis conferenda. Tam acriter Vtopienfes amicorum, etiam in pecunijs, iniuriam persequuntur, suas ipsorum non item, qui sicuti circumscripti bonis excidant, modo corporibus

Aestimatio supplicij penes magistratum.

Stupri sollicitati poena.

Voluptas è Morionibus

Fucata forma.

Et præmij inuitati ciues ad officium.

abfit vis, hæcenus irascuntur, vti quoad satisfactio fiat, eius commercio gentis abstineant: Non quod minoris sibi curæ ciues, quàm socij sint, sed horum tamen pecuniam intercipi, ægrius quàm suâ ferunt, propterea quod amicorum negociatores, quoniam de suo perdūt priuato, graue vulnus ex iactura sentiunt. At ipsorum ciuibus nihil nisi de publica perit, præterea quod abundabat domi, ac veluti supererat, alioqui non emittendum foras. Quo fit, vti interimentum citra cuiusquam sensum accidat. Quo circa nimis crudelē censent id damnū multorum vlcisci mortibus, cuius damni incommodum nemo ipsorum aut vita, aut victu perferentiat. Cæterum si quis suorum vsquam per iniuriam debilitetur aut occidatur, siue id publico factum consilio, siue priuato sit, per legatos re comperta, nisi deditis noxijs placari non possunt, quin illico bellum denuncient. Noxæ deditos, aut morte, aut seruitio puniunt. Cruentæ victoriæ non piget modo eos, sed pudet quoque, reputantes inficitiam esse quamlibet preciosas merces nimio emisse. arte doloque victos, oppressos hostes impendio gloriantur, triumphumque ob eam rem publicitus agunt, & velut re strenue gesta trophæum erigunt. tunc enim demum viriliter sese iactant, & cum virtute gefisse, quotiesita vicerint, quomodo nullū animal præter hominem potuit, id est, ingenij viribus. Nam corporis, inquit, vrsi, leones, apri, lupi, canes, cæteræque belluæ dimicant, quarum vt pleræque nos robore ac ferocia vincent, ita cunctæ ingenio & ratione superantur. Hoc vnum illi in bello spectant, vti id obtineant, quos si fuissent ante cōsequuti, bellum non fuerant illaturū: aut si id res veter, tam seueram ab his vindictam expectant, quibus factum imputant, vt idem auctores in posterum terror absterreat. Hos propositi sui scopos destinant, quos mature petunt, at ita tamen, vti prior vitandi periculi cura, quàm laudis aut famæ consequendæ, sit. Itaque protinus indicto bello, schedulas ipsorum publico signo roboratas, locis maxime conspicuis hosticæ terre, clam vno tempore multas appendi procurant, quibus ingentia pollicentur præmia, si quis principem aduersarium sustulerit: deinde minora quanquam illa quoque egregia decernunt, pro singulis eorum capitibus, quorum nomina in iisdem literis proscribunt, hi sunt, quos secundum principem ipsum, autores initi aduersus se consilij ducunt. Quicquid percussori præsumunt, hoc geminant ei, qui viuam è proscriptis aliquem ad se perduxerint, quum ipsos quoque proscriptos, præmijs iisdem, addita etiam impunitate, contra socios inuitant. Itaque fit celeriter, vt & cæteros mortales suspectos habeant, & sibi inuicem ipsi neque fidenter satis, neque fidi sint, maximoque in metur & non minore periculo versentur. Nam sæpenumero constat euenisse,

Magno
empta
victoria.

vti bona pars eorum, & princeps in primis ipse, ab his proderentur, in quibus maximam spem reposerunt. Tam facile quoduis in facinus impellunt munera, quibus illi nullum exhibent modum. Sed memores in quantum discrimen hortantur, operam dāt, vti periculi magnitudo beneficiorū mole compensetur: eoque nō immensam modo auri vim, sed prædia quoque magni teditus in locis apud amicos tutissimis, propria ac perpetua pollicentur, & summa cū fide præstant. Hunc licitandi mercandique hostis morem, apud alios improbatū, velut animi degeneris crudelē facinus, illi magnæ sibi laudi ducunt tanquā prudentes, qui maximis hoc pacto bellis, sine vlllo profus prælio defungantur, humaniq; ac misericordes etiam, qui paucorum nece noxiarum, numerosas innocentium vitas redimant, qui pugnando fuerint occubaturi. Partim è suis, partim ex hostibus, quorum turbam vulgusque non minus formē quam suos miserantur, gnari non sua sponte eos bellum capefere, sed principum ad id furisagi. Si res hoc pacto non procedat, dissidiarū semina iaciunt aluntque, fratre principis, aut aliquo è nobilibus in spē potiundi regni perducto. Si factiones internæ languerint, finitimas hostibus gentes excitant, committuntque, eruto vetusto quoque iam titulo, quales nunquam regibus defunt, suas ad bellum opes polliciti, pecuniam affluenter suggerunt, Ciues parcissime, quos tam vnice habent charos, tantique sese mutuo faciunt, vt neminem sint è suis cum aduerso principe libenter commutaturi. At aurum argentumque, quoniam vñ hunc in vsu omne seruant, haud grauatim erogant. vtpote non minus commode victuri, etiā si vniuersum impenderēt. Quin præter domesticas diuitias est illis foris quoque infinitus thesaurus, quo plurimæ gentes, vt ante dixi, in ipsorum ære sunt, ita milites vndique conductos ad bellum mittunt, præsertim ex Zapoletis. Hic populus quingentis passuum millibus ab Vtopia distat, orientem solem versus, horridus, agrestis, ferox, syluas montesque asperos, quibus sunt innutriti, præferunt. Dura gens, æstus, frigoris, & laboris patiens, deliciarum expers omnium, neque agriculturæ studens, & cum ædificio, tum vlcis indiligens, pecorum duntaxat curam habent. Magna ex parte venatu & raptu viuunt. Ad solum bellum nati, cuius gerendi facultatem studiose quærant, repertam cupide amplectuntur, & magno numero egressi, cuius requirenti milites vili semet offerunt. Hanc vnam vitæ artem nouerunt, qua mors quæritur, sub quibus merent, acriter pro his & incorrupta fide dimicant. Verum in nullum certum diem sese obstringunt, sed ea lege in partes veniunt, vt posteriore die vel ab hostibus oblato maiore stipendio sint staturi, iisdem perendie rursus inuitati plausculo, remigrant. Rarum oritur bellum

bellū, in quo non bona pars illorum in vtroque sint exercitu. itaq; accidit quotidie, vt sanguinis necessitudine coniuncti, qui & iisdem in partibus conducti, familiarissime semet inuicē vtebantur, paulo post in contrarias distracti copias, hostiliter concurrant, & infestis animis obliuiter generis, immemores amicitia; mutuo sese confodiant, nulla alia causa in mutuum incitatis perniciem, quam quodā diuersis principibus exigua pecuniola conducti, cuius tam exactam habent rationem, vt ad diurnum stipendium vnus accessione assis facile ad commutandas partes impellantur. Ita celeriter imbiberunt auaritiam, quæ tamen nulli est eis vsui. Nam quæ sanguine quærant, protinus per luxam, & eum tamen miserum consumunt. Hic populus Vtopiensibus aduersus quosuis mortales militat, quod tanti ab his eorum conductu opera, quanti nullam alibi. Vtopiensis siquidem vt bonis quærant, quibus vtantur, ita hos quoque homines pessimos, quibus abutatur: quos quum vsus postulat, magnis impulsos pollicitationibus, maximis obijciunt periculis, vnde plerunque magna pars nunquam ad exigenda promissareuertitur: superstitibus, quæ sunt polliciti, bona fide, persolunt, quod ad similes ausus intenduntur. Neque enim pensi quicquam habent, quam multos ex eis perdant. rati de genere humano maximam meritos gratiam se, si tota illa colluie populi tam tetri ac nepharij, orbem terrarum purgare possent. Secundum hos eorū copijs vtuntur, pro quibus arma capiunt, deinde auxiliariis cæterorum amicorum turmis. Postremo suos ciues adiungunt, è quibus aliquem virtutis probatæ virum, totius exercitus summæ præficiunt. Huic duos ita substituant, vt eo incolumi, ambo priuati sint, capto: aut interepto, alter è duobus velut hereditate succedat, eique ex euentu tertius, ne (vt sunt bellicorum sortes variæ) perichantē duce, totus perturbetur exercitus. E quoque ciuitate delectus exerceat ex his, qui sponte nomen pro sitentur, neque enim inuitus quisquam foras in militiam trahitur, quod persuasum habeant, si quis sit natura timidior, non ipsam modo nihil facturum stentem, sed metū etiam committibus incussurum. Cæterum si quod bellum ingruat in patriam, ignauos huiusmodi, modo valeant corpore, in haues mixtos melioribus collocant: aut in mœnibus sparsim disponunt, vnde non sit refugiendi locus, ita suorum pudor hostis in manibus, atque adempta fugæ spes, timorem obruant, & sæpe extremā necessitas in virtutem vertitur. At sicuti ad externum bellum ex ipsis nemo protrahitur nolens, ita feminas volentes in militiam comitari maritos, adeo non prohibent, vt exhortentur etiam, & laudibus incitent, profectas cum suo quamque viro, pariter in acie constituunt: tum sui quemque

liberi, affines cognati circumstant, vt hi de proximo sint mutuo sibi subsidio, quos maxime ad ferendas inuicem suppetias natura stimulat. In maximo probro est coniunx abique coniuge sedux, aut amissō parente reuertens filius, quo fit, vt si ad ipsorum manus ventum sit, modo persistent hostes, longo & lugubri prælio ad interitionem vsque decernatur. Nempe vt omnibus curant modis ne ipsi dimicare necesse sit, modo bello possint vicaria conductitorum manu defungi. Ita quum vitari nō potest, quin ipsi inuicem pugnam, tam intrepidè capefunt, quàm quoad licuit, prudenter detrectabant: nec tam primō feruunt impetu, quàm mora sensim & duratione inualescunt, tam offirmatis animis, vt interimi citius quam auerti queant. Quippe victus illa securitas, quæ cuique domi est, ademptaque de posteris anxia cogitandi cura (nam hæc solitudo generosus vbi que spiritus frangit) sublimem & vitæ indignitatem facit: Ad hæc militaris disciplina peritia fiduciam præbet, postremo rectæ opinio nes (quibus & doctrina; & bonis Reipublicæ institutis imbuti à pueris sunt) virtutem addunt: quæ itaque tam vitem habent vitam vt tenere prodigant, neque tam improbe charam, vt quum honestas ponendam suadeat; auare turpiterque retineant. Dum vbi que pugna maxima feruet; lectissimi iuvenes eohiurati deuotique ducem sibi depolcent aduersum; hinc aperte inuadunt; hunc ex insidijs adoriuntur, idem eminus, idem eominus petitur; longoque ac perpetuo cuneo, summis assidue in fatigatōrum locum recentibus, oppugnantur. raroque accidit (ni sibi fuga prospiciat) vt non intereat, aut viuus in hostium potestatem veniat. Si ab ipsis victoria sit; hæud quamquam cæde glafiantur, fugatos enim comprehendunt, quàm occidunt libentius: neque vquam ita persequuntur fugientes, vt non vnam interam sub signis instructam aciem retineant, adeo vt nisi cæteris superati partibus postremæ acie suæ victoriam adepti sint, elabi potissimō hostes vniuersos sinant, quàm inssequi fugientes, perturbatis suorum ordinibus insuecant. memores sibi met haud semel vsu venisse; vt mole totius exercitus victa proffigataque, quum hostes victoria gestientes, hac atque illæ abeuntes persequerentur; pauet ipsorum in subsidijs collocati, ad occasiones intenti, dispersos ac palantes illos, & presumpta securitate negligentes derepente adorti, totius euentum prælij mutauerunt. extorta que è manibus certa & indubitata victoria, victi victores inuicem vicerunt. Haud facile dictum est, astutiores instruendis insidijs, an eautiores ad vitandas sient. fugam paratè credas, quum nihil minus in animo habent: contra quum id consilij captant, nihil minus cogitare putent. Nam si nimium sese sentiunt aut nume-

Dixi potissimum impetudus, quo citius finiat bellum.

ro, aut loco premi, tunc aut noctu, agmine si lente, castra mouent, aut aliquo stratagemate eludunt, aut interdum ita sensim sese referunt, tali seruato ordine, vt non minus periculi sit cedentes quam instantes adoriri. Castra diligentissimè cõmuniunt fossa præalta, lataque, terra quæ egeritur introforis reiecta, nec in eam rem opera mediastinorum vtuntur, ipsorum manibus militum res agitur, totusque exercitus in opere est, exceptis qui pro vallo in armis ad subitos casus excubant. Itaque tam multis adnitis, magna multumque amplexa loci munimenta, omni fide citius perficiunt. Armis vtuntur ad excipiendos istos firmis, nec ad motum gestumque quælibet ineptis, ad eò vt ne natando quidem molesta sentiant. Nam armati natari inter militaris disciplinae rudimenta consueverunt, tæla sunt eminus sagittæ, quas acerrime simul & certissime iaculantur, non pedites modo, sed ex equis etiam: cominus verò non gladij, sed securæ vel acie lethales, vel pondera, seu cæsim, seu punctum feriant. Machinas excogitant subtilissime, factas accuratissime cælant, ne ante proditæ quam res potest, ludibrio magis quam vsui sint. in quibus fabricandis hoc in primis respiciunt, vt vestitũ facile, & habiles circumaestu sint. Initias cum hostibus inducias tam sancte obseruant, vt ne laesisti quidem violent. Hostilem terram non depopulantur, neque segetes exurunt: imò ne hominum equorumque pedibus conterantur quantum fieri potest, praudent, rati in ipsorum vsus crescere. Inermem neminem lædunt, nisi idem speculator sit. Deditas vrbes tuerentur, at nec expugnatas diripiunt: sed per quos deditio est impedita, eos enecant, cæteris defensoribus in seruitutem additis. Imbellem turbam omnem relinquunt intactam. Si quos deditio nem suasisse compererint, his è damnatorum bonis aliquam partem impartiunt, reliqua sectione auxiliare donant. Nam ipsorum nemo quicquam de præda capit. Cæterum, confecto bello, non amicis impensas in quos insumpserunt, sed victis imputant, exiguntque eo nomine partim pecuniam, quam in similes bellorum vsus referuant, partim prædicia, quæ sint ipsis apud eos perpetua non exigui census. Huiusmodi redditus nunc apud multas gentes habent; qui varijs ex causis paulatim nati, supra septingenta ducatorum millia in singulos annos exorere, in quos è suis ciuibus aliquos emittunt, quæstorum nomine, qui magnifice viuant, personamque magnarum illic præ se ferant; ac multum tamen superest quod inferatur ærario, nisi malint eidem genti credere, quod sæpe tantisper faciunt, quoad vti necesse sit, vixque accidit vnquam, vt totam reposcant. Ex his prædijs partem assignant illis, qui ipsorum horatu tale discrimen adeunt, quale ante

Formæ armorũ.

De inducijs.

At hodie victores maximã partẽ dependent.

monstrauit, si quis princeps armis aduersus eos sumptis, eorum ditionem parat inuadere; magnis illico viribus extra suos fines occurrunt: nam neque temere in suis terris bellum gerunt, neque vlla necessitas tanta est, vt eos cogat aliena auxilia in insulam suam admittere.

DE RELIGIONIBVS Vropiensium.

Religiones sunt non per insulam modo, verum singulas etiam vrbes variæ, alijs Solem, Lunã alijs, alijs aliud errantium syderum Dei vice venerantibus. Sunt quibus homo quipsa, cuius olim aut virtus, aut gloria enituit, non pro Deo tantum, sed pro summo etiam Deo suspicatur. At multo maxima pars, eadèque longè prudentior, nihil horum, sed vnũ quoddam numen putant, incognitum, æternũ, immensum, inexplicabile, quod supra mentis humanæ capum sit, per mundũ hunc vniuersũ, virtute non mole diffusum, hunc parentem vocant: Origenis, auctus, progressus, vices, sine quaerum omnium, huic acceptos vni referunt, nec diuinos honores alij præterea vlli applicant. Quin cæteris quoque omnibus, quantum diuersa credentibus, hoc tamen cũ istis conuenit, quod esse quiddam vnum censent summũ, cui è vniuersitatis opificium & providentia debetur, eumque communiter omnes patria lingua Mythram appellant, sed eo dissentiuunt, quod idem alius apud alios habetur. Autumant quoque quicquid id sit, quod ipse summum ducit; eandem illam prætoris esse naturam, cuius vnus numini ac maiestati, rerum omnium summa, omnium consensu gentium tribuitur. Cæterum paulatim omnes ab ea superstitionum varietate desiscunt, atque in vnam illam coalescunt religionem, quæ reliquas ratione videtur antecellere. Neque dubium est, quin cæteræ iam pridem euaniissent; nisi quicquid improspærum cuiquam inter mutandæ religionis consilia fors obieisset, non id accidisse casu, sed coelitus immisso interpretaretur timor, tanquam numine, cuius relinquebatur cultus, impium contra se propositum vindicante. At postquam acceperunt à nobis Christi nomen, doctrinam, mores, miracula, nec minus mirandum tot martyrum constantiam, quorum sponte fusus sanguis, tam numerosas gentes in suam sectam longe lateque traduxit, non credas quam pronis in eam affectibus etiam ipsi concesserint, siue hoc secretius, inspirante Deo, siue quod eadem ei visa est hæresis proxima, quæ est apud ipsos potissima, quanquam hoc quoque fuisse non paulum mortentem crediderim, quod Christo communem suorum victum audierant placuisse, & apud germanissimos Christianorum conuentus adhuc

Cenobia in vsa

in vsu esse. Certe quoquo id momento accidit haud pauci nostram in religionem coierunt, lymphaque, sacra sunt abluti. Verum quoniam in nobis quatuor (totidem enim duntaxat sueramus, nam duo fati concusserant) nemo, id quod doleo, sacerdos erat, cæteris initiati, ea tamen adhuc sacramenta desiderat, quæ apud nos non nisi sacerdotes conferunt, intelligunt tamen, optantque ita, vt nihil vehementius. Quin hoc quoque, sedulo iam inter se disputat, an sine Christiani Pontificis missu quisquam è suo numero delectus sacerdotij consequatur, characterem. & electuri sanè videbantur, verum quum ego discerem, nondũ elegerat. Quin hi quoque religioni Christianæ, qui non assentiunt, neminem tamen absterrent, nullũ oppugnant inbutũ: nisi quod vnus è nostro cõtu me præsentem coercitus est. Is quum recës ablutus, nobis contra fraudentibus, de Christi cultu publice, maiore studio quam prudentia dissereret, vsque adeo cõepit incallescere, vt iam non nostra modo sacra cæteris anteferet, sed reliqua protinus vniuersa damnaret, prophana ipsa, cultores impios ac sacrilegos, æterno plectèdos igni vociferaretur. Talia diu concionantem comprehendunt. acreum non sprete religionis, sed excitati in populo tumultus, agunt, peraguntque: damnatum exilio multant: siquidem hoc inter antiquissima instituta numerant, ne sua cuiquam religio fraudi sit. Vtopus enim iam inde ab initio, quum accepisset incolas ante suum aduentum de religionibus inter se alisiduo dimicasse, atque animaduertisset eam rem, quod in commune disidentes, singula pro patria sectæ pugnant, occasione præstitisse sibi vincendarum omnium, adeptus victoriam, in primis sanxit, vti quam cuique religionem libeat sequi liceat, vt vero alios quoque, in suam traducat, hætenus niti possit, vt placide ac modeste suam rationibus astruat, non vt acerbe cæteras destruat, si suadendo non persuadeat, neque vim vllam adhibeat, & conuicijs temperet, petulantius hac de re contendente exilio aut seruitute multat. Hæc Vtopus instituit non respectu pacis modo, quam alsiduo certamine atque inextinguibili odio funditus vidit eueri, sed quod arbitratus esset, vti sic decerneretur, ipsius etiam religionis interesse, de qua nihil est ausus temere definire, velut incertum habens; an varium ac multiplicem expetens cultum Deus, aliud inspiret alij. Certe vi ac minis exigere, & quod tu verum credis, idem omnibus videatur, hoc verò & insolens & ineptum censuit, tum si maxime vna vera sit, cæteræ omnes vanæ: facile tamen præuidit (modo cum ratione ac modestia res agatur) futurum denique, vt ipsa per se veri vis emergat aliquando atque emineat. Sin armis & tumultu certetur, vt sint pessimi quique maxime pernicaces, optimam ac sanctissimam religionem ob vanissimas inter se superstitiones, vt segetes inter spinas ac

I tande trahedi sunt homines ad religionem.

frutices obrutum iri. Itaque, hanc totam rem in medio posuit, & quid credendum putaret liberum cuique reliquit. Nisi quod sancte ac se uere vetuit, ne quis vsque adeo ab humana natura dignitate degeneret, vt animas quoque interire cum corpore, aut mundũ temere ferri sublata providentia putet. atque ideo post hanc vitam supplicia vitij decreta, virtuti præmia constituta credunt, contra sententiam ne in hominum quidè ducunt numero, vt qui sublimem animæ suæ naturam ad pecunij corpusculi vilitatem deiecerit, tantum abest, vt inter ciues ponant, quorum instituta, moresque (si per metum liceat) omnes floccifaturus sit. Cui enim dubium esse potest, quin is publicas patri leges, aut arte clam eludere, aut vi nitatur infringere, dum suæ priuatim cupiditati seruiat, cui nullus vltra leges metus, nihil vltra corpus spei superest amplius? Quam obrem sic animato nullus cõmunicatur honos, nullus magistratus committitur, nulli publico muneri præficitur. Ita passim instituta, moresque naturæ despiciunt. Cæterũ nullo afficiunt supplicio, quod persuasum habeant, nulli hoc in manu esse, vt quicquid liber, sentiat, sed nec minis adigit vllis, animũ vt dissimulet suam: nec fucos admittunt & mendacia, quæ velut proxima fraudi, mirũ quã habent inuisa. Verũ ne pro sua disputet sententia, prohibent: atque id duntaxat apud vulgus. Nam alioquin apud sacerdotes grauesque viros seorsum, non sinunt modo, sed hortantur quoque, consisti fore, vt ea tandem vesania rationi cedat. Surit & alij, nec hi sanè pauci, nempe improbitudinẽ, veluti neque ratione penitus pro se carentes, neque mali, qui vitio longe diuerso, brutorum quoque, æternas esse animas opinantur. At nostris tamen neque dignitate comparandas, neque ad æquam natus felicitatẽ: hominũ enim cuncti ferè tam immensam fore beatitudinẽ, pro certo atque exploratõ habent, vt morbum lamententur omnium, mortem verò nullius, nisi quæ vident anxie è vita inuitũque diuelli. Nèpe hoc pro pessimo habent augurio, tanquam quæ anima exspes ac male conscientia, recessit quopiam imminenti pene prælagio, reformidet exitum. Ad hoc haudquaquam gratũ Deo, eius putant aduentũ fore, qui quũ sit accersitus, non accurrit libens, sed inuitus ac detrectatus pertrahitur. Hõc igitur mortis genus, qui intuentur horret, itaque defunctos moesti ac silentes effertunt, præcidi que propitijs manibus Deũ, vti eorũ elementer infirmitatibus ignoscant, terra cadauer obruant. Contra, quicunque alacriter ac pleni bonæ spe deceperint, hos nemo luget, sed caritu prolequuti funus, animas Deo, magno cõmendatis affectu, corpora tandem reuerenter magis quam aboleriter concremant, columnaque loco insculptis defuncti titulis erigunt, domũ reuerti, mores actaque eius recensent, nec vlla vitæ pars aut sapius, aut libentius quam le tus tractatur in

Mira opinio de animabus brutorũ.

teritus. Hanc probitatis memoriam & viuis efficacissima rentur incitamenta virtutū, & gratissimū defunctis cultum putant, quos interesse quoque de se sermonibus opinantur, quamquam (vt est hebes mortalium acies) inuisibiles. Nam neque felicū forti conueniat libertate carere migrandi quo velint, & ingratorum fuerit prorsus abiectione desiderū amicos inuisendi suos, quibus eos dum uiuerent, mutuus amor charitasque deuinxerat, quamquā bonis uiris, vt cætera bona, auctā post fata potius, quam imminutā coniectant. Mortuos ergo versari inter uiuentes credunt, dictorum factorumque spectatores, eoque res agendas fidentius aggrediuntur, talibus ueluti freti praesidibus, & ab inhonesto secreto deterret eos credita maiorum præsentia. A uiguria, cæteralque superstitionis vanæ diuinationes, quarum apud alias gentes magna est obseruatio, negligunt prorsus atque irridunt. Miracula uero, quæ nullo naturæ proueniunt adminiculo, uelut præsentis opera testesque numinis uenerantur, qualia & ibi frequenter extare ferunt, & magnis interdum ac dubijs in rebus publica supplicatione, certa cum fiducia procurat, impetrantque. Gratam Deo cultum putant naturæ contemplationem, laudemque ab ea sunt tamen, hiq; haud sanè pauci, qui religione ducti, literas negligunt, nulli rerū cognitioni student, neque ocio prorsus ulli vacant, negocijs tantū, bonisque in cæteris officij statuunt futurā post fata felicitatem promereri. Itaque alij ægrotis inferuiunt, alij uias reficiunt, purgant fossas, pontes reparant, cespites, arenam, lapides effodiunt, arbores demoliuntur ac difsecant, bigis que ligna, fruges, item alia in vrbes important, nec in publicum modo, sed priuatim quoque ministrōs ac plus quam seruos agūt, Nam quicquid vsquam operis est asperū, difficile, sordidum, à quo perosus labor, fastidiū desperatione deterreant, hoc illi sibi totum libentes hilarēsque desumunt, cæteris ocium procurant, ipsi perpetuo in opere ac labore versantur, nec imputant tamen, nec aliorum fugillat vitam, nec suam efferunt. Hi quo magis sese seruos exhibent, eo maiore apud omnes in honore sunt. Eorum tamen hærefes duæ sunt, Altera cœlibum, qui non Venere modo in totū abstinent, sed carniū esu quoque quidā animalū etiam omnīū, reiectisq; penitus tanquā noxijs uitæ præsentis voluptatibus, futuræ duntaxat, per uigilias ac sudores inhiant, eius propediem obtinendæ spe alacres interim uigetique. Altera laboris haud minus appetens, coniugium præfert, vt cuius nec aspernantur solatiū, & opus naturæ debere se, & patriæ liberos putant. Nullam voluptatem refugiunt, quæ nihil eos ab labore demoretur. Carnes quadrupedū uel eo nomine diligunt, quod tali cibo se validiores ad opus quodque censeat. Hos Vtopiani prudentiores, at illos sanctiores reputant. Quos quod cœlibatam anteferunt

Vita actiua

matrimonio, asperaque uitam placidæ ætateponunt: si rationibus niterentur, irrideret, nūc uero quū se fateantur religione duci, suspicū ac reuerentur. Nihil enim sollicitius obseruant, quā ne temere quicquā vlla de religione pronūciēt. Huiusmodi ergo sunt, quos illi peculiari nomine, sua lingua Buthrefcas uocat, quod uerbū latine religiosos licet interpretari. Sacerdotes habent eximia sanctitate, eoque, admodum paucos, neque enim plus quam tredecim in singulis habent urbibus pari templorum numero, nisi quum itur ad bellum, tunc enim septem ex illis cum exercitu profectis, totidem sufficiuntur interim, sed illi reuersi, suū quisque locum recuperat, qui super sunt, hi quoque de ceteris illis ordine succedat, comites interea sunt Pontificis. Nam vnus reliquis præficitur. Eliguntur à populo, idque cæterorum ritu magistratum, oculis ad studia uitanda suffragijs, electi à suo collegio consecrantur. Hi rebus diuinis præfunt, religiones curat, ac morū ueluti censores sunt, magnoque pudori ducitur ab his quenquam tanquam uitæ parū probatæ accessi, compellarive. Cæterum ut hortari atque admonere illorum est, ita coecere, atque in facinorosos animaduertere, principis atque aliorum est magistratum: nisi quod facris interdicitur, quos improbe malos compediunt, nec ullum ferē supplicium est quod horreant magis. Nam & summa percellunt infamia, & oculo religionis metu lacerantur, ne corporibus quidē diu futuris in tuto, quippe ni properam pœnitentiam sacerdotibus approbent, comprehensim pietatis pœnā. Senatui persoluunt, pueritia iuuentusq; ab illis eruditur, nec prior literarū cura, quā morū ac uirtutis habetur: namque summam adhibent indultriam, vt bonas proutin opinionones, & cōseruandę ipsorum reipublice uiles, teneris adhuc, & sequacibus puerorum animis instillent, quæ ubi pueris penitus insederint, viros per totam uitam comitantur, magnanque ad tuendum publicæ rei statum (qui non nisi uitijs dilabatur, quæ ex pertueris nascuntur opinionibus) afferunt utilitatem. Sacerdotibus (ni fœminæ sint, nam neque ille sexus excluditur, sed rarius, & non nisi uida, utique grandis eligitur) uxores sunt popularium selectissimæ. Neque enim ulli apud Vtopienfes magistratui maior habetur honos vsque adeo, vt si quid etiam flagitij admiserint, nulli publico iudicio subsint, Deo tantum ac sibi reliquantur. Neque enim fas putant illum, quantumuis scelestū, mortali manu cōtingere, qui Deo tam singulari modo uelut anathema dedicatus est. Qui mos illis facilius est obseruatum, quod sacerdotes & tā pauci, & tanta cū cura deliguntur. Nam neque temere accidit, vt qui ex bonis optimus ad tantam dignitatem, solius respectu uirtutis euehitur, in corruptelā & uitiū degeneret, & si iam maxime contingeret, vt est mortaliū natura mutabilis, tamen qua sunt

Excomunicatio

Fœminæ sacerdotis

qua sunt paucitate, nec vlla præter honorem potestate præditi, ad publicam certe perniciem nihil magni ab his momenti. pertimescendum sit. Quos ideo tam raros atque infrequentes habent, ne dignitas ordinis, quem nunc tanta ueneratione prosequuntur, communicato cū multis honore vilesceret, præsertim quum difficile putent frequentes inuenire tam bonos, vt ei sint dignitatis pares, ad quam gerendam nō sufficit mediocribus esse uirtutibus. Nec eorum æstimatio apud suos magis, quam apud exteras etiam gentes habetur, quod inde facile pater, vnde etiam natum puto. Nempe decernentibus prælio copijs, seorsum illi non admodū procul cōsidunt in genibus, sacras induiti vestes, tenens ad cœlum palmis, primum omnium pacem, proxime, suis uictoriam, sed neutri cruentam parti comprecantur. Vincensibus suis decurrunt in aciem, sæuientesque in profigatos inbibent, uidisse tantum atque appellasse præfentes ad uitam satis, diffuentium contactus uelut, reliquas quoque fortunæ ab omni bellorum iniuria defendit. Quæ ex re apud omnes uindique gentes, tanta illis ueneratio, tantum ueræ maiestatis accessit, vt sæpe ab hostibus non minus salutis ad ciues reportarint, quam ab ipsis ad hostes attulissent. Siquidem aliquando constat, inclinata suorum acie, desperatis rebus, quum ipsi in fugam uertenterent, hostes in eadem ac prædam ruere, interuentu sacerdotum interpellatam stragem, ac diremptis inuicem copijs, pacem æquis conditionibus esse compositam atque constitutam. Neque enim vnquam fuit vlla gens tam fera, crudelis, ac barbara, apud quos ipsorum corpus non sacrosanctum atque inuiolabile sit habitum. Festos celebrant initiale atque uictum cuiusque mensis diem, & anti item, quem in menses partiuntur, circuitu lunæ finitos, vt solis ambitus annū circinat. Primos quoque dies Cynemernos ipsorum postremo Iguatremernos appellat, quæ uocabula perinde sonant, ac si primifesti & sinifesti uocentur. Delubra uisuntur egregia, vt pote non operosa modo, sed, quod erat in tanta ipsorum paucitate necessarium, immensam etiam populi capaciam. Sunt tamen omnia subobscura, nec id ædificandi incertitia factum, sed consilio sacerdotum ferunt, quod immodicam lucem cogitationes dispergere, partiore ac uelut dubia colligi animos, & intendi religionem putant. quæ quoniam non est ibi apud omnes eadem, & uiuere tamen eius formæ quamquam uariæ ac multiplices, in diuinæ naturæ cultum uelut in vnum sitem diuersa uia commigrant. idcirco nihil in templis uisita audituræ, quod non quadrare ad cūctas in commune uideatur. Si quod proprium sit cuiusquam scētæ sacrum, id intra domesticos quisque parietes curat. Publica tali peragunt ordine, qui nulli prorsus ex

O sacerdotis nostris longiores.

Festorum dierum apud Vtopienfes obseruatio.

Templa cuiusmodi

privatis deroget. Itaque nullā deorum effigies in templo conspicitur, quo liberum cuique sit, qua forma Deum uelit è summa religione concipere, nullum peculiare Dei nomē inuocant, sed Mythræ duntaxat, & quo uocabulo cuncti in vnam diuinæ maiestatis naturam, quæcunque sit illa, conspirant, nullæ concipiuntur preces, quas non pronuntiare quiuis inoffensa sua scētā possit. Ad templum ergo in sinifestis diebus uespere conueniunt, adhuc ieiuni, actati Deo de anno mensue, cuius id festum postremus dies est, prospere actō, gratias, postero die, nam is primifestus est, mane ad templa confluunt, vt insequentis anni mēsisque, quem ab illo auspiciari festo sint, faustum felicemque successum comprecantur. At in sinifestis antea quam templum petunt uxores, domi ad uirorum pedes, liberi ad patrum prouoluti, peccasse farentur sese aut admisso aliquo, aut officio indiligenter obito, ueniamque errati precantur. ita si qua se nebulosa domesticæ simultatis offuderat, tali satisfactione discutitur, ut animo puto ac sereno sacrificijs intersint, nam interesse turbido, religio est, eoque odij iræue in quenquam sibi conscij, nisi reconciliati, ac defecatis affectibus ad sacrificia non ingerunt sese, vindictæ sceleris, magnæque metu. Eo quum ueniunt, uiri in dextram delubri partem, fœminæ seorsum in sinistram commentant. tum ita se collocant, vt cuiusque domus masculi ante patrem familias confideant, fœminarum mater familias agmen claudat. Ita prospicitur, ut omnes omnium gestus foris ab his obseruentur, quorum autoritate domi ac disciplina reguntur, quin hoc quoque sedulo cauent ut iunior ibi passim cum seniore copuletur, ne pueri pueris crediti, id temporis puerilibus transigant ineptijs, in quo deberent maxime religiosum erga superos metum, maximum ac propè vnicum uirtutibus incitamentum conserpere. Nullum animal in sacrificijs mactant, nec sanguine rentur, ac cædibus diuinam gaudere clementiam, qui uitam animalibus ideo est elargitus, vt uiuerent. Thus incendunt, & alia item odoramenta, ad hæc cereos numerosos præferunt, non quod hæc nesciant nihil ad diuinam conferre naturam, quippe vt nec ipsas hominum preces, sed & innoxium colendi genus placet & his odoribus luminibusque, ac cæteris etiam cæremonijs, nescio quomodo sese sentiunt homines erigi, atque in Dei cultum animo alacriore consurgere. Candidis in templo uestibus amicitur populus, sacerdos uersicolores induitur, & opere & forma mirabilis; materia non perinde preciosa: neque enim auro intertexat, aut raris coagmentatæ lapidibus, sed diuersis auum plumis tam scite, tantoque artificio laboratę sunt, vt operis præcium nullius æstimatio materię fuerit æquatura. Ad hoc in illis uolucrum pennis plumisque, & certis

Confessio Vtopienfium

At apud nos qui sunt inuicem simi, aris proximi esse conuendunt.

earum ordinibus, quibus in sacerdotis veste discriminantur, arcana quædã dicunt contineri mysteria, quorum interpretatione cognita (quæ per sacrosanctos diligenter traditur) diuinorum in se beneficiorum, suæque vicissim pietatis in Deum, ac mutui quoque inter se officij admonentur. Quum primum sacerdos ita ornatus ex adyto sese offert, cuncti protinus in terram venerabundi procumbunt, tam alto ab omni parte silentio, vt ipsa rei facies terrorem quemdam velut præsentis cuiuspiam numinis incutiat. Tellure paulum morati, dato absacerdote signo, erigunt sese: tum laudes Deo canunt, quas musicis instrumentis intertingunt, alijs magna ex parte formis, quàm quæ nostro visuntur orbe. Ex illis pleraque, sicuti quæ nobis in vsu sunt, multum suauitate vincunt, ita quædam nostris ne conferenda quidem sint. Verum vna in re haud dubie longo nos intervallo præcellunt, quod omnis eorũ musica; siue quæ personatur organis, siue quæ voce modulatur humana, ita naturales affectus imitatur: & exprimit, ita sonus accommodatur ad rem, seu deprecantis oratio sit, seu læta, placabilis, turbida, lugubris, irata, ita rei sensum quandam melodiæ forma repræsentat, vt animos auditorum mirum in modum afficiat, penetret, incendat, solennes ad vltimum conceptis verbis preces, sacerdos pariter popululque percensent, ita compositas, vt quæ simul cuncti recitant, priuatum quisque ad semet referat. In his Deum & creationis, & gubernationis, & cæterorum præterea bonorũ omnium quilibet recognoscit autorẽ, tot ob recepta beneficia gratias agit. nominatim vero quod deo propositum in eam rem publicam incidit, quæ sit felicissima, eam religionem sortitus sit, quæ ipse esse verissimã. Quia in re si quid erret, aut si quid alterutra melius, & quod Deus magis approbet, orare se eius bonitas efficiat, hoc vt ipse cognoscat, paratum enim sequi se quaquã uersus ab eo ducatur, sin & hæc Rei. forma sit optima, & sua religio rectissima, tũ vti & ipsi constantiam tribuat, & cæteros mortales omnes ad eadẽ instituta viuendi, in eandẽ de deo opinionẽ perducant nisi inscrutabilem eius uoluntatem etiã sit, quod in hac religionum uarietate deleat. Denique precatur, vt facile defunctum exitu ad se recipiat, quàm cito serõne præfinire quidẽ non audere se. Quinquã quod in offensa eius maiestate fiat, multo magis ipsi futurum cordi sit, diffidillima morte obita ad Deum peruadere, quàm ab eo diutius prospero uicẽ cursu diutineri. Hac prece dicta, rursus in terram proni, pauloque post erecti, discedunt pransum, & quod superest diei, ludis & exercitio militaris disciplinæ percurrunt. Descripsi uobis quàm potui uerissimã eius formam Reip. quàm ego certe non optimã tantum, sed solã etiam uenocõ, quæ sibi suo iure possit Reip. uindicare uocabulum. Siquidem alibi, de publico loquentes ybique com-

modo, priuatum curant. Hinc ubi nihil priuati est, serio publicum negociũ agunt, certe utrobique merito. Nam alibi, quotus quisque est, qui nesciat, nisi quid seorsum prospiciat sibi, quantumuis florente Reip. semet tamen famel periturum, eoquæ necessitas urget, vt sui potius, quàm populi, id est, aliorum habendam sibi rationem censet. Contra hic; ubi omnia omnium sunt, nemo dubitat (curetur modo, vt plena sint horrea publica) nihil quicquam priuati cuiquã defuturũ. Neque enim maligna rerũ distributio est, neq; inops, neq; mendicus ibi quisquam, & quũ nemo quisquã habeat, omnes tamen diuites sunt. Nam quid diuitius esse potest, quàm adempta prorsus omni sollicitudine, læto ac tranquillo animo uiuere? non de suo victu trepidũ, non uxoris querula flagitatione vexatum, nõ paupertatẽ filio metuentem, non de filie dote anxium, sed de suo, suorumque omnium, uxoris, filiorũ, nepotum, pronepotum, abnepotũ, & quàm longam posterorum seriem suorũ, generosi præsumunt victu esse, ac felicitate securum. Quid quod nihil minus his prospicitur, qui nunc imposter olim laborauerunt, quàm his qui nunc laborant. Hic aliquis uelim cũ hac æquitate audeat aliarum iustitiam gentium comparare, apud quas dispeream, si uillum prorsus comperio iustitiæ æquitatisque uestigium. Nam quæ hæc iustitia est, vt nobilis quispiam aut aurifex, aut fœnerator, aut denique alius quisquã eorum, qui aut omnino nihil agunt, aut id quod agunt, eius generis est, vt non sit Reipublicæ magno opere necessarium, lautam ac splendidam uitã, uel ex ocio, uel superuacuo negocio consequatur, quum interim mediastinus, auriga, faber, agricola, tanto tanquã assiduo labore, quem uix iumenta sustineant, tã necessario, vt sine eo ne unum quidẽ annum possit uilla durare Respub. victum tamẽ adeo malignum parant, uitam adeo miseram ducunt: vt longe potior uideri possit conditio iumentorum, quibus nec tam perpetuus labor, nec victus multo deterior est, & ipsis etiã suauior, nec uillus interim de futuro timor. At hos & labor sterilis atque infructuosus in præsentia stimulat, & in opis recordatio senectutis occidit, quippe quibus parciore est diurna merces, quàm vt eidem possit diei sufficere, tantũ abest vt excreseat, & superfit aliquid, quod quotidie queat in senectutis usum reponi. An non hæc iniqua est & ingrata respublica, quæ generosis, vt uocant, & aurificibus, & id genus reliquis, aut ociosis, aut tantum adulatoribus, & inanum uoluptatum artificibus, tanta munera prodigit. agricolis contra, carbonarijs, mediastinis, aurigis & fabris, sine quibus nulla omnino Respub. esset, nihil benignè prospicit? Sed eorum florentis ætatis abusa laboribus, annis tandem ac morbo graues, omnium rerum indigos, tor uigiliarum immemor, tot ac tantorum oblita beneficiorum, miserissima morte

Hæc annota-
le-
clor.

morte repensat ingratiſſima. Quid quod ex diurno pauperũ demensio, diuites quotidie aliquid nõ modo priuata fraude, sed publicis etiã legibus abradunt, ita quod ante uidebatur inuultum, optime de Rep. meritis, pessimã referre gratiã, hoc isti deprauatũ etiã fecerunt, tum prouulgata lege uultu. Ita que omnes has, quæ hodie ybiquam florent Respub. omnino intuentiã uersant mihi, nihil, sic me amet Deus, occurrit aliud quã quædã cõspiratio diuitem, de suis commodis Reip. nomine tituloque tractantium: comminiscunturque, & excogitant omnes modos atque artes, quibus, quæ malis artibus ipsi contigerunt, ea primum vt absque perendi metu retineant, post hoc vt pauperum omnium opera ac laboribus quàm minimo sibi redimat, eisquæ abutantur. Hæc machinamenta ubi felices diuites publico nomine, hoc est etiam pauperum, decreuerunt obseruari, iam leges sunt. At homines deterrimi, cùm in explebili cupiditate, quæ fuerat omnibus suffectura, eã omnia inter se partiuerint, quã longe tamen ab Vtopiensium Reip. felicitate absunt? è qua cũ ipso vsu sublata penitus omitti auiditate pecuniæ, quanta moles molestiarum recia, quãta scelerũ leges radicitus euulsa est? Quis enim nescit fraudes, furta, rapinas, rixas, tumultus, iurgia, seditiones, cedes, prodiciones, ueneficia, quotidianis vindicata potius, quàm resseruata supplicijs, interempta pecunia commori, ad hæc metum, sollicitudinem, tuas, labores, uigilias, eodem momento quo pecunia periturus, quin paupertas ipsa, quæ sola pecunijs uisa est indigere, pecunia prorsus uindiquẽ sublata, protinus etiã ipsa decreferet. Id quo fiat illustrius, reuolue in animo tecum annum aliquem sterilem atque infœcundum, in quo multa hominum millia fames abstulerit, contendo planẽ in sine illius penuriæ, excusis diuitum hoeris, tantum frugũ potuisse reperiri, quantũ si fuisset inter eos distributũ, quos marces ac tabes absumpsit, illam cœli solique paritate nemo omnino sensisset, tam facile uictus parari possit, nisi beata illa pecunia, quæ præclare scilicet inuenta est, vt aditus ad uictũ per eam pateceret, sola nobis ad uictum uiam intercluderet. Sentiant ista, non dubito, etiam diuites, ne ignorant quanto potior esset illa conditio nulla re necessaria carere, quàm multis abundare superfluis, tam numerosis eripi malis, quàm magnis obſideri diuitijs. Neque mihi quidem dubitare subit, quin uel sui cuiusque commodi ratio, uel Christi seruatoris autoritas (qui neque pro tanta sapientia potuit ignorare quid optimum esset, neque qua erat bonitate id consulere, quod non optimũ sciret) totum orbem facile in huius Reip. leges iam dudum traxisset, nisi vna tantum bellua,

Mire di-
ctum.

omnium princeps pennisque pestis superbia, reluctaretur, hæc non suis commodis prosperitatem, sed ex alienis meretur incõmodis. Hæc ne dea quidem fieri uellet, nullis relictis miseris quibus imperare atque insultare possit. Quorũ miserijs præfulgeat ipsius comparata felicitas, quorum suis explicatis opibus, angat atque intendat inopiam. Hæc auerni serpens mortaliũ pererrans pectora, ne meliorẽ uicẽ capeſſant uiam, uelut remora retrahit ac remouatur. quæ quoniã præſens hominibus infixa est, quam ut facile possit euelli.

Hæc Reip. formam, quam omnibus libenter optarim, Vtopiensibus saltem contigisse gaudeo, qui ea uicẽ sunt instituta sequuti, quibus Reip. fundamenta iecerunt, non modo felicissimè, uerum etiam quantum humana præſagii coniectura contigit, æternum duratura. Extirpatis enim domi ceteris uitijs ambitionis & factionum radicibus, nihil impendet periculi, ne domestico dissidio laboretur, quæ vna multarum urbium egregie munus opes perfundedit. At salua domi concordia, & salubribus institutis, non omnium finitimum inuidia principum (quæ sepius id iam olim semper reuerberata tentauit) concutere illud imperium, aut commouere queat. Hæc ubi Raphael recensuit, quantum haud pauca mihi succurrebant, quæ in eius populi moribus legibusque, perquam absurde uidebantur instituta, non solum de belli gerendi ratione, & rebus diuinis, ac religione, alijsquæ in super eorum institutis, sed in eo quoque ipso maxime, quod maximum totius institutionis fundamentum est, uita scilicet, uictuque communi, sine ullo pecuniæ commercio, qua vna re funditus euertitur omnis nobilitas, magnificentia, splendor, maiestas, uera, & publica est opinio, decora atque ornamenta Reipub. tamen quoniã defessum narrando sciebam, neque mihi satis exploratum erat, posset ne ferre, ut contra suam sententiam sentiretur, præsertim quod recordabar eo nomine quosdam ab illo reprehensos, quasi uererentur, ne non satis putarentur sapere, nisi aliquid inuenirent, in quo uellicare alioſum inuenta possent, idcirco & illorum institutione, & ipsius oratione laudata, manu apprehendens intrò cœnatum duco, præſatus tamen aliud nobis tempus, iisdem de rebus altius cogitandi, atque uerius eum eo conferendi fore, quod uinam aliquando contingeret. Interea quemadmodum haud possum omnibus assentiri quæ dicta sunt, alioqui ab homine contra ueritatem eruditissimo, simul & rerum humanarum peritissimo, ita facile confiteor permulta esse in Vtopiensiu Republica, quæ in nostris ciuitatibus optarim uerius, quã sperarim.

EPIGRAMMATA

THOMAE MORI PLERAQUE
E GRÆCIS VERSA.



BEATVS

RHENANVS BILIBALDO

PIRCHHEIMERO, MAXIMILIANI CAESARIS A
CONCILIO, ET SENATORI NV-
RENBERGENSI S. D.

Belle prorsus conuenire mihi vi-
sum fuit, clarissime Bilibalde, si
Thome Mori illius Britannicę de-
coris Epigrammata, quę nuper
Erasmus noster Roterodamus ad
me misit, tibi nominatim inscriberę. Siquidem
multis, adeo reb' similes inter vos estis Vterq;
iuris peritus, vterq; cū Romanę tū Gręcę do-
ctus, Vterq; nō in publicis modo suę ciuitatis
functionib' versans, sed & ob singularę nego-
ciorū explicandorū dexteritatē, & in dādis cō-
silijs prudentiā, suo quisq; principi charissimus
ille potentissimo Britānorū regi Henrico, tu
sacratissimo Cæsari Maximiliano. Nā quid de
fortunis attinet cōmemorare, quas vtriq; pos-
sidentis amplissimas, vt vel hoc quicquid est or-
namenti, quod ex diuitijs accederē putatur,
neutri desit, quin potius sedēdis virtutū, maxi-
mē liberalitatis, exēplis abunde supersit mate-
ria. Sed & vtriq; pater obtigit nō minus literis,
quā senatoria familia, clarus. Itaq; cū amicitię
similitudo sit auro & æqualitas, hęc Mori fœ-
turā tibi nuncupare cogrētissimū duxi vt quę
multis alioqui nominibus amore prosequeris
de his etiā Epigramatis impensius cōplectaris,
ames, magnificias, Hęc adde, quod nemini re-
ctius mitti poterant hi lepidissimi lusus, quā ei,
qui in hęc quod aiunt, harenā aliquādo sit des-
cendere solitus. Nā is demū nouerit, quā sit egre-
gia res doctū epigrāma, quisquis ipse fuerit, suū
nonnūquā in geniū in hoc exercitationie gene-
re periclitatus. Sed enim, id quod te non later,
argutiā habeat epigrāma cū breuitate coniun-
ctā, sit festiuū, & acclamatiuiculis, quę ἐπι-
φρονήματα Gręci vocāt, subinde claudatur.
Quas sanē dotēs omneis cumulatisime licet
in his Moricis Epigramatibus reperire, præ-
sertim in his quę ipse genuit. nā in cæteris, quę
ē Gręcis versa sunt, inuentionis laus prisca tri-
butur. Quāquā hic quoq; nō minus magni fi-
eri meretur cōmode reddens ex aliena lingua,
quā scribēs, labor certe vertētis sæpe maior Si-
quidē qui scribit, libere est, & inuentioni libere

vacat. at qui transfert, ad aliud subinde respice-
re cogitur, nimirū ad id quod vertendū de-
sumpsit. quod quoties fit, multo plus sudat in-
geniū quā cū suū aliquid pignit. Vtrobiq; sa-
ne mirus est Thomas Morus. nā elegantissimę
cōponit, & felicissimę verit. Quā fluūt suaui-
ter huius carmina? Quā est hic nihil coactū?
Quā sunt oīa facilia, nihil durū est nihil scabrum
nihil tenebricosum, Cādidus est, argutus, Lati-
nus. Porro gratissimā quādā festiuitate sic oīa
tēperat, vt nihil vnquā viderim lepidius. Credi-
derim ego Musas quicquid vsquā est iocorum
leporis, aliū, in hunc contulisse. Quā lusit ele-
ganter ad Sabinum alienos pro suis tollentem
liberos? Quā false Lalū ridet, qui videri Gal-
lus tam ambitiosę cupiebat? Sunt autē huius
sales nequaquam mordaces, sed candidi, melli-
ti, blandi, & quiduis potius quā amarulenti. Lo-
catur enim, sed vbiq; citra dentem, ridet, sed
citra contumeliā. Proinde quę admodū Syr-
rus Therentianus Demeam belle prædicans,
Tu quantus quantus, inquit, nil nisi sapientia
es, ita de Moro dicere licebit. Quantum quātus
est, nil nisi ioc' est. Iā inter epigrāmatographos
Pontanum & Marullum in primis hodie mi-
ratur Italia, at despeream, si non tantundem
in hoc nature, vtilitatis vero plus. nisi si quis
inde magnopere se crepit iuuari, dum suā Ne-
æram celebrat Marullus, & in multis ἐπι-
γραμῶν, Heraclitum quandam agens, aut dum
Io. Pontanus veterum nobis epigrammatistarum
nequitias refert, quibus nihil sit frigidius,
& boni viri lectione magis indignum, ne. di-
cam Christiani. Scilicet vsq; adeo vetustatem
istis æmulari, cordi fuit, quam ne contaminar-
ent. sic à sacris abstinerunt, vt à Gręcis olim
Pomponius Lætus, ne Romanę linguę casti-
moniam violaret, homo superstitiosę Romā-
nus. Cæterum quęmadmodum hi lusus Mori
ingenium ostendunt & insignem eruditionē,
sic iudicium nimirum ære, quod de rebus ha-
bet, ex vtopia cumulatisime eluxerit. De qua
paucis obiter meminero, quod hanc acuratissim-

simus in literis Budæus, incomparabilis illē
melioris eruditionis antistes, & ingens, atque
adeo vnicum Galliarum decus, ita vt decebat,
luculenta præfatione laudauit. Habet ea hoc
genus decreta, qualia nec apud Platonem, nec
apud Aristotelem, aut etiam Iustiniani veltri
Pandectas sit reperire. Et docet mihi forsitan
philosophicę, quā illi, sed magis Christianę.
Quāquā (audi per Musas bellam historiam)
cum hic nuper in quodam grauiam aliquot
virovum confessa, Vtopiæ mentio orta fuis-
set, & illam ego laudibus veherem, negabat
quidam pinguis plus habendum Moro gra-
tiā, quā actuario cuiquam scribæ, qui in cu-
ria aliorum sententias duntaxat enotet; dori-
phorematis ritu (quod aiunt) intermās idē-
do, nihil ipse cēfens, quod diceret omnia ea ex
Hythlodæi ore excepta, & à Moro tantum in
litteras missa. Proinde Morum nullo laudan-
dum alioqui nomine, nisi quod hæc cōmode
retulisset. Et non deerant, qui hominis iudi-
cio velut rectissime sentiētis album adijcerent
calculum. ἀρα ὄν ἐν τούτοις τοῦ Μωρου χα-

κρεντισμόν δέχῃ, τοιούτους ἀνδράς ἐν τοῖς
τυχόντας, ἀλλὰ τοὺς δοκίμους παρὰ τοῖς
πολλοῖς, καὶ ταῦτα διολόγῃ, πλανήσαν-
τες. Postremo si hoc quoque scire cupis,
Guil. Lilius, Mori sodalis, cum quō vertendis
Gręcis epigrammatibus iam olim collusit, quę
Progymnasmatū titulo sunt inscripta, Britan-
nus est, vir omnifariā doctus, non modo Gręc-
tos autores, sed & eius nationis mores verna-
culos domesticę notos habens, vt qui in insu-
la Rhodo fuerit aliquot annos commoratus.
is tunc ludū literariū, quem Londini Coletus
instituit, magna cum laude exercet. Quod su-
perest, cum tibi per occupationes licebit, qui-
bus in obetendis legationibus administrada;
Republica laboriosissime distraheris, hoc li-
belli in manum capere, lege, & Moro, cuius os;
vtputo nondum vidisti, sed ex scriptis iam
pridem cognitum habes, faue. Benē
vale clarissime vir. Basileæ.
v l. Calen. Martias.
Anno M. D.
xviii.



PROGYMNAS- MATA THOMAE MORI, ET GVILIELMI LILII SO. DALIVM.

ΛΟΥΚΙΑΛΙΟΥ.

MΥρ ἀσκληπιάδης ὁ φιλάργυ-
ρος εἶδ' ἐν ἐν δίκῳ,
καὶ τί σοι εἶς, φησὶν, φίλτα-
τε μὴ παρ' ἐμοί;
ἰδ' ὁ δ' ὁ μὴ γελᾶσθαι, μὴ δ' ἐν φίλῳ, φησὶ,
φρονηθῆς.
ὄχι! τρεφῆς παρὰ σοὶ χρῆζομεν ἀλλὰ μόνῃς.
T. MORI IN AVARVM.
Murem Asclepiades vt apud se vidit auarus,
Mus quid in ale facis, dixit, amice mea?
Mus blande arridens, tolle, inquit, amice timorem.
Hic ego non victum quero, sed hospitium.
G. LILII.
Murem Asclepiades in testō vidit auarus,
Et quid apud me ὁ mus, inquit, amice facis?
Mus ridens, inquit, nihil ὁ verearis amice,
Non abs te victum, sed mihi quero domum.
ΠΑΛΛΑΔΑ.
Πλοῦτον μὲρ πλεστονῶς, ἔχεις, ἄρχην δ'
πέντος.
ὁ ρίς κληρονομίαις πλοῦσι, σοὶ δὲ πέντος.

G. LILII IN AVARVM.
Diuitias locupletis habes, animam sed egenā
Heredi ὁ diues, sed tibi solus egens.
T. MORI.
Diuitias locupletis habes, inopis tibi mens est.
O miser heredi diues, inopsq; tibi.
ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.
Α γρὸς ἀχαιμενίδου γενόμεν ὡς τὸ, νῦν δὲ μὲν
νίπτος,
καὶ πάλιν ἐξ ἐτίρου, βίσι μοι εἰς ἔτερον,
καὶ γὰρ ἐκένος ἔχειν με ποτ' ὄψτρο, καὶ πᾶ-
λι δὲ ὅτος
διεταί, ἐι μὴ δ' ἄλεος οὐδ' ἐνός, ἀλλὰ τύχης.
G. LILII, DE POSSES-
sionibus incertis.
Nuper Achemenida, sed nunc sumus arua Menippis
Et nunc hunc rursus, nunc alium perimus.
Ille etenim nuper, nunc & nos aliter habere
Se putat, at nobis nil nisi casus inest.
T. MORI.
Nuper Achemenida fueram, nunc, ecce Menippis

D Adh.

EPIGRAMMATA CLARISSIMI,
DISERTISSIMIQUE VIRI
THOMAE MORI BRITANNI, PLETRAQUE Æ GRÆCIS
VERSA.



Vereor illustrissime princeps, dum more virginum, quæ satis formæ suæ non fidunt, picture leonocinio gratiam illepidis versiculis cōparare studeo, ne eos qua maxime do te placere potuissent, id est, ipsius rei nouitate, fraudarim. Nam quum illico in presentem coronationem tuam conscriptos eos pictori exornandos dedissem, effecit certe podagra, qua protinus quàm opus inchoauit, incommodissime tentatus est, vt eos nunc tandem, serius aliquanto quàm res postulare videbatur, exhibeam. Itaque (si tecum pro ista humanitate tua liberius agi finis) haud scio, maiorem ne gratiam versiculis nostris pictoris manus adiecerint, an pedes ademerint. Quippe quibus effectum est, vt mihi verendum sit, ne non minus fera, ac proinde intempestiua videri tibi possit hæc nostra gratulatio, quàm olim Tiberio principi visa est, illensium illa consolatio, qua eum de morte filij, iamdiu defuncti, consolabantur, quam ille faceta dicacitate delusit, respondens se eorum quoque vicem dolere, quòd bonum militem amisissent Hectorem, verum eorum officium, ad luctum non senescentem modo, sed planè præmortuum, non potuit esse non ridiculum, meum verò ab hoc vitio vindicari immensa illa de celebri coronatione tua lætitia, quæ quum pectoribus omnium tam efficacem sui vim ac præsentiam impresserit, vt senescere vel integra ætate non possit, effecit nimirum, vt hoc meum officium nõ sero re peracta atq; euanida, sed præsens in rem præsentem peruenisse videatur. Vale princeps illustrissime, & qui nouus ac rarus regum titulus est amatissime.



DIADEMATIS DIEM
HENRICI OCTAVI, ILLUSTRISSIMI
AC FAUSTISSIMI BRITANNIARUM REGIS, AC
CATHERINE REGINÆ EIUS FELICISSIMÆ, THOMÆ
MORI LONDONIENSIS, CARMEN
GRATULATORIUM.

Si qua dies vnquam, si quod fuit Angliæ tempus,
Gratia quo superis esset agenda tibi,
Hæc est illa dies nunc signanda lapillo,
Leta dies fastis annumeranda tuis.
Meta hæc seruitij est, hæc libertatis origo,
Tristitia finis, lætitiæq; caput.
Nam iuuenem seculi decus o memorabile nostrum
Vngit, & in regem præficit ista tuum.
Regem qui populi non vnus vsque, sed orbis
Imperio dignus totius vnus erat.
Regem qui cunctis lachrymas detergat ocellis,
Gaudia pro longo substituat gemitu.
Omnia discussis ariditate pectora curis,
Vt solet excussa nube nitere dies.
Iam populus vultu liber præcurrit amano,
Iam vix lætitiæ concipit ipse suam.
Gaudet, ornatus gestit, tali sibi rege triumphat,
Nec quicquam nisi rex quolibet ore sonat.
Nobilitas, vulgi iam dudum obnoxia feci,
Nobilitas, nimium nomen inane diu.
Nunc caput attollit, nunc tali rege triumphat,
Et merito causas vnde triumphet, habet.
Mercator varijs deterritus ante tribuitis,
Nunc maris insuetas puppe resulat aquas.
Leges inualida prius, modo nocere coactæ,
Nunc vires gaudent obtinuisse suas.
Congaudent omnes pariter, pariterq; rependunt
Omnes venturo damna priora bono.
Iam quas abdiderat cæcis timor ante latebris,
Præmere quiq; suas gaudet & audet opes.
Iam iuuat õ, potuit tot sursum si qua tot vncas
Tam circumspicias fallere prada manus.
Non iam diuitias vllum est (magnum esse solebat)
Quasitas nullo crimen habere dolo.
Non metus occultos insibilat aure suspirros,
Nemo quod taceat, quòdve susurret, habet.
Iam delatores volupe est contemnerè, nemo
Deferrit, nisi qui degludit ante, timet.
Conueniunt igitur simul atas, sexus, & ordo,
Causaq; non vllum continet vlla domi.
Quo minus intersint, dum sacris rite peractis,
Rex in auspicijs regna Britanna bonis.
Quacunque ingreditur, studio conferta videndi,
Vix finit angustiam turbæ patere viam.
Opplenturq; domus, & ponderè tella laborant,
Tollitur affectu clamor vbique nouo.
Nec semel est vidisse satis, loca plurima mutant,
Si qua rursus eum parte videre queant.

Ter

EPIGRAMMATA.

Ter spectare iuuat, quid in hunc spectare iuuaret,
Quo natura nihil finxit amabilius?
Mille inter cõmites excelsior omnibus extat,
Et dignum angusto corpore robur habet.
Nec minus ille manu est agilis, quàm pectore fortis,
Seu res distincto debet esse geri.
Seu quum protentis aude concurrirur hastis,
Seu petat oppositum missa sagitta locum.
Ignea vis oculis, Venus insidet ore, genisq;
Est color, in geminis qui solet esse rosis.
Illa quidem facies alacri veneranda vigore
Essè potest tenera virginis, esse viri.
Talis erat, Nympham quum se simulauit Achilles:
Talis, vbi Aemoniæ, Hectora traxit equis.
O si animi præstatis vnà cum corpore virtus
Cerni, natura non prohibente, queat.
Imò etiam vultu virtus pellucet ab ipso,
Est facies animi nuncia aperta boni.
Quàm matura graui sedeat prudentia mentis,
Quàm non solliciti pectoris alta quies.
Quòq; modo sortem ferat, & moderetur vitæque,
Quanta verè cunctis cura pudicitie.
Quàm tranquilla sonet placidum clemètia pectus,
Quàm procul ex illo fastus abest animo.
Principis egregius nostri (quas fingere non est)
Præ se fert certas vultus & ipse notas.
At qua insitua est, regnandi quas habet artes,
Prosequitur populum qua pietate sumis,
Hæc faciliè ex vultu sunt illustra nostro,
Hæc sunt ex nostris, conspicienda bonis.
Quod sic aspicimur, quod libertate potimur,
Quodq; abiere timor, damna, pericla, dolor.
Quod rediere simul, pax, commoda, gaudia, risus,
Eximij virtus principis inde patet.
Eneruare bonas immensa licentia mentes,
Idq; etiam in magnis asolet ingenijs.
At quantum erat, ante pius, mores, tamen illi
Imperium dignos attulit imperio.
Nam bona que pauci serà fecere senectæ,
Protinus in primo præstitit ille die.
Illico correptos inclusit carcere, quisquis
Consilio regnum leserat ante malo.
Qui delator erat, vinculis confringitur arcibus,
Vt mala quæ multis fecerat, ipse ferat.
Ad mercatores aperit mare, si quod ab illis
Durius exactum est ante, remisit onus.
Despectusq; diu magnatum nobilis ordo,
Obtinuit primo pristina iura die.
Ille magistratus & munera publica, vendi
Que, succedere malis, donat habenda bonis.
Et versis rerum vicibus felicitat, ante
Que tulit indolentis premia, doctus habet.
Legibus antiquam (nam versa euertere regnum
Debuerant) subito vimq; decusq; dedit.
Omnis cumq; prius prorsus desisset ordo,
Protinus est omnis redditus ordo sibi.

Quid, quod in his etiam voluit rescindere quædam,
Vt populo possit commodus esse suo.
Que tamen aere suo nouit placuisse parenti?
Sic patriam, vt decuit, prætulit ille patri.
Nec miror, quid enim non principe fiat ab illo,
Cui cultum ingenij artibus ingenium est.
Castallo quem fonte nouem lanere sorores,
Imbuunt & montis Philosophia sacis.
Nomibus populus multis obnoxius omnis
Regi erat, hoc vnum pertimuitq; malum.
At rex, hinc metui quum posset, posset & inde
Congerere immensas, si voluisset, opes.
Omnibus ignouit, securos reddidit omnes,
Sollicitiq; malum substituit omne metus.
Ergo alios populi reges timere, sed istum,
Per que nunc nihil est quod timeatur, amant.
Hostibus õ princeps multam metuende superbis,
O populo princeps non metuide tuo.
Ille te metuant, nos te venerantur, amantur,
Illa, nos tererit, cui metu, vis, amor.
Sic te securus, demptiq; satellite tutum,
Vndiq; præstabit, hinc amor, inde timor.
Extera bella quidem, cõeat si Gallia Scotis,
Sit tantum concors Angliæ, nemo timet.
At procul in festina aberint terra, namq;
Semina, quas causas vnde oriantur, habent.
Primum equidem de iure tue tituloq; corona
Quæstio iam non est vlla, nec esse potest.
Que certare solet iam in pars vtraque solus,
Nobilitate hanc litens soluit vterq; patens.
Ast magis, abs te etiam est populi proci, vnde dicitur
Impia ciuili qua solet esse caput.
Ciuibus ipse, tuis tam charus es omnibus vnus,
Vt nemo possit charior esse sibi.
Quod si forte duces committeret ita potentes,
Soluat ut nutu prætinis illa tuo.
Tanta tibi est maiestatis reuerentia sacre,
Virtutes merito quam peperere tue.
Que tibi sunt, fuerant patrum quacumque tuorum,
Secula præscia quibus nil habuere prius.
Est tibi namq; tuis princeps prudentia patris,
Estq; tibi matris dextra benigna tua.
Est tibi mens auiæ, mens religio paternas,
Est tibi materni mobile pectus aui.
Quid, mirum ergo, non si gaudeat Angliæ more,
Cum qualis nunquam reuerat ante, regit.
Quid quod læticia hæc, que visa est non potuisse
Crescere, coniugio creuit adantia tuo?
Coniugio, superi quod decreuere benigni,
Quo tibi, quòq; tuis consulerè bene.
Illa tibi conatus, lætus communia tecum
Quæ ut vidit populus septræ tenere tuis,
Cuius habent tantam celestia numina curam,
Vt thalamis orient, nobilitentq; iuis.
Illa est, que præscas vincat pietate Sabinas,
Mæiæ sacras ricitur heroidas.

D iij lla

Illa vel Aestes castos æquavit amores,
 Vel prompto supererit consilio Tamaquil.
 Illo ore, hoc vultu, forma est spectabilis illa,
 Qua talem ac tantam sola decere potest.
 Eloquio secunda cui Cornelia cedit,
 Inq; maritali Penelopeia fide.
 Illa tibi princeps multos deuota per annos,
 Sola tui longa mansit amore mora.
 Non illam germana soror, nec patria flexit,
 Non potuit mater, non reuocare pater.
 Vnum te matri, te prestat illa sorori:
 Te patria, & charo prætulit illa patri.
 Illa tibi felix populos, hinc & inde potentes
 Non dissoluenda iunxit anticitia.
 Regibus orta quidem magnis, nihilq; minorum est
 Regum, quam quibus est orta, futura parens.
 Hactenus vna tui namem tenet ancora regni,
 Vna, sat illa quidem firma, sed vna tamen.
 At regina tibi fecit secunda virili
 Vndique firmatam perpetuamq; dabit.
 Proueniunt illi magna ex te commoda, rursus
 Ex illa veniunt commoda magna tibi.
 Non alia vlla fuit certe te digna marito.
 Illa non alius coniuge dignus erat.
 Anglia thura ferax, sacrumq; potentius omni
 Thure, bonas mentes innocuasq; manus.
 Connubium vt superi hoc scenti fecere, secudent,
 Vt data colesit septera regantur ope.
 Vig; ipsi gestata diu hac diademata tandem
 Et natus nati gesit, & inde nepos.
EIVSDEM IN SVBITVM IMBREM,
 qui in pompa Regis ac Reginae
 large obortus, nec solem
 abstulit, nec du-
 rauiit.
 Dum peterent sacras Rex & Regina coronas,
 Pompa qua nunquam pulchrior vlla fuit.
 Anrens explicuit late se Phœbus, eratq;
 Leta dies populi consona pectoribus.
 At vbi iam mediam celebris peruenit in vrhem,
 Tota statim athereis pompa rigatur aquis.
 Nulla tamen Phœbi subduxit lumina nubes,
 Et minima nimbus perscitur ille mora.
 Res bene contra æstus cecidit, rem sive quis ipsam
 Spectet, sive omen, non potuit melius.
 Principibus nostris vberima tempora spondent,
 Et Phœbus radijs, & Iouis vxor aquis.
EIVSDEM AD REGEM.
 Cuncta Plato cecimit tempas que proferat vllum,
 Sape fuisse olim, sape aliquando fore.
 Ver fugit vt celeri, celeriq; reuertitur anno,
 Bruma pari vt spacio que fuit ante, redit.
 Sic, inquit, rapidi post longa volumina caeli
 Cuncta per innumeras sunt reditura vices.
 Aurea prima fata est ætas, argentea post hanc.
 Aerea post illam, ferrea nuper erat.

Aurea te princeps redierunt principe secla.
 O post vates hadenus esse Plato.
EIVSDEM AD REGEM, DE
 spectaculis equestribus per
 eum æditis, Epodon
 iambicum.
 Quacunque reges adiderunt hadenus
 Equestrium spectacula,
 Lugubris illa semper aliqua reddidit
 Calamitas insignia.
 Aut rabido transuerberati militis
 Madens harena sanguine.
 Aut lanceis icta vngulifve somipedum
 Obruta plebs ferocim.
 Turbantve comprimens simul miserissima
 Lapse ruina machina.
 Verum tua hæc spectacula ð rex omnium
 Que vidimus pulcherrima,
 Non vlla clades, sed tua digna indole
 Insignit innocentia.
EIVSDEM DE VTRAQVE
 rosa in vnum coalita.
 Purpurea vicina fuit rosa candida, vtranz;
 Vtraque dum certant, sit prior vtra, premid.
 Vtraque sed florem rose iam coaleuit in vnum,
 Quoq; potest vno tis cadit illa modo.
 Nunc rosa consurgit, nunc pullulat vna, sed omneis
 Vna habet hæc dotes, quas habere due.
 Scilicet hinc vni species, decor, atque venustas,
 Et color, & virtus, est vtriusque rose.
 Alterutram ergo rosam, vel solam quisquis amat.
 Hanc in qua nunc est, quicquid amat, amet.
 At qui tam ferax est, vt non amet, ille timet.
 Nempe etiam spinas flos habet iste suas.
IN RHETOREM INDOC-
rum, E Græco.
 Quinque Solocisimis donauit Rhetora Flacum,
 Quinque statim decies reddidit ille mihi.
 Nunc numero hos, inquit, paucos contentus habeto,
 Mensura at capies quando redibo Cypro.
IN SVSPICIONEM.
E Græco.
 Magna habet in rebus vim ac pondus opinio, nõ vis
 Ledere velle tamen si videre, peris.
 Sic & Philolam quondam occidere Cretenses,
 Quem falso credunt velle tyrannum agere.
IN RHETOREM INFANTEM
 scite pictum, E Græco.
 Ipse tacet Sextus, Sexti meditari imago.
 Ipsa est rhetor imago, ab imagine rhetor imago est.
IN CAECVM ET CLAV-
dum mendicos.
 Claudipedem gestat cæcis vicinis ocellis,
 Conducitq; oculos arte, locatq; pedes.
ALITER.
 Cacus claudipedem gestat, prudenter vterq;

Rem gerit, atq; oculos hic locat, ille pedes.
ALITER
 Cacus fert claudum, atq; opera conducit eadem
 Istius ille oculos, istius ipse pedes.
ALITER
 Claudum cacus omnis graue, sed tamen vtile vestat.
 Prospicit atq; oculis, huic regit ille pedes.
IDEM FVSIVS.
 Tristis erat nimum miseris Fortuna duobus,
 Huic oculos, illi dempsit iniqua pedes.
 Sors illos copulat similis, claudum vehit alter.
 Sic sua communis damna leuant opera.
 Hic pedibus quibus alienis ambulat, itur
 Huic recta alterius semita luminibus.
IDEM ALITER.
 Nilus nihil esse potest, quam fidus amicus,
 Qui sua damna suo leniat officio.
 Fœdera contraxere simul mendicis vterq;
 Cum claudo solide cacus amicitia.
 Claudio cacus ait, collo gestaberet nostro.
 Retulit hic, oculos cace rogare meis.
 Alta superborum fugiat penetrat illa regum,
 Inq; casa concors paupere regnat amor.
ALITER
 Cum claudo cacus sic lege pacifitur aqua, vt
 Hic ferat illum humeris, huic rigat ille oculus.
PINVS NAVTICA LOQVITVR
 vento subuersa, E Græco.
 Pinus ego ventis facile superabilis arbor,
 Stulte quid vndamgam me facis ergo ratem?
 An non augurium metuis quum persequitur me
 In terra, Boream qui fugiam in pelago?
IDEM ALITER.
 Ventis pinus humo sternor, quid mittor in vndas?
 Iam nunc passa prius quam nato naufragium.
IN NAVIM EXVSTAM.
 Iam ratis aquoræ viderat fuger at vndas,
 Matris ut in terre deperijt sinibus.
 Corripitur flammis, atq; ardens auxiliare
 Quas maris hostiles sugerat, optat aquas.
CYNICVA LOQVITVR, QVAB
 elapsa mustela incidit in disposita
 venatorum retia.
 Mustelam obliquè dilapsa per amine fugi,
 Sed feror humanis heu misera in laqueis.
 Hic ego non vitam celereim, non impetro mortem.
 Seruor vt heu rapidis obijciar canibus.
 Qui mea dum lamant scelerato viscera morsu
 Spectat, & effuso sanguine ridet homo.
 O durum genus, atq; fera truculentius omni.
 Nex cui crudeliter præbet acerba iocum.
INNOCENTIAM OBNOXIAM
 esse iniurij, E Græco.
 Ausus erit mordere malum vel mus, vetus hoc est
 Verbum, sed longè res habet ipsa secus.
 Innocuos audet vel mus mordere nocentem.

Tangere non audet territus ipse draco.
IN EFFLATVM VEN-
eris, E Græco.
 Te crepitus perdit, nimum si ventre terentes.
 Te prope remissus seruat item crepitus.
 Si crepitus seruare potest & perdere, nunquid
 Terrificis crepitus regibus aqua potest?
DE MORTIS AEQUALITATE
E Græco.
 Victor ad Herculeas penetres licet vsq; columnas,
 Te terra cum alijs pars manet aqua tamen;
 Tro par moriere, obolo non distor vno.
 Et tua te (sed non iam tua) soluet humus.
IN SORDIDVM E GRAECO.
 Te ditem appellant omnes, ego plane inopem te.
 Nam facit vus opes, testis Apollonhanes.
 Si tu vtare tuis, tua fiant sin tua serues
 Heredi, tua iam nunc alsena facis.
VENATVS ARANEAE.
 Insidiata vagam comprehendit aranea muscam,
 Et lentis trepidam castibus implicat.
 Iamq; hiat in morsum, sed sepe os inter & ossam,
 Vt verbum vetus est, multa venire solent.
 Sors musca miseretur, & aduersatur arachne,
 Inq; malam e miser a translatis exitium.
 En stimulante fame properans inuadis vtramq;
 Sturme ruunt casses, hæc sugit, illa perit.
 Sic misero spes est plerunq; secure sub ipse.
 Inter & armatos mille malo metus est.
IN CYNICVM STVLTE ABSTI-
nentem, E Græco.
 Barbari Cynici, baculoq; vagantis egent
 In cœna magnam conspiciamus sophiam.
 Scilicet hic raphanis Cynicus primum atq; lupin;
 Ne virtus ventri seruiat, abstiniuit.
 At murem postquam bulbum conspexit ocellis,
 Iam rigidum & sapiens excutit ingenium.
 Flagitat atq; auile spem præter deuorat omnem;
 Viriuti bulbus, nil ait officier.
EPITAPHVM MEDICI
E Græco.
 Thessalus Hippocrates, Cou genere, hac iacet vna;
 Phœbi immortalis femine progenitus.
 Crebra trophæa tulit morborum armis medicinae.
 Laus cui magna, nec id sorte, sed arte fuit.
IN SERVVM MORTVVM
E Græco.
 Hic seruus dum vixit, erat nunc mortuus idem,
 Non quam tu Dari magne minor a potest.
IN ANCILLAM MORTVAM
 Ante fuit solo Sôsime corpore serua,
 Nunc satò par est hac quodq; missa manu.
IN PISCATOREM ADAMA-
tum, E Græco.
 Pisces dum captat piscator, diuitis illum
 Nata videt, vifi flagrat amore viri.

Deinde viro nubis sic illi ex paupere vita,
Magna superbarum copia venit opum.
Adstetit, & ridens fortuna ait, heu Venus haud iam
Mars erat iste tuus, Mars erat iste meus.

ALITER

Mars erat iste meus, Venus, inquit, verba retorques,
Illico Sors eadem, Mars erat iste meus.
IN REPENTE FELICEM B
misero, E Græco.

Non tibi quod saueat, sic te fortuna lenauit.
Vel de te liqueat, vult sibi, quid liceat.
IN MEDIOCRITATEM,
E Græco.

Invidia est peior miseratio, Pindarus inquit.
Felici inuidiam splendida vita facit.
At nimium miseros miseramus, Pindarus inquit.
Hei nimium felix, nec miserandus ego.
Scilicet extremis longe mediocria prostant.
Injura calcantur, summa repente ruunt.
NIHIL PRODESSE TOR-
queri metu mali venturi.
E Græco.

Cur patimur stulti, namq; haec recordia nostra,
Vrat vt indomitis pectora nostra metus.
Seu mala non venient, tam nos metus vrit inanitas.
Sin venient, aliud fit metus ipse malum.
Ipse quidem cecini, scripsit diuinus Honerius.
IN RIDICVLVM IVDICIYM,
E Græco.

Lis agitatur, surdusq; reus, surdus fuit actor.
Ipse tamen iudex surdus vtriusq; magis.
Pro adibus hic petit, es, quinto iam mense peracto.
Ille refert, tota nocte mihi acta molesta est.
Aspicit hos iudex, & quid contenditis, inquit.
An non vtriusq; est mater, vtriusq; alius.
AD LYCERNAM NOCTVRNAM,
Lychne reuersam ter te iuravit amica.
Nec redit, o pœnas det tibi, si Deus, es.
Ludenti cum nocte places, extinguere, & aufer
Tam sacra tam sacris lumina luminibus.
LAIS ANVS AD SPECVLVM,
E Græco.

Nequiter arrisi tibi, que modo gratia, amantium
Turban in vestibulis Laïs habens iuuenum,
Hoc Veneri speculum dico, nam me cernere talem
Qualis sum nolo, qualis eram nequeo.
IN MORTIS DIEM OMNI-
bus incertum.

Non ego quos rapuit mors, desleo, desleo viuos,
Quos vruut longo futa futura metu.
Eleres si scires vnum tua tempora mensem.
Rides quum non sit forsitan vna dies.
IN APVM INDVSTRIAM,
E Græco.

Mellis apes stultas ipse sibi in æthere fingunt.
Ipse quos habitant adificiant thalamos.

Grata apis humana frugesq; sicillima vita est.
Non bonis aut curæ, factis egebit ope.
Tantum opus hic stula est, vbi dulcia pocula mellis
Vbertim paruo fundat ab aluelo.
Congaudete sacre, vârios & pascite flores,
Ætherei volucres nectaris arifices.
IN ANVM FCVIS FRV-
stra vtentem.

Sæpe caput tingis, nunquam tintura senectam;
Aut tensura gemis que tibi ruga tuis.
Desine iam faciem sibi perfundere rotam;
Ne persona tibi hac sit modo, non facies.
Quum nihil assequeris fuce sibi, quid amens
Vis tibi, nunquã Hecuben hac faciet, Helenã.
IN HOMINIS NATIVITATEM
E Græco.

Heus homo si memor es quid te dũ gigneret, egit
Tum patet, ex animo iam tumor ille cadet.
At Plato te factum dum somniat, inslat inanis
Æternumq; vocat semen & æthereum.
Factus es ecce luto, quid suspicis aliud, sed istud
Plasmate, qui te ornat, nobilior feret.
Quin si vera voles audire, huidine sæcla
Natus es de coitu, guttuli, & de misera.

DE ASTROLOGO RIDICVLO:
Non Cemea sacro vates corrupta furor,
Certius afflata mente futura videt.
Quam meus astrologus diuina clarus in arte
Praudet inspecto hystere proterita.

ALVD IN ASTROLOGVM
vxois impudicæ maritum.
Astra tibi æthereo pandunt sese omnia vati,
Omnibus & que sint fata futura, moent.
Omnibus est vxor quod se tua publicat, id te
Astra, licet videant omnia, nulla moent.
IN EVNDEM, IAMBICVM

O chare nobis siderum caelestium
Inspector astris, ipse nunc Phœbus tibi
Optem libenter indicare clanculum
Quiddam, quod ad te pertinet quam maxime,
Dum cuncta lustro, deprebendi pridie.
Sed territat Venus, minatur & mihi
Secundum amorem, qui nihilo secundior
Mibi sit futurus, quam fuit Daphnes prior.
Quicquam cuius garrulus si deseram
De se marito, quale detuli prius.
Nescis ergo hoc, cæteris rerum vicis
Docebo te, nupta sed in rebus tæe
Si quid tua non cedat ex sententia,
Hoc omnibus prius patebit, quam tibi.

ALVD, IN EVNDEM

Quid inter alta stulte queris sidera
In humo manentis coniugis mores tue?
Quid alta spectas, insperat, id est, cui tu times?
Dum iam tu, agat quid illa, queris in polo,
Hæc que libebat, interim egit in solo.

ALVD IN ASTROLOGVM
eundem.

Sydæra vestigans inter caelestia demens,
Cur dubia semper mente quid vxor agat?
Si nescis qualis tibi sit, crede esse pudicam.
Quod tibi persuades si bene, iam bene habes.
Quid cognoscere vis, qua non nisi cognita ladunt?
Quid ferri studio vis miser ipse tuo?
Hic furor haud dubie est, quum iam destitire possis.
Quærere sollicite quod reperire times.

ALVD IN ASTROLOGVM.
Saturnus procul est, iamq; olim cæsus, vt aiunt,
Nec propè discernens à ptero lapidem.
Luna verecundis formosa incedit ocellis,
Nec nisi virgineum virgo videre potes
Iuppiter Europæ, Martem Venus, & Venerẽ Mars,
Daphnen Sol, Hyrcen Mercurius recolit.
Hinc factũ astrologe est, tua quã caput vxor amâtes
Sydæra significant vt nihil inde tibi.

DE FORMA, DILEMMA IAM-
bis trimetris scazontibus.

Quid forma confert, Hercules nihil cerno.
Si ferueas, de formis ecce formosa est.
Sin frigeas, formosa iam sit informis.
Quid forma confert, Hercules nihil cerno.

DE ASTROLOGO, DE
quo supra.
Sæpe suam inspectis vxorem Candidus astris,
Predicat en vates omnibus esse bonam.
Inspectis iterum postquam vxor adultera fugit,
Predicit vates omnibus esse malam.
PARAENESIS AD
virtutem veram.

Heu miseris quicquid misero blanditur in orbe,
Illico marcescens vt rosa verna cadit.
Nec quenquam vsque adeo placidis cõplēctitur vltis
Sors, vt non aliqua parte molestã premat.
Imbibe virtutes, & inania gaudia sperne.
Sunt animi comites gaudia vera boni.

AD CONTEMPTVM HVIVS
vitz.

Nos velut instabiles ventus quatit omnis aristas,
Quilibet impellunt spes, dolor, ira, metus.
Nil habet in rebus pondus mortalibus vllum.
Momento pudor est si mouere leui.
MORTEM NON ESSE METVEN-
dam, cum sit finis malorum
E Græco.

Non stultum est mortem matrem timuisse quietis?
Quam fugiunt morbi, mœstasq; pauperies?
Sola semel miseris sese mortalibus offert,
Nec quisquam est ad quem mors iterũ redijt.
At reliqui morbi varij, multiq; vicissim
Nunc hunc, nunc illũ, terq; quaterq; premũt.
IN EPISCOPVM QVENDAM
sordidum ac perparcum.

Vita Sibyllinos mea st duraret in annos,
Non bonitas vnquam præsulis excideret.
Ingere multa soli locat, amplas possidet vrbes,
Centum stipatus progreditur famulis.
Me tamen exigui census, quum nuper adirem,
Excipis, & verè comiter alloquitur.
Quin abiens nigri gustarem vt pocula vini,
E loculo clauem liberat ipse suo.

DE VICISSITVDINE FORTVNÆ
E Græco.

Lubrica non seruat certum Fortuna tenorem,
Sed rotat instabilem cæca subinde rotam.
Sternere summa libet, libet infima tollere rerum
Inq; vicem nulla vertere lege vices.
Maxima quã bona sunt, ita sunt mala proxima, rursus
Maxima quã mala sunt, proxima ita bona sunt.
Forti animo mala fer, nec bis miser esto dolore,
Ne cito venturis præmoriar bonis.

VITA BREVIS.

Non tibi viuacem furor est spondere senectam?
Quum non sit vita certa vel hora tua.
Finge age Nestorium sis peruenturus in euum,
Longa tument multis tempora facta malis.
Omnia vt effugas viridis quibus angitur etas,
Tadia longa tibi curua senectã feret.
Tu tamen ad seros nulli quod contigit) annos
Vt venias, nullo percitus ante malo.

Hoc tamen exiguum est, vbi nunc tot Nestoris annis
Ex tanto superest tempore nulla dies.

PATIENTIA.

Tristitia qui pateris perfert, Sors tristitia soluet.
Quod si non faciat Sors, tibi mors faciet.
VITA IPSA CVRSVS AD
mortem est.
Nugamur, mortemq; procul procul esse pudamus.
At medijs latet hæc abdita visceribus,
Scilicet ex illa, qua primum nascimur hora,
Prorepunt iuncto vitæq; morsq; pede.
Partem aliquam furtim qua se metitur, & ipsam
Surripit de vita quælibet hora tua.

Paulatim morimur, momento extinguimur vno,
Vt lampas oleo deficiente perit.
Vt nihil interimat, tamen ipso in tempore mors est.
Quin nunc, interea dum loquimur, morimur.

DIVES AVARVS PAUPER EST
sibi, de Græco.

Diuitias animi solas ego iudico veras.
Qui rebus pluri se facit ipse suis,
Hunc adeo ditem, hunc opulentum rite vocamus,
Magnarum quis sit qui videt usus opum.
Calculus at si quem misere numerandus aduris,
Qui misere semper diuitias cumuler.
Hic vt apes paruo crebroq; foramineosso,
Sudat in aluelo, mel alij comedunt.
DILEMMA EPICVRI.

Si longa

Aliud

Si longa est, leuis est, si grauis est, breuis est.
CONTRA.
Deicit heu miseram, profernit & vtraq; mentem.
Longa nec vlla leuis, nec grauis vlla breuis.

DE MORTE.
Somniat, hic ditem qui se putat esse, videtq;
Morte experrectus illico quam sit inops.
SOLA MORS TYRANNI-
cida est.

Duriter es quicumq; viris oppressus iniquis.
Spem cape, spes luctus leniat alma tuos.
Versus in melius vel te Fortuna reponet,
Vt solet excussa nube nitere dies.

Aut libertatis vindex fremente tyranno,
Eruet iniecta mors miserata manu.
Auseret hac (quo plus tibi gratificetur) & illum,
Afferet atq; tuos protinus ante pedes.

Ille opibus tantis, fastigq; elatus inani,
Ille ferox, crebris ante satellitibus,
Hic neq; toruus erit, vultu nec vt ante superbo,
Sed miser, abiectus, solus, inermis, inops.

O quid vita tibi dedit vnquam tale vicissim
Iam ridendus erit, qui metuendus erat.
O Cor triste malis misere immersumq; profundis
Rumpere, sit pane terminus iste tua.

Sanguinolenta tua domine tua vulnera pande,
Illa breui est, quae non diuidet vna duos.
Quam miser ergo diu sic heu lachrymabo, queratq;
Mors ades, & tantis horrida solue malis.

IN AMICAM FOEDIFRA-
gam iocosum.
Dij melius, venere in hac que somnia nocte?
Tata semel mundi machina versa ruit.

Nec sua lux Phoebe constabat, nec sua Phoebe
Iapiq; tamens omnium strauerat aquor humi.
Mans adhuc mirum, vox en mibi dicere visa est,
Heus tua iam pactam fregit amica fidem.

DE CVNICVLO BIS CAPTO.
E rete extrahor, è digitis in rete relabor.
Heu semel heu fugi, bis miser vt caperer.
IN VIRGINEM MORIBVS
hauit virginis.

Blanda, salax, petulans, audax, vaga, garrula virgo,
Si virgo est, virgo est bis quoq; quae peperit.
IN VXORES.

Hoc quisque dicit, robus in mortalibus
Quod tristius sit, ac magis viros grauet.
Naturae nil produxit his vxoribus.
Hoc quisq; dicit, dicit, at ducit tamen.

Quin sex sepultis, septimam ducit tamen.
IN EASDEM.
Res vxor grauis est, poterit tamen vitilis esse,
Si sita det prope se moriente tibi.

IN IMAGINEM DISSIMILEM
E Graeco.
Hac tua quam nuper pinxit Diodorus imago,
Effigiem

Cuiusuis magis est, quam tua Menodote.
IN EANDEM.
Sic se totum isthac expressit imagine pictor,
Vt nulli tam sit, quam tibi dissimilis.

CHORIAMBICVM DE VITA
suauis, E Graeco.
Non est vtra mihi Gygis,
Qui rex Sardibus imperat:
Aurum non ego persequor,
Reges non miser emulor.

Cura est, barba suauibus
Vnguentis mihi persuat.
Cura est, vt redolentibus
Cingam tempora floribus,
Cura sunt hodierna mi,

Nam quis crastina nouerit?
Tornato bene Mulciber
Argento mihi poculum,
Iam nunc effice contiauum.

Et quantum potes imbibimus.
Et fac illud vt ambient
Non currus, neq; sydera,
Orion neq; flebilis.

Vites fac virides mihi.
Botri fac mihi rideant
Pulchro cum Dionysio,
IN MEDICVM IMPÖSTÖREM,
Qui guttulam fæti balsami
magno vendidit.

Febre laboranti medicus, feret ò tibi certe
Aut nihil, aut tantum balsamus, inquit, opē.
Sed nemo me prater habet, per paululum & ipse,
Gutta emittit libris non minus vna decem,

Nūc mihi quicq; dabis, reliquas mihi quinq; daturus
Sanis, vt has nunquam te moriente, petam.
Nunquam rem facies, tanto in discrimine qui vis
Tam chara gutta ponere dimidium.

Pacta placent, mimimog; è vitro & sindone tecto;
Ia etia petit gladij cuspide gutta merum.
Abluat vt vino mucronem, ager obsecrat, ab sit;
Inquit, adhuc libras bis habet ille decem.

Gutta, ait, vna sat est, & erat satis, vnica tantum
Gutta potest, vnā vix bibit, & moritur.
O nimis aduerso contractum sydere pacium.
Hinc gutta, hinc vitæ dimidium perijt.

IN FVCATAM E GRAECO.
Tinguis capillos femina, at qui seis, rogas?
Nigri suere quum referres è foro.

IN IMAGINEM MALE PICTAM.
Effigie studuit tua in hac ostendere pictor,
Expressisse queat quam tibi dissimilem.
IN EANDEM.

Hac tua tam vere est facies expressa tabella,
Vt iam non tabula hac sit tibi sed speculum.
IN EANDEM.

Quam mihi monstrasti demivros Posthume pictor.
Effigiem

Effigiem quanta sinxerat arte tuam.
Inplicit hanc quisquis, si te conspexerit vnquam,
Si non artificis tangitur inuidia,
Tam similem hic ouo non esse fatebitur ouum.

Effigies haec est quam tibi dissimilis.
IN ANGLVM GALLICAE LIN-
gua affectatorem.
Amicus & sodalis est Lalus mihi,
Britanniq; natus, altusq; infula.

At cum Britannos Galliae cultoribus
Oceanus ingens, lingua, mores dirimant,
Spernit tamen Lalus Britannica omnia.
Miratur, expetitq; cuncta Gallica.

Toga superbit ambulans in Gallica,
Amatq; multum Gallicas lacernulas.
Zona, locello, atque ense gaudet Gallico,
Filtro, bireto, pileoq; Gallico,

Et calceis, & subligare Gallico,
Totoq; deniq; apparatu Gallico.
Nam & vnum habet ministrum, cumq; Gallicū.
Sed quem (licet velit) nec ipsa Gallia

Trachare quiret plus (opinor) Gallice,
Stipendiū nihil dat, atq; id Gallice,
Vestiq; tritis pannulis, & Gallice hoc.
Alit cibo paruo, & malo, idq; Gallice.

Labore multo exerceat, atq; hoc Gallice.
Pugnissq; crebro pulsat, idq; Gallice.
In cœtu & in via, & foro, & frequentia
Rixatur, obiurgatq; semper Gallice.

Quid? Gallice illud hinc semigallice.
Sermonem enim (ni fallor) ille Gallicum
Tam callat omnem, quam Latinum Pŷtacus,
Crescit tamen sibiq; nimirum placet,

Verbis tribus, si quid loquatur Gallicis,
Aut Gallicis si quid nequit vocabulis,
Conatur id, verbis licet non Gallicis,
Sonoq; saltem personare Gallico,

Palato hiante, acutulo quodam sono,
Et femina instat garrulantis molliter,
Sed ore pleno, tanquam id impleant saba,
Balbutiens videlicet saniter,

Pressis quibusdam literis, Galli quibus
Ineptientes abstinent, nihil secus,
Quam vulpe gallus, rupibusq; nauita.
Sic ergo linguam ille & Latinam Gallice,

Et Gallice linguam sonat Britannicam.
Et Gallice linguam refert Lombardicam.
Et Gallice linguam refert Hispanicam.
Et Gallice linguam sonat Germanicam.

Et Gallice omnem, prater vnā Gallicam.
Nam Gallicam solam sonat Britannicæ,
At quisquis insula satus Britannicæ,
Sic Patriam insolens sustidiet suam,

Vt more simia, laboret fingere,
Et emulari Gallicæ ineptias,
Ex amne Gallo ego hunc opinor ebrium.

Ergo ex Britanno vt Callus esse nititur,
Sic dij inbete, sicut ex Gallo capus.
IN NICOLAVM MA-
lum medicum.

Nunc video haud rerum tantum, sed & ipsa vivorū
Nomina, non temere, sed ratione dari.
Nicolaus nomen medici est, qui iconem inquis,
Hoc potius nomen debuit esse ducis.

Dux populos armis vincit, sed & iste venenis,
Et populum, & fortis fieri vbi que duces.
Sape ducent bello repetunt, bis nemo rebellat
Huic medico, vero est nomine Nicolaus.

IN IMAGINEM ELEGAN-
tem, sed deformissimi.
Ipsam iudice me Venerem superabat Apellis,
Hec tua qua visa est nuper imago mihi.

Pictor in hanc omnes vnā consumpserat artes,
Spectari hac vna quid valuit, voluit.
Qualis in ore decor, qui nasus, qualia labra,
O quales oculi, qualis vbiq; color.

Tam fuit ex omni longe pulcherrima parte,
Quam fuit à nulla parte tibi similis.
IN IMAGINEM DISSIMILEM
Nuper vt ingrediator pictoris sorte tabernam,
Effigies oculis est tua visa meis.

Ex te dum pictor sit exprimat omnia, vultum
Immotum credo te tenuisse diu.
Sic te totum inspecta refert, intelligo cuius est,
Protinus vt pictor rettulit esse tuam.

IN PARCVM MORIENTEM
Chrysalus heu moritur dines, dolet, ingemit, vnquā
Nemo magis tristis peccore sata tulit.

Non quoniam ipse perit, cui nil se vitius ipso est,
Sed nummi pereunt quatuor in tumultum.
IN GRAMMATICVM PVTIQVUM
Quum mihi grammaticus mentē subit Heliodorus,
Nostra Solucisimos illico lingua timer.

IN PROGNOSTEN RIDICVLVM
Hoc anno in regno rex nobilis ille quiescet
Gallorum, celeber scripserat astrologus.
Rex vbi vix cepto vita desungitur anno.
Iam nil se vates quo tuetur, habet.

Rem quidem profum caput defendere, verum est
Augurium, rex iam nonne quieuit? ait.
Latus hoc verbum propevit, & vndiq; ridens
Id populus, rex iam nonne quieuit? ait.

IN VEHEMENTER NASV-
rum, E Graeco.
Nunquam Procle manu naves emungere possis,
Nam tua nave maris, magna licet, minor est
Quando Ionē inclamas sternutans, quippe nec audis
Tam procul ab nasus prominet aure tuus.

IN POETAM FVRIOSVM
Sunt etiam in Musis furie, quibus ipse poeta
Fis,

Fis, per quas temere carmina multa facis.
 Ergo age plurima scribe precor, tibi nemp̄ furorem
 Non ego maiorem quem precer inuenio.
IN PERPVSVLLVM, E GRÆCO:
Grus ne te rapiat Pygmeo sanguine gaudens,
Si sapias, melia tutus in vrbe mane.
NEGLIGENDOS VVLGI RVMOR-
res, E GRÆCO.
Tu te ipsum oblectes, & vulgi verba loquacis
Sperne, bene hic de te dicet, & ille male.
IN FATVVM, E GRÆCO.
Quem mordent pulices extinguit Morio lychnon.
Non me, inquit, ceruent amplius hi pulices:
DE SOMNO, E GRÆCO, SENE-
rentia Aristotelis.
Fermē dimidium vite dormitur in illo
Aequales spacio duos, inopsq; iacent.
 Ergo Cræse tibi regum dicitur, vita
 Fermē dimidio par erat Irus egens.
ALIVD.
Non es dum in somno es, dū nec te viuere sentis
Felix, at somnus ni veniat, miser es.
Qui felix igitur sorte indulgente superbit,
Inflatusq; leui prosperitate tumet.
Nox quoties venit, aut toties iam desinit esse
Felix, aut toties incipit esse miser.
QVID INTER TYRANNVM
& principem.
Legitimus immanisim̄s
Rex hoc tyrannis interest.
Servos tyrannus quos regit,
Rex liberos putat suos.
SOLLICITAM ESSE TYRAN-
ni vitam.
Magna diem magnis exhaurit cura tyrannis,
Nocte venit requies, si tamen vlla venit.
Nec tamen hi pluma requiescunt mollius vlla,
In dura pauper quam requiescit humo.
 Ergo tyranne tibi hæc pars felicissima vita est,
 In qua mendico par tamen esse velis.
BONVM PRINCIPEM ESSE
Patrem, non Dominum,
Iambicum.
Princeps pius nunquam carebit liberis,
Totus est regni pater.
Princeps abundat ergo felicissimus
Tet liberis, quot civibus.
DE BONO REGE ET
populo.
Totum est vnus homo regnum, idq; coheret amore,
Rex caput est, populus cætera membra facit.
Rex quot habet ciues (dolet ergo perdere quenquã)
Tot numerat partes corporis ipse sui.
 Exponit populus sese pro rege, putatq;
 Quilibet hunc proprij corporis esse caput.
BONA NON COGNOSCI NI-

si dum amittuntur.
Perdendo bona nostra ferè cognoscimus omnes.
Dum possidemus, spernumus.
 Sic populo quoq; sape malus, sed sero benignum
 Commendat hæres principem.
TYRANNVM IN SOMNO NI-
hil differre à Plebeio.
Erigit ergo tuas insane superbia cristas,
Quod flexo curuat se tibi turba genu.
Quod populus nudo surgat tibi vertice, quod sit
Multorum in manibus vitaq; morsq; tuis.
At somnus quoties artus adstringit inertes,
Hæc tua iam toties gloria dic vbi sit?
 Tunc ignaue iaces trunco non impar inani,
 Aut paulo functis ante cadaveribus.
 Quod nisi conclusus timide intra tecta lateres,
 In cuiusq; foret iam tua vita manu.
DE PRINCIPE BO-
nũ & malo.
Quid bonus est princeps, canis est, custos gregis, inde
Qui fugat ore lupos, quid malus? ipse lupus.
IN FVREM ET PATRONVM.
Dum furti metuit damnari Clepticus, amplo
Non sine consuluit munere caudicum,
Sic vbi sepe ducq; immensa volumina voluit,
Spero, aut est fugies Cleptice, si fugias.
IN ASTROLOGVM QVI FA-
ctum prædixit, E GRÆCO.
Sæpe patri frater quod debuit esse superstes,
Hoc velut vno omnes astrologi ore canunt.
Ast Heracles obiturum præ patre solus
Dixit, sed dixit postquam obijisse videt.
IN HVIVS VITAE
vanitatem.
Damnati ac morituri in terra claudimur omnes
Carcere, in hoc mortem carceri nemo fugit.
Carceris in multas describitur area partes,
Inq; alijs alijs partibus adijciant.
 Non aliter quam de regno de carcere certant,
 In cæco cupidus carceri condit opes.
 Carcere obambulat hic vagus, hic vincitur in antro
 Hic seruit, regit hic, hic canit, ille gemit.
 Iam quoq; dum carcer non tanquã carcer amatur,
 Hinc alijs alijs mortibus extrahimur.
REGEM NON SATELLITIVM,
 sed virtus reddit
 turum.
 Non timor inuisus, non alta pallatia regem,
 Non compilata plebe tænentur opes.
 Non rigidus vili mercabilis ere satelles,
 Qui sic alterius fiet, vt huius erit.
 Tutus erit, populum qui sic regit, vtiliorem
 Vt populus nullum censcat esse sibi.
POPVLVS CONSENTIENS REG-
 num dat & aufert.
 Quicumq; multis vir viris vnus præest,

He.

Hoc debet his quibus præest.
Præesse debet neutiquam diutius
Hi quam volent quibus præest.
 Quid impotentes principes superbiunt?
 Quod imperat precarios?
IN PERPVSVLLVM,
E GRÆCO.
Ex atomis Epicurus totum fabricat orbem.
Atchine, dum nihil his creditur esse minus,
Ex te fecisset si tum Diophante fuisses,
Nempe atomis multo es tu Diophante minor.
Aut forte ex atomis iam cætera scriberet esse,
Ast ipsas ex te scriberet esse atomos.
IN AMOREM CASTVM ET
incestum, E GRÆCO.
Hi duo detrahere duos incestus & alius,
Dū contra occurrunt, hinc amor, inde pudor.
PheDRAM amor Hippolyti cõsanperat igneus ipsum
Interimiq; facer prob pudor Hippolitum.
IN VRBEM ROMAM,
E GRÆCO.
Gradini genus Hector aue, si quid sub humo audis,
Respira, & patria nomine cresce tua.
Illos vrbs colitur, nunc in chytã, gens colit illam,
Quam tu Marte minor, Martis amica tamẽ.
Mirmydones periere, ades & hic Hector Achilli,
Esse sub Aeneadis vndiq; Thessaliam.
DE MEDIOCRITATE.
E GRÆCO.
Ingratũ est quicquid nimium est, sic semper amarũ est,
Vt verbũ vetus est, mel quoq; si nimium est.
IN VEHEMENTER INFELI-
cem, E GRÆCO.
Nunquam vixisti o pauper, nunquam morieris.
Nempe miser visus viuere mortuus es.
At quibus immensa est fortuna, pecunia multa,
His vite finem mors aliquando facit.
IN PUTHAGORAE ECHEM-
thiam, E GRÆCO.
Rebus in humanis magna est doctrina tacere,
Testis erit sapiens hic mihi Pythagoras.
Nempe loqui doctus, reliquos docet ille tacere.
Magnũ hoc ad requiẽ phar macon inuenies.
RIDICVLVM IN
Celliam.
Quid modo sectorum miremur monstra priorum,
Quod loquitur taurus, quod cadit imbre lapis
Monstra antiqua nouum superat, surrexerit ecce,
Ante tenebrosũ Gellia vesper heri.
Plus dicturus eram, nisi me ridere putares,
Surrexit mediam sed tamen ante diem.
Mira licet sepe illa tamen videre priores,
Sæpe potest fors an cernere posteritas.
Isud at hester nam nemo vnquam viderat ante,
Et post hanc poterit nemo videre diem.
IN PALLADEM, VENE-

remq; E GRÆCO.
Cur ita me ladis Venerem Tritonia virgõ,
Corripis in digitis cur mea dona tuos?
Scilicet Ideis memor esto in rupibus olim.
Me non te pulchram censuit esse Paris.
Hæstã tua est, ensisq; tuus mihi vendico malum.
Mars modo sit malo pristinus ille satis.
VITAM HOMINIS
esse nihil.
Nos tenuem stridis spirantes aëra fibris,
Viuimus & Phœbi lampada conspicimus.
Quotquot viuimus hic sumus omnes organa, quaq;
Vniuscis animat flatibus aura leuis,
Quot tua si tenuem restringat palma vaporem
Eripiens animam miseris vsq; stygem.
Sic sumus ergo nihil. Pluroni passimur omnes,
E statu minimo nos leuis aura fouet.
IN PVGIONEM EBETEM
ebetis, E GRÆCO.
Plumbeus hic mucro tuus est obtusus, ebesq;
Mucro aciem ingenij fert tuus iste tui.
DE GLORIA ET POPVLI
iudicio.
Maxima pars hominum fama sibi plaudent inani,
Atq; leuis vento fertur in astra leui.
Quid populi tibi voce places? sepe optima cactus
Dat vicio, & temere deteriora probat.
Sollicitus pendes alieno semper ab ore.
Ne laudem cerdo quam dedit, eripiat.
Fors tamen irridet quo tu laudante superbis.
Ex animo laudet, laus tamen illa fugit.
Quid tibi fama facit? toto lauderis ab orbẽ,
Articulus doleat, quid tibi fama facit?
RIDICVLVM IN
ministrum.
Muscas è cratere tulit conuicia priusquam
Ipse bibit, reddit rursus vt ipse bibit.
Addit & causam, muscas ego non amo, dixit,
Sed tamen è vobis nescio num quis amiet.
DE CANE VENANTE.
Os canis implet anas alium capturus hiabat,
Non capit, at quam iam ceperat ore fugit.
Sic miser interea dum rem captas alienam,
Sapius & merito perdis quare tuam.
CANIS IN PRÆSEPI,
auarus homo:
In præsepe canis sano nec vestitur ipse,
Nec sinit vt senum qui cupit edat equus.
Seruat auarus opes, opibus non vititur ipse,
Atque alios vit qui cupiunt, prohibet.
IN ORESTEM PARANTEM
occidere matrem.
Quã gladiũ intrudes per ventri cõme, ame papillas?
Te peperit venter, te lactauere papille,
QVID PAVCIS GRAN-
duus Deus.

Da bo.

Da bona siue rogere Deus, seu nulla rogere,
Et procul à nobis mala quæq; petentibus aufer,
Et mala siue petare nega, seu nulla petare.

IN DIGAMOS, E GRÆCO.

Qui capit uxorem defunctæ uxore secundam,
Naufragus in tumido bis natat ille freto.

IN FATVM, E GRÆCO.

Si ferris ferre & ser. sim irasceris, & te
Laferis, & quod fert te feret, immo trahet.

DE SOMNO AEQVANTE

pauperem cum diuite.

Somme quiete vita spes & solamen egenis,
Diuitibus noctu, quos facies esse pares.

Tristitia demulcens lethæo pectora rore,
Excusis & sensum totius inde mali.

Leta benignus opes inopi per somnia mittis.

Quid falsas rides diues opes inopis?

Diuitibus vera curas, tormenta, dolores,
Pauperibus falsa gaudia vera ferunt.

IN DEFORMEM ET IMPROBVM
E GRÆCO.

Pingere difficile est animum, depingere corpus,
Hoc facile est, in te sunt tamen ambo, secus.

Nam prauos animi mores natura reuelans,
Fecit vt emineant vndique perspicui.

Sed forma portenta tua deformia membra
Quis pingat? quando hæc cernere nemo velit?

IN CAPPADOCEM VI-
rulentum. E GRÆCO.

Viperæ Cappadocæ mordēs mala protinus hausit
Tabifico perijt sanguine Cappadocis.

IN STATVAM FERREAM,

E GRÆCO.

Effigiem statuere tibi rex perditor orbis
Ex ferro, vt longe vilius ære foret.

Hoc fecere famēs, cades furor, æris egestas,
Hæc tua, quis omnes perdit? auaritia.

VERSVS IAMBICI DIMITRI BRA-
chycatalectici ad candidum, Qualis
vxor deligenda,

Iam tempus id petis
Monetq; Candide,

Vagis amoribus

Tandem renuncies,

Tandemque sinas

Incerta Cypridis

Sequi cubilia.

Quarascq; virginem,

Quam rite iam tibi

Concorde vincias

Amore coniugem,

Que iam genus tuum,

Quo nihil beatius.

Fœcunda dulcibus

Natis adaugeat,

Pater tibi tuus

Hoc ante præstitit,

Quod à prioribus

Prius receperis

Non absque fanore

Rèpende posteris.

Non sit tibi tamen

Hæc cura maxima

Spektare Candide

Quid dotis asserat,

Quam siue candida

Infirmus est amor,

Quem stultus impetus

Decore concitus

Parit, vel improbus

Ardor pecunie.

Quicumque amauerit

Propter pecuniam,

Amatur huic nihil

Præter pecuniam.

Capta pecunia

Vanescit illico,

Item fugax amor,

Fereq; iam prius

Perit quam nascitur.

At nec pecunia,

Quam auarus ante

Miser cupiuerat,

Iuuare postea

Quicumque potest, vbi

Quam non amauerit

Inuitus, at amen

Omnino cogitur

Tenere coniugem.

Quid forma? nunquid hæc

Vel febre decidit?

Annisue deperit?

Vt sole sterculus

Tum defluentibus

Genæ coloribus

Amor ligauerant

Quem hæc sola vincula

Solutus aufugit.

At verus est amor,

Quem mente perspicax,

Ratione consule

Prudens iniuerit.

Et quem bono omine

Virtutis inclytæ,

Qua certa permanent

Non febre decidit,

Annisue deperit,

Respektus efficit.

Primum ergo quam volēs

Amice ducere.

Quibus parentibus

Sit orta perspicæ.

Vt mater optimis
Sit culta moribus,
Cuius tenellula
Mores puellula
Insugat, exprimat.
Tum qua sit indole,
Quam ducis, hoc vide,
Vt ore virginis
Insit serenitas,
Ab ore virginis
Absitq; toruitas.
At rursus vt tamen
Sit in genis pudor,
Nec ore virginis
Insit procacitas,
Et sit quietas, nec
Cingat salacibus
Viros lacertulis,
Vultu modesta sit,
Nec spectet vndique
Vagis ocellulis.
Proculque stulta sit
Paruis labellulis
Semper loquacitas.
Proculq; rusticum
Semper silentium.
Sit illa vel modo
Instructa literis,
Vel talis vt modo
Sit apta literis.
Felix, quibus bene
Priscis ab optimis
Postat libellulis
Vitam beantia
Haurire dogmata.
Armata, cum quibus
Nec illa prosperis
Superba turgeat,
Nec illa turbidis
Misella lugeat
Prostrata casibus,
Incunda sic erit
Semper, nec vnquam eris
Grauis, molestæve
Vite comes tuæ.
Que doctæ paruulos,
Docebit & tuos
Cum lacte literas
Olim nepotulos.
Iam te iuuauerit
Viros relinquere,
Doctæq; coniugis
Sinu quiescere.
Dum grata te sollet,
Manuq; mobili,
Dum pleetra personat,

Et voce qua nec est
Progne sororcula
Tua stauior.
Amorna cantilat,
Apollo qua velit
Audire carmina.
Iam te iuuauerit
Sermone blandulo
Docto tamen, dies
Noctesq; ducere.
Notare verbula
Mellita maximis
Non absque gratijs
Ab ore melleo
Semper stæmia.
Quibus coberceat,
Si quando te leuet
Inane gaudium.
Quibus lenauerit,
Si quando deprimat
Te meror anxius
Certabit, in quibus
Summa eloquentia,
Iam cum omnium graui
Rerum scientia.
Talem olim ego patem
Et vatis Orphei
Fuisse coniugem.
Nec vnquam ab inferis
Curasset improbo
Labore feminam
Referre rusticam.
Talemque credimus
Na sonis inclitam,
Que vel patrem queat
Aequare carmine,
Fuisse filiam.
Talemque suspicor
Qua nulla charior
Vnquam fuit patri,
Quo nemo doctior
Fuisse Tulliam.
Talisque, que tulit
Gracchos duos, fuit,
Que quos tulit, bonis
Instruxit artibus.
Hoc profuit minus
Magistræ quam patris.
Quid prisca secula,
Tandem reuoluimus?
Vicumque rusticum,
Vnam tamen tenet
Nostramq; virginem
Tenet, sed vnica,
At sic vt vnica,
Plerisque præferat,

Cuique conferat
 Ex hijs fuisse, que
 Narrantur omnibus
 Tot retro seculis,
 Quæ nunc & vltimam
 Monet Britanniam
 Perlata penulis
 Fame volucris.
 Laus atque gloria
 Orbis puellula
 Totius vnica,
 Ac non modo sua
 Cassandra patria.
 Dic ergo candidè,
 Si talis & tibi
 Puella nuberet,
 Quales ego tibi
 Supra recessi.
 Desit licet queas
 Formam requirere.
 Dotisue quod parum
 Lucrere conueri,
 Hic sermo verus est,
 Quocumque sit satis
 Est bella que placet,
 Nec quisquam habet magis,
 Quam qui sibi satis
 Quocumque habet, putat.
 Sic nunc me amet mea,
 Vt nihil ego tibi
 Amice mentiar.
 Cuiunque gratiam.
 Forma negauerit
 Natura virgini,
 Certe licet fiet
 Carbone nigrior.
 Foret tamen mihi hac
 Virtutis indole
 Olore pulchrior,
 Cuiunque lubrica
 Dotem negauerit
 Fortuna virgini,
 Certe licet
 Vel lro egentior,
 Foret tamen mihi hac
 Virtutis indole
 Te Cræse dirior.

RIDICVLVM IN MINACEM

Thraſonis vxorem bubulcus rufsticus
 Absente eo vitauerat.
 Domum reuerſus miles vt rem comperit,
 Armatus & serus insilit.
 Tandem aſſecutus ſolum in agris ruſticum,
 Heus clamat heus heus Furciſer.
 Reſtat bubulcus, ſaxaq; in ſinum legit.
 Ille enſe ſtricto clamat,

Tu coniugem meam attigiſti carnifex?
 Reſpondit imperterritus,
 Feci, fateris, inquit? At ego omnes deos,
 Deasq; teſtor ò ſcelus,
 In pectus hunc enſem tibi capulo tenuis,
 Ni ſaſtus eſſes, abderem.

DE MEDIOCRITATE,
 E Græco.

Agros ego haud porrectiores appeto,
 Non auream aut Gygis beatitudinem.
 Quæ ſit ſatis ſibi, vita ſat eadem eſt mihi,
 Illud nil nimis, nimis placet.

HECTOR MORIENS.
 E Græco.

Proicitote meum Danaï poſt ſata cadauer,
 Nam metuunt lepores occiſi membra leonis.
 IN SYLVVM POETAM.
 Scripſerat AENEAM nulli pietate ſecundum,
 Vates ſecundus nemini.

Quidam igitur regem dum vult laudare, Maronem
 Pulchre amulatus ſcilicet,
 Hic hic eſt, inquit, princeps, cui nemo ſecundus.
 Hac laude rex indignus eſt,
 Ipſe ſed eſt vates digniſſimus, ergo age demus
 Vtriq; laudem debitam.
 Hic hic eſt igitur vates, cui nemo ſecundus,
 Rex qui ſecundus nemini.

IN QVENDAM QVI SCRIPSE-
 RAT HYMNOS DE DIIVS PARVM DOCTE, TESTATUS
 IN PRÆFATIONE SE EX TEMPORE SCRIP-
 SIFFE, NEC SERVASSE LEGES CARMINŪ
 & ARGUMENTVM NON RECI-
 PERE ELOQUEN-
 TIAM.

Hic ſacer Andrea cunctos ex ordine ſaſtos
 Perſtringit mira cum breuitate liber.
 Ipſos quos cecinit ſuperos dum ſcriberet omnis,
 Credibile eſt vati conſulſiſſe ſuo.
 Nam ſubito ſcripſit, ſed ſic vt ſcribere poſſet,
 Quantumvis longo tempore non melius.
 Et pia materia eſt, priſciſq; intactus ab ipſis
 Seruatus ſato eſt huic operi iſto ſtilus.
 Sed, quod ad numeros non anxius obligat omnes,
 Hoc quoq; non vitio, ſed ratione ſacit.
 Maieſtas operis metro eſſe obnoxia non vult,
 Nempe ibi libertas eſt, vbi ſpiritus eſt.
 Ipſa operis pietas indocto ſufficit. At tu
 Caſtallo quiſquis fonte bibiſſe ſoles,
 Singula ſi truites, erit hinc tibi tanta voluptas,
 Quanta tibi ex alio non fuit ante libro.

IN STRATOPHONTA
 PUGILEM IGNAUVM
 E Græco.

Dux Ithacus, patria bis denos abſuit annos,
 Quum redijt, celeri cognitus vſq; cani eſt.
 Te pugil ò Stratophon, certantem quatuor horas,
 Et canis

Et canis & populus deſidicere ſimul.
 Quin etiam ſpeculum de te ſi conſulſiſſe,
 Iuratus Stratophon te Stratophonta neges.
 IN PVGILEM IGNAVVM.

E Græco.

Neſimus ecce pugil vatem conſultat Olympum,
 An ventura ſibi ſera ſenectæ foret.
 Fors rade donatus viues ait ille, minatur
 Certanti gelidus ſed tibi ſalce Deus.
 IN PARASITVM.

E Græco.

Stare putes ſtadio Eutichides quum curreret, at quum
 Curreret ad cœnam nempe volare putes.
 IN BIBONEM.

E Græco.

Serta, ſynguenta, meo ne gratificare ſepulchro:
 Vina, focus, lapidi ſumptus inanis erit.
 Hæc mihi da vino, citæres miſcere ſalerno,
 Nempe lutum ſacere eſt, non dare vina mihi.
 IN BIBONEM. E

Græco.

E terra genitus, ſub terram morte recondar,
 Ergo lagena mihi terra plena veni.
 IN MYLIEREM FOEDAM.

E Græco.

Te ſpeculam fallit, ſpeculam nam Gellia verum
 Si ſemel inſpiceres, nunquid iterum inſpiceres.
 IN FOEDAM. E GRÆCO.

Fugerit ad Parthos, vel ad Herculos vſq; colinas
 Viſa ſemel, poſtis veſtibus, Antipatra.
 IN FOEDAM. E GRÆCO.

Qui miſer vxorem deformem duxit, habebit
 Veſpere, iam accenſo lumine, adhuc tenebras.
 IN BARBA TANTVM
 Philoſophum, E

Græco.

Si promiſſa facit ſapientem barba, quid obſtat
 Barbatus poſſit quin caper eſſe Plato?
 DE LICENTIA.

Vltra conceſſos indulta licentia ſines
 Prouehitur celeris, non reuocanda, gradib.
 Si patiæ pedem calcet tibi veſpere comune,
 Calcabit ſurgens her tibi mane, caput.

EPIGRAMMATA ABYNGDONI-
 NIJ CANTORIS.

Attrahat huc oculos, aures attraxerat olim
 Nobilis Henricus cantor Abyngdonius.
 Vnus erat, nuper mira qui voce ſonaret,
 Organa qui ſcite tangeret, vnus erat:
 Vellentiſſimo primo templi decus, inde ſacellum
 Rex illo voluit nobilitate ſuum.
 Nec illi Regi rapuit Deus, intulit aſtris,
 Ipſis vt noua ſit gloria cœlitibus.
 ALTERVM DE EODEM:
 Hic iacet Henricus, ſemper pietatis amicus.
 Nomen Abyngdon erat, ſi quis ſua nomina querat.

Vuelli hic eccleſia fuerat ſuccentor in alia.
 Regis & in bella cantor fuit ipſe capella.
 Millibus in mille cantor ſiſt optimus ille.
 Præter & hæc iſta, ſuit optimus organæ, miſta.
 Nunc igitur Chriſte quoniam tibi ſeruijt iſte
 Semper in orbe ſoli, da ſibi regna poli.

IN IANVM HAEREDEM
 Abyngdonij.

Scripſi elegum carmen, lano me hæredè rogante,
 Quod tumultum Henrici ſignet Abyngdonij.
 Diſplicet, & doctis bene diſplicuiſſet, at illi
 Diſplicet hoc tantum ſi quid ineſt melius.
 Non reſonant iſti verſus, ait, illico ſerſi
 Quales lactucas talia labra petant.
 Ridendos ergo videns eſſiſtu verſus,
 Hos vorat applaudens Ianus vtraq; manū.
 Hos tumultu inſculpſiſt, ſub eundem protinus obdi,
 Atq; iſdem dignus verſibus ipſe legi.
 Ante, retroq; bifrons Ianus deus omnia vidit.
 Talpa, eſſiſt, vidit hic Ianus vtrinq; nihili.
 AD AVELICVM.

Sape mihi iactas faciles ad principis aures
 Liber, & arbitrio ludis vt ipſe tuo.
 Sic inter domitos ſine noxa ſape leones
 Luditur, ac noxa non ſine ſepe merita.

Infremit incerta crebra indignatio cauſa.
 Et ſubito mors eſt, qui modo ludis erat.
 Tutæ tibi non eſt, vt ſit ſectra voluptas
 Magna tibi eſt, mihi ſit dimodo certa, minor.

IN TYNDALVM DEBITOREM.

Ante meos quam credidera tibi Tyndale nummos
 Quum libuit, licuit te mihi ſape frui.
 At nunc ſi tibi me fors angulus offerat vltus,
 Haud ſecus ac viſo, qui pauet angue, fugis.

Nō fuit vnquā animus mihi crede reſpocere nummos
 Non ſuit, at ne te perdere cogar, erit.
 Perdere te ſaluo nummos volo, perdere vtrunq;
 Nolo, ſat alterutrum ſit periſſe mihi.

Ergo tibi nummis, aut te mihi reddere, retentis.
 Aut tu cum nummis te mihi redde meis.
 Quod tibi ſi neutrum placeat, nummi mihi ſaltem
 Fac redeant, at tu non rediture, Vale.

IN MENDICVM GERENTEM
 ſe prò medicò:

Tu te ſers medicum, nos te plus eſſe ſatemur.
 Vna tibi plus eſt litera, quam medicò.
 IN VXOREM IMPVDICAM:

Eſt faciunda mei faciunda eſt vxor Arati,
 Nempe ſuo genuit ter ſine ſœta viro.
 IN PERPVILLVM. E GRÆCO:

Vt ſugeret miſera Diophantus tædita vita,
 Vſus Arachaneò eſt ſtamine, pro laqueo;
 IN CHRYSALVM:

Chryſalus in ſyluis loculos quum conderet, hæſit.
 Certa loci poſſent, qua ſibi ſigna capi.
 At ſuper vt ſumma rauicūm videt arbore quæruū,
 Et iij Hic mihi

Hic mihi conspicua est, inquit, abiq; nota.
Capti sola scopi redeuntem copia lusit,
Nam sua iam in quavis arbore signa videt.
IN ASTROLOGVM.

Dum tua quos noscer celebrat pro vatibus error,
Fata cient positu sideris Astrologi,
Hac dum stella sauet, dumq; hac tibi stella minatur
Pendula mens inter spemq; metūq; tua est.
Prospera seu venient, venient reticentibus illis,
Assolet & subitum letius esse bonum.
Seu venient aduersa, diu nescire iuuabit.
Vstura & mediij temporis vsq; frui.
Quin iubeo satis etiam prohibentibus ipsis
Fac tibi mens hilares transgat aqua dies.
IN GRUCE DIGNVM.

E GRÆCO.
Mastaurcon elementa tibi duo subtrabe prima,
Nemo te reliquis dignior esse potest.
EPITAPHIUM. E GRÆCO
Quatuor hic tumulus fratres complectitur, ex his
Prob dolor vna duos lux parit, ac perimit.
E GRÆCO.
Fortis erat bello Timocritus, hic iacet ergo,
Fortibus haud parcis Mars sere, sed timidus.
E GRÆCO.

Ista Neoclida gnatos habet vna gemellos,
Seruitio hic patriam liberat, hic vitio.
AD QVENDAM CVI
vxor mala domi.

Vxor amice tibi est semper mala, quā male tractas
Fit peior, sed fit pessima, quando bene.
Sed bona si moriatur erit, melior tamen id si
Te faciat vno, ast optima si prope.

DE NAVITIS EFFICIENTIBVS
Monachum in tempestate, cui
fuerant confessi.

Cum tumida horrifonis insurgeret vnda procellis,
Et maris in lassam ferueret ira ratem,
Relligio tumidis illabitur anxia nautis,
Heu parat exclamant hoc mala vita malum

Vectores inter Monachus fuit, huius in aurem
Se properant vitijs exonerare suis.
Ast vbi senserunt nibilo sibi mitius aquor,
Sed rapido puppim vix superesse freto,

Quid miri est, ait vnus, aqua si vix ratis extat,
Nostrorum scelerum pondere adhuc premitur
Qui monachū hūc, in quē culpas exhaustim^o omneis
Egicite, & secum hinc crimina nostra ferat.

Dicta probant, rapiūtq; virū simul in mare torquēt.
Et lintrem leuius quam prius isse ferunt.
Hinc hinc quā grauis est peccati sarcina, disce,
Cuius non potuit pondera ferre ratis.

AD CANDIDVM PARO-
chum vitæ probæ.
Factus es, o populi pastor mi Candide magni,
Ter tibi, terq; tuo gratulor ergo gregi.

Aut mihi iudicium minuit fauor, aut tuus vsquam
Non potuit talem grex habuisse patrem.
Non tibi vanarum est fastosa scientia rerum,
Quippe nec in populam est vitilis illa tuum.

At rara tibi sunt virtutes, sic tibi raros
Patribus ex prisca credo fuisse pares.
Quid faciant, fugiantue tui, quo cernere possint
Vita potest claro pro speculo esse tua.
Tantū opus admonitu est, vt te intruatur, & vt tu
Qua facis, hac fugiant, que fugis, hac faciāt.

E GRÆCO.
Naufragus hac situs est, iacet illa rufficus vna.
Ad stygia sine solo par via, sine salo.
IN POSTHVVM EPIS-
copum.

Præful es, & merito præfectus Posthume sacris,
Quo magis in toto non erat orbe sacer.
Gaudeo tam magnū, tam sanctum gaudeo munus,
Tandem non temere nunc, velut ante dari.

Nempe errare solet temerarius impetus, at te
Delectum magna sedulitate patet,
Namq; vbi de multis tantammodo sumitur vnus,
Sæpe malus casti, pessimus arte venit.

At te, de multis legitur si millibus vnus,
Stultior haud post, deteriore legi.
DE BOLLANO.
Vrticis lectum Bollano vrentibus omnem
Infernunt socij, quem cubiturus erat.

Se tamen vrticis vsum negat, haud negat, illas
In tenebris nudum se reperisse tamen.
Vnguib; aut igitur vitata carne necesse est,
Aut nudis tantum dentibus incidere.

Cum tamen in tenebris illasus reperit herbas,
Vrticæ qua nam reperit esse nota.
DE VVLPÆ EGROTA ET
leone Apologus.

Dum iacet angusta vulpes agrotæ cauerna,
Ante fores blando consuetore leo,
Equid amica vales? cito me lambente vales,
Nescis in lingua vis mihi quanta mea.

Lingua tibi medica est vulpes ait, at nocet illud
Vicinos quod habet tam bona lingua malos.
DE LEONE ET LYSIMACHO

Dum domitus placido leo lamberet ore magistram,
Prouocat exemplo quem libet ipse suo.
Cumq; diu ex tanta prodiret nemo corona,
Profilijt forti pectore Lysimachus.

Ipse, ait, audebo leoniam tangere linguam,
Sed tam vicinis dentibus haud faciam,
IN FABIANVM ASTROLOGVM,
Vno multa die de rebus fata futuris,

Credula quum de te turba frequenter emat,
Inter multa vnum si fors mendacia verum est,
Illico vis vatem te Fabiane putem.
At tu de rebus semper mentire futuris.

Si potes hoc, vatem te Fabiane putem.

In Le-

IN IACOBVM RE-
gem Scotorum.

Dum pius Henricus victricibus asserit armis
Rhomano te iterum Gallia pontifici,
Scotorum Iacobus regnum rex ecce Britannum
Occupat, infestis impius agminibus.
Fœdera non illum toties inrata morantur,
Coniugis in fratrem quin ferat arma sua.
Quin Gallo fidei comitem se adiungeret hosti,
Quin cuperet Petri mergere nauiculam.
Nec mirum est, scelera hæc si vir conceperit, infans
Cæde patris teneras imbuat ante manus.
Ergo volente Deo, perijt cum strage suorum.
Exitus & scelerum qui solet esse, fuit.

IN REGEM SCOTIÆ, QVI
arcem Norhamam proditam sibi ta-
men oppugnauit, dissimu-
lans proditam esse.

Scote quid oppugnans Norhamam viribus arcem?
Ante tibi falsa proditione datam.
An fraudis pudet, at tam multis, & tot apertis
In vitijs non est illa pendenda tuis.

Artibus ergo malis capta fuit arce, voluptas
Magna tibi fors an, sed breuis illa fuit.
Teq; tuisq; mala (merita sed) morte peremptis,
Arx intra est paucos capta, recepta dies.

Proditor inq; tuo peteret cum pramia regno,
Mors scelerei est mercas reddita digna suo.
Proditor vt peccat, pereat, cui proditur hostis.
Inuicta in satis arx habet ista sua.

EPITAPHIUM IACOBI
Regis Scotorum.
Scotorum Iacobus princeps, regno hostis amico
Fortis & infelix hac ego condor humo.
Quantum animi fuerat, fidei vis tanta fuisse.
Cetera contrigerant non inhonesti mihi.

Sed pudet heu iactare, queri piget, ergo tacebo.
Garrulæq; ò vitam fama tacere velis.
Vos tamen ò reges moneo, rex nuper & ipse,
Ne sit (vt esse solet) nomen inane fides.

IN MALVM PICTOREM.
Exprimit egregia pictor mirabilis arte,
Dira canis pauitans vt fugit ora lepus.
Intima natura scrutatus viscera fingit,
In cursu leporem retro metu aspiceret.

Tam bene qui leporem fugientem expresserit, opto
Sit lepus, & fugiens ipse retro aspiciat.
IN EVNDEM.

Cum cane sic pictus lepus est, vt dicere nemo
Esset vitæ canis posset, vitæ lepus.
Pictor vbi hoc didicit, quod meriti desuit arit,
Suppleuit miro callidus ingenio.

Res vt aperta foret, longeq; faceretur error,
Subscriptit tantum, est hic canis, iste lepus.
DE TYNDARO.

Non minimo insignem naso dum forte puellam
Basiat,
E iij Fortiter

Basiat, en voluit Tyndarus esse dicax.
Frustra ait ergo tuis mea profero labra labellis,
Nostra procul nasus distinet ora tuus.
Protinus erubuit, tacitq; incanduit ira,
Nempe parum suscipio tacta puella sale,

Nasus ab ore meus tua si tenet oscula, dixit,
Qua nasus non est, hac dare parte potes.
IN BRIXIVM GERMANVM
falsa scribentem de Chordigera na-
ue Gallorum, & Herueo
eius duce.

Herueo dum celebras Brixii, tua carmina damnas.
Nā tibi scripta mala est res bene gesta, fide.
Historiam spondes illa Germanæ potest
Quæ modo quum nō sit vera, nec historia est.

Aut odio incipiant, aut indulgere fauori,
Et quisnam historijs qui modo credit, erit?
Iamq; nec ipse tuus per te laudem Herueus villam
Sublata rerum posuit habere fide.

IN EVNDEM DE EODEM
Herueo & eadem naue, quæ in
pugna nauali con-
flagrauit.

Brixius immerita quod susulit Heruea laude,
Quod merito aduersum fraudat honore ducē.
Quod de chordigera mendacia mille carina,
Contra quam sese res habuere, canat.

Non equidem miror, neque prauo falsa fauore,
Quod voluit prudens scribere, credo tamen.
Sed de chordigera, vatem qui veræ doceret,
Quinuit adhuc redidem nemo referre pedem.

Ipse tamen (sciret quo certius omnia) dignus,
Qui media præfens naue fuisset, erat.
VERSVS EXCERPTI E
Chordigera Brixij, ad quos al-
ludunt quædā epigram-
mata sequentia.

Circumeunt vnum dextra, leuæq; Britanni
Heruea, tela volant brumali grandine plura
In caput vnius Heruei, qua fortiter heros
Excutiens clypeo, contraria in agmina vertit.

POSTEA DE EADEM
Chordigera.
Ipse suos Herueus comites hortatur, & instat,
Atq; inter primos audax magno impete in hostes
Inuocatur, ferit hos misso per tempora telo.
Transigit huic gladio costas, huic ibi nudat.

Decutit his caput, impacta per colla bipenni.
His latus, his humeros hasta perstringit acuta.
EPIGRAMMA MORI ALLVDEN S
ad versus superiores.

Quod ferit hos Herueus misso per tempora telo,
Ithaq; & costas transigit huic gladio.
Decutit his caput impacta per colla bipenni,
His humeros hasta perforat, atq; latus.

Tum clypeo aduersa quod tela volantia parte
Basiat,
E iij Fortiter

Fortiter excutiens vnde volant, regerit.
 Effugit hoc sensum, tot telis pugnet ut vnus,
 Isq; cui clypeo est altera onusta manus.
 Fortis huic pugna rerum natura repugnat,
 Præteritum quiddam est hac puto parte tibi.
 Namq; vbi magnanimum produxeris Heruea, telis
 Pugnantem pariter quatuor, & clypeo.
 Forte tibi exciderat, sed debuit ante moneri
 Lector, tunc Herueo quinque fuisse manus.
ALIUD DE EODEM.
 Miraris clypeum, gladium, hastam, tela, bipennem,
 Herueus quoque gerat belligeretq; modo.
 Dexteræ crudelis manus est armata bipenni,
 Instructa est gladio sacra sinistra suo.
 Iam telum, teliq; vicem qua præbeat, hastam
 Fortiter (impressis dentibus) ore tenet.
 At quia tela cæpit brumali grandine plura
 Anuolitant, clypeum collocat in capite.
 Duritia capitis draco cesserit, vngue Celeno,
 Sic elephas illi dentibus impar erat.
 Ergo nouum aduersos monstrum procurrit in hostes,
 Terribilis ritu, terribilisq; manu.
HIC PRIMVS VERSVS
 Brixij est, quo Heruea iam moriturum
 de se facit vaticinantem.
 Inter Phæbeos non aspernandus alumnos
 Heruei magna canit Brixius acta duci.
 Inter Phæbeos non aspernandus alumnos,
 Herueum, hostes, socios, cœcrémat atq; rates.
 Inter Phæbeos non aspernandus alumnos,
 Vnde igitur vates, que cecinit, didicit?
 Inter Phæbeos non aspernandus alumnos,
 Phæbeo reliquum est audiat ex tripode.
IN EVNDEM VERSVS
 Poëtarum suffurantem.
 Priscos poëtas nemo te colit magis,
 Legitve diligentius.
 Nam nemo prisci è poëtis omnibus
 Est, cuius ipse ex versibus,
 Non hinc & inde sterculos, & gemmulas
 Manu capaci legerit.
 Vatem redonans tanto honore protinus,
 Scriptis tuis vt inferas.
 Beasq; vatem, nempe qua th congeris
 Suos parentes indicant,
 Magisq; respicent tua inter carmina,
 Quam nocte lucent sidera.
 Tantum decus vati invidere nemini
 Soles, amicis omnium,
 Ne quis, decus prioris olim seculi,
 Neglectus abs te desolat.
 Ergo sacrati ne poëtarum modi
 Longo situ obsolescerent,
 Iniuria tu vindicatos temporis
 Nouo nitore percolis,
 Hoc est vetustis arte nouitatem dars.

Qua re nihil felicitus.
 Ars ô beata, quisquis arte ista hac tamen
 Vetusta nouitati dabit.
 Es arte nulla (quamlibet sudet diu)
 Notis vetustatem dabit.
ALLVSIO AD CENO-
taphium Heruei.
 Heruea cum Decijs vnum conferre duobus,
 Actus te Brixii iudice nostrâ potest.
 Sed, tamen hoc distans, illi quod sponte peribant,
 Hic perijt, quomam non potuit fugere.
PHOEBVS BRIXIVM
alloquitur.
 Vis de grandifono quid sentio (sive libello,
 Qui arma necesse, Heruei bellipotētis habet?
 Ergo sacer Phæbeo sacra hac oracula vates
 Accipe, Phæbeo reddita de tripode.
 Vna opere in toto deest syllaba, mille superant.
 Plenum opus est, nã quid posset abesse minus? Ment
 Vna vno hac legitur, sed non legitur tibi mens,
 Et plus quam medium syllaba mensis habet.
AD SABINVM, CVI
vxor absentis concepit.
 Subsidiu vita, sera spes vna senectas,
 Nata tibi est soboles, curre Sabine domum.
 Curre, salutanda est vxor fecunda, videnda est.
 Chara tibi, soboles, curre Sabine domum.
 Curre inquam, ac properas, nimiumq; videre lentus,
 Quantumvis properes, curre Sabine domum.
 Iam queritur coniunx de te, tua, iam tua de te
 Conqueritur soboles, curre Sabine domum.
 Nunquã ingratus ades, neq; cū soboles tibi nata est,
 Sed neq; cum genita est, curre Sabine domum.
 Curre, vt ades, puer sacro dum fonte lauatur,
 Nunc saltem possis, curre Sabine domum.
AD CANDIDVM LAVDAN-
tem sanctos viros, cum ipse
esset malus.
 Sepe bonos laudas, imitaris Candide nunquam.
 Laudo, inquis, postea Candidus inuidia.
 Nam quicumq; bonos imitatur, & amulus idem est,
 O lacte, ô niuibus Candide candidior.
QVIS OPTIMVS REIPVB. STATVS.
 Quæris vter melius, Rêxne imperet, auge Senatus,
 Neuter (quod sæpe est) si vterq; malus.
 Sin sit vterq; bonus, numero prestare Senatuum,
 Imq; bonis multum plus reor esse boni.
 Difficile est numeram forsitan reperire bonorum,
 Sic facile est vnum sepius esse malum.
 Et fuerit medius sæpe inter vtrumque Senatus,
 Sed tibi vix vnquam Rex mediocris erit.
 Consilioq; malus regitur meliore Senator,
 Rex consultores sed regit ipse suos.
 Alter vt eligitur populo, sic nascitur alter.
 Sors hic cæca regit, certum tibi consilium.
 Illeg, se factum populo, populum sibi factum.

Scilicet

Scilicet hic vt sint quos regat ipse putat.
 Rex est in primo semper blandissimus anno,
 Omni anno consul rex erit ergo nouus.
 Rex cupidus longo populum corroserit ano,
 Si consul malus est, spes melioris adest.
 Nec me nota mouet que pastam fabula muscam
 Ferre iubet, subeat ne male præsa locum.
 Fallitur, expleri regem qui credit auarum,
 Nunquã hæc non vacuã mittet hirudo cutē.
 At patrum consilia grauis dissensio turbat,
 Regi dissentit nemo, malum hoc grauius.
 Nam quum de magnis varia est sententia rebus,
 Questio sed tamen hæc nascitur vnde tibi?
 Estne vsquam populum, cui regem sine Senatuum
 Præficere arbitrio tu potes ipse tuos?
 Si potes hoc, regnas, nec iam cui, consule, tradas
 Imperium, prior est questio, an expediat.
 DE FVSCO POTORE.
 Potando medicus perituros dixit ocellos
 Fusco, qui cum se consulisset, ait,
 Perdere dulcius est potando, quam vt mea seruem
 Erodenda pigris lumina vermiculis.
AD AMICVM.
 Litera nostra tuis quantum mihi colligo scriptis,
 Sera tibi veniet, nec tibi sera tamen.
 Nec bello veniunt intempestina peracta,
 Qua bello poterant tela viuare nihil.
DE REGE ET RVSTICO.
 Rusticus in syluis nutritus venit in vrbe,
 Rusticior Fauno, rusticior Satyro.
 En populus plena stetit hinc, stetit inde platea,
 Vnaq; vox tota, Rex venit, vrbe fuit.
 Rusticus insolita vocis nouitate mouetur,
 Quidnam ita respectet turba, videre cupit.
 Rex subito inuehitur, celebri præeunte caterua,
 Aureus excelso conspiciendus equo.
 Tum verò ingeminant, vniat rex, vndiq; regem
 Attonito populus suspicit ore suum.
 Rusticus, ô vbi rex? vbi rex est? clamat, at vnus,
 Ille, ait, est illo qui sedet altus equo.
 Hicine rex? puto me derides, rusticus inquit.
 Ille mihi picta veste videtur homo.
IN EPISCOPVM ILLITERATVM.
De quo ante Epigramma est sub
nomine Posthumi.
 Magne pater clamas, occidit litera, in ore
 Hoc vnum, occidit litera, semper habes,
 Causisti bene tu, ne te vlla occidere possit
 Litera, non vlla est littera nota tibi.
 Nec frustra metuis ne occidat litera, scis non
 Vniificet qui te spiritus esse tibi.
DE SACERDOTE RIDICVLE AD-
monente populum de ieiunio,
cum dies iam præterisset.
 Admonuit populum noster cum forte sacerdos,
 Proxima quos fastos asserat hebdomada.

Martyris Andrea magnum & memorabile festu est,
 Scitis, ait, charus quam fuit ille Deo.
 Squalida lasciuam macerent ieiunia carnem,
 Hoc suctum est, sancti hoc instituere patres.
 Præmonere ergo omnes, in martyris huius honorem,
 Quod ieiunari debuit, inquit, heri.
DE QVODAM MALE CAN-
tante, & bene legente.
 Tam male cantasti, postis vt episcopus esse.
 Tam bene legisti, vt non tamen esse queas.
 Non satis esse puto, si quis vitabit vtrumuis.
 Sed fieri si vis præsul, vtrumque caue.
AD SABINVM.
 Quos ante coniunx quattuor
 Natos Sabine protulit,
 Multum ecce dissimiles tibi,
 Tuos nec ipse deputas.
 Sed quem tibi puellulum
 Enixa iam nuperrime est,
 Solum tibi simillimum
 Pro quattuor complecteris.
 Erodenda pigris lumina vermiculis.
 Vocas, repellis, abdicas,
 Hunc vnicum ceu γυθατόν,
 Qui sit tibi hæres, destinans.
 Hunc ergo in vltis gestiens,
 Exosculandum ab omnibus,
 Vt filium fert simia,
 Totam per vrbe baiulas,
 Atqui graues tradunt Sophi,
 Quibus labor studiumq; id est,
 Secreta quicquid efficit
 Natura perscrutariet.
 Ergo graues tradunt Sophi,
 Quodcumque matres interim
 Imaginantur fortiter,
 Dum liberis datur opera,
 Eius latenter & notas,
 Certas & indelebiles,
 Modoq; inexplicabili
 In semen ipsum congeri.
 Quibus receptis intime,
 Simulq; concrecentibus
 A mente matris insitam
 Natus refert imaginem.
 Quum tot abesses millibus,
 Dum gignit vxor quattuor.
 Quod esset admodum tui
 Secura, dissimiles parit.
 Sed vnus omnium hic puer
 Tui refert imaginem.
 Quod mater, hunc dum concepit,
 Sollicita de te plurimum,
 Te tota cogitauerat,
 Dum pertimescit anxia,
 Ne tu Sabine incommodus

Velutq;

Velutq; lupus in sabulam
Superuenies interim.

DE PRINCIPE ET
rustico selando, ridiculum.

Quum spectaret aquas princeps, in ponte resedit,
Primoresque suos ante stetero pedes,
Rusticus adfedit, modico tamen intervallo,
Civilemq; dato se putat esse loco.
Suscit at huc quidam, & cum principe, dixit, eodem
Ponte sedere audes rustice, non ne pudet?
Ille refert, scelus est in eodem ponte sedere?

Quid si pons longus millia dena foret?
DE AVLICO RIDICVLVM.
Quum descendit equo, de circumstantibus vni
Aulicus huc tenens quisquis es, inquit, equum.
Ille, vt erat pauidus, dixit, domine ergo ferocem
Hunc rogo qui tenet, suscit vnus, equum?
Vnus ait potis est retinere, subintulit ille.
Si potis est vnus, tu potes ipse tuum.

IN MILITEM FVGA-
cem & anulatum.

Aureus iste manus miles cur annulus ornat,
Iure tuos ornet qui meliore pedes?
Vtilior nuper, meliorq; in Marte feroci
Planta tibi palmis vna duabus erat.

IN BRIXIVM POETAM.

Brixii tale tuo natum est enigma libello,
A Sphinge opponi possit vt Oedipodi.
Cordigera est tibi tota frequens, tibi nō tamen vsq; est
Cordigera in toto syllaba prima libro.

IN TVSCVM POTOREM.

Perdis ait Tusco medicus tua lumina vimo,
Consultat secum quid velit ergo sequi.
Sydera, terra, fretumq; solent quacunque videri,
Omnia sunt inquit visa reuisa mihi.
Multa mihi sed vina tamen gustanda super sunt,
Multa refert annus quū noua musta nouus.
Tam certus firmusq; valebitis inquit ocelli,
Nempe satis vidi, non satis vsq; bibi.

IN ARNVM PERIVRVVM.

Iurasti satis Arne diu, tandem obtinisti,
Iurare vt posthac iam tibi non sit opus.
Cæpit vbiq; tuo vir iuratisime verbo
Quam iuramento non minor esse fides.

IN EVNDEM.

Te semper iuras, & cunctis Arne minaris,
Vis scire vtilitas qua venit inde tibi?
Sic iuras, vt nemo tibi iam deniq; credat,
Sic minitaris, vt has nemo minas metuat.

IN EVNDEM.

Arno nemo magis pedibus valet vsq; sed olim
Frigore contractas perdidit ille manus.
Optat bella tamen, cui pes citus, vtraq; manca est.
Cui manus, in bello, scis puto, quid faciet.
At cui lingua prociat, manus est ignaua, prociat est
Huic non ignaua lingua secunda manu.

DE MARVLLO.

Admonuit medicus sippum Theodore Marullum,
Ne vinum (caecus ni velis esse) bibat.
Pareat vt medico (quanquam egre) abstemius esse,
Ecce duos totos sustinet vsque dies.
Post fuit assueti reuocatus imagine vini,
Iamq; foras medico vera miranti ruit.
Ventum erat ad vinū, quum sic sua lumina mæstus
Assatur, posito iam peritura mero.

Huc iter est, huc me fidi duxistis ocelli.
Hunc bibite, & dulces ambo valet duces.
Gustus, odorq; manent, miratur abire colorem,
In nigras subeunt lumina dum tenebras.
Hoc tamen aduersum lenit solamine casum,
Dote meri minima quod cariturus erat.

IN RISCVM EQVITEM
Imbellem.

Riscus eques prudens, longoq; peritus ab vsu,
Disimiles, causa non sine, pascit equos.
Namque alii ille duos, volucrem prauertit alter,
Alter sed pigro, pigrior est Asino.

Hic ergo non festinantem ad prælia desert,
Ille prius tuba quam clamxerit, inde refert.

IN GELLIAM.

Mentitur qui te dicit mea Gellia fusciam,
Iudice me non es Gellia fusca, nigra es.

IN EANDEM.

Candida sum dicit, fateor, sed candida quum sis,
Cur tibi candorem hunc obtegat atra cutis?
IN EVPARVPHVM
veste, oppignerato fundo,
empta.

Non miror sudare tue te pondere vestis,
Quatuor hac terra iugera vestis habet.
Quantum viuenti tibi terra ingressis vsquam
Tam magnum tumulū, nec tumulatus habet.
IN GAREMANVM VEN-
ditis agris pauperem.

En patrios nuper Garemanus vendidit agros,
Nunc subito fama viuere fertur inops.
Non illi ingenium, non illi industria desit,
Verum inimica viro fata, nocere puto.
Nam putres fuluo glebas mutauerat auro
Callidus, & nunquam rem tamen ille facit.

AD SABINVM.

Interiere due, coniunx tibi tertia nupsit,
Nec tibi fida tamen de tribus vlla fuit.
Non tantum ergo tuas, sed damnas improbe totum
Ecmineum irata mente Sabine genus.
Si tamen hanc aqua rem vis expendere lance,
Fies erga ipsas mittor ipse tuas.
Nam tres quum fuerint istis tibi moribus omnes,
Astra hac nascemini fata dedere tibi.
Si genesis tua te semper iubet esse cucullum,
Scilicet expectas vxor vt astra regat?
Casta futura alij fuerat, quod adultera tecum est.

Hoc

Hec mirgo fati imputat illa tuis.
IN NAVFRAGVM MOR-
sum à vipera in littore,
E GRæCO.

Aequoris insanas enasit naufragus undas,
Tristius astra salo præbet harena solum.
Dum iacet ecce graui pressus prope littora somno,
Nudus, & infesto sessus abusque fieto,
Vipera trux perimit, frustra fugis aequora frustra,
Heu miser, in terris debita fata tibi.

DE CHIRVRGO ET ANV.

Vixit anus egros velans Chirurgus ocellos,
Vtile persuadens hoc fore quinque dies.
Interea mappas, pelues, mortaria, discos,
Quicquid onus tutum non facit, inde rapit.
Quum sanata oculos circumtulit illa reuinctos,
Instrumenta sue sentit abesse domus.
Mercedem ergo exacta, tua contingeret inquit
Vberior pactum est, vt tibi visus ope.
At video nūc q̄ ante mimus, quorsum vsus in ade est,
Vidi multa prius, nunc video inde nihil.

AD QVENDAM.

Quam tibi mens leuis est, tibi si pes tam leuis esset,
In medio leporem posses prauertere campo.
DE HERODE ET HERODIADE.
Coram Herode Herodiadas dum filia saltat,
Dum quo debuerat displicuisse placet,
Ebrius affecta rex coniungit, ebrius illo
Fortunæ luxu, prætereaq; mero.

Opta ait ò virgo, dabitur, iurauimus, huius
Dimidium regni poscere si libeat.
Impia suggestu scelerata filia matris,
Inquit, Baptista da præcor ergo caput
Dona petis terra, si saltatrix virgo est)
Que vix sustineas cernere dona petis.
O funesta parens, ò nate dira nouerca,
Saltare atque homines quam iugulare doces,
Rex dolet, & tristis concedit, nempe coactus
Iurisurandi religione sui.

O regem fidum, sed tunc tantummodo fidum,
Maus perfidia est quum scelus ipsa fides.
AD QVENDAM EBRIOSVM.

Tecum in colloquium quod non proferantius iui
Segnitem incuscas, conquererisq; meam,
Constreor vere, tibi non in tempore veni,
Serior, aut citior debuit hora legi.
Aut vrimam eiusdem venissem mane diei,
Aut tibi venissem mane sequente die.
Nunc res licet nimis tractari copit adulta,
Quando tua factum est ebrietate nihil.
IN PICTVRAM HE-
rodiana mensa.

Sanguine funesta est Herodii mensa virili,
Sanguine funesta est mensaq; Flamini.
Tam similes cades similes fecere puella,
Illam saltatrix obtinet, hanc meretrix.

Id tamen intererat, meretrici vita nocentis,
At saltatrici penditur innocui.
IN EANDEM PACTVRAM.
Ora viri fredo sancti sicutania tabo,
Decussumq; gerit regia mensa caputi.
Corpora sic regi rex Atreus ambo Thyesti
Natorum apposuit frater edenda patri.
Sic regi Odrysis natum regina peremptum
Fida soror, genitrix perida ponit litum.
Talia regales ornant bellaria mensas.
Crede mihi non est pauperis iste cibus.

IN VEHEMENTER NA-
futum, è GRæCO.

Si tuus ad solem statuat in nasus, hiante
Ore, bene ostendas dentibus, hora quota est.
IN FVCATVM. E GRÆCO.
Quur emitur succus, coma, dens, mel, ceraq; possit
Quum persona tibi tota erat historiam?
IN HISTRIONEM,
è GRæCO.

Cætera ad historiam, quiddā tamē, id quoq; magnum
Iam tibi saltatum contra erat historiam.
Dum Nioben ageres, stabas tanquam lapis esses,
Quum fieres Ganapeus, ecce repente cadis.
At Canacem gladio referens, quum viuis abissi,
Hoc tibi saltatum contra erat historiam.
IN HISTRIONEM
è GRæCO.

Saltavit Nioben, saltavit Daphnida Memphis
Ligneus vt Daphnen, saxeus vt Nioben.
IN EBRIOS.
è GRæCO.

Vespere quum bibimus homines sumus, atq; benigni
Mare homini siccus trux, ser a surgit homo.
IN ANDREAM IN
mare vomentem.

Gratus es Andrea, dignusq; cui bene fiat.
Nam pisces toties qui te pauere, repascis.
DE EODEM.

Aequoris edisti pisces, irascitur aequor.
Eg; tuo fœtus excigit ore suos.
AD GALLVM SVBLEGEN-
tem veterum carmina.

Vatibus idem animusq; & vere spiritus idem,
Qui fuit antiquis, est modo Galle tibi.
Carmina namq; eadem, versusq; frequēter eosdem,
Quos fecere illi, tu quoque Galle facis.

IN SCVRRAM PAVPEREM.

Scurra vbi iam fures totam sibi nocte videret
Scrutanteis magna sedulitate domum,
Risit, & ò media quid vos hic nocte videtis
Miror, ait, media nil ego cerno die.

DE SOLLICITA PO-
tentum vita.

Semper habet miser, as immensa potentia curas,
Anxia perpetuis sollicitudinibus.

Nor

Non prodest, multis nisi circumseptus ab armis,
Non nisi gustato vescitur ante cibo.
Tutamenta quidē sunt hæc, tamen hæc male tutum
illum, aliter tutus qui nequit esse, docent
Nempe satellitium, metendos admonet enses,
Toxica præcogitans esse timenda docet.
Ergo timore locus quisnam vacat hic? ubi gignunt,
Hæc eadem pellunt, qua metuenda metum.

IN PRIVIGNVM COLLAPSA
nouercæ statua oppressum,
E Græco.

Flore nouercælem cingis priuigne columnam,
Morte ratus mores interuisse malos.
Te tamen illa premit subito inclinata, nouerca
Si priuigne sapis, ipsa sepulchra fuge.

AD QVENDAM POETAM
Extemporalem.

Hos quid te scripsisse mones ex tempore versus?
Nam liber hoc loquitur, te reticente tuus.

IN NOVERCAS, E GRÆCO.

Privigno vel amans infortunata nouerca est.
Hippolyto grauis hoc Phædra docere potest.

IN QVENDAM QVI DICE-
bat carminibus suis non de-
futurum genium.

Hoc habet Hispani festiuium epigramma poeta,
Victurus Genium debet habere liber.
Dum legis huc versum, iam tu quoq; scribere versus
Tota mente paras, sed sine mente tamen.
Quæte canas, qualive modo contemnis, ea est spes
Victura hæc Genio qualiacunque suo.
Namque tuus Genium vir tam geniose Gamantis,
Non dubitas aliquem mox alicunde fore.
Tu tamen & cariturus erit tuus hic liber, opta
Vt careat Genio, qui caret ingenio.
Cui Genius vitam producat si quis, erit quis
Ex Genijs, adsumt qui tibi mille, malis.
Sed neque sic viuere, vati si credis eidem,
Nam non viuere, sed vita valere bene est.
Quod si vita libri est ingi languescere probro,
Detur & æterna viuere morte tibi.

DE CVPIDITATE REGNANDI.

Regibus è multis regnum cui sufficit vnum,
Vix Rex vnus erit, si tamen vnus erit.
Regibus è multis regnum bene qui regat vnum,
Vix tamen vnus erit, si tamen vnus erit.

DE DEDITIONE NERVIAE
Henrico VIII. Angliæ
Regi.

Belliger inuictam domuit te Neruia Caesar,

Non tamen extremis absque vtriusq; malis.
Te capit Henricus, capit & sine sanguine, princeps
Magno tam maior Cesare quam melior.
Sensit honorificum sibi rex cepisse, tibiq;
Vtile sensisti non minus ipsa capi.

DE FEBRICITANTE ET
Medico bibaci.

Febre laboraret mihi quum puer Hemitriteo,
Forte tibi Sauromata posco medentis opem.
Sensit vt admoto salientem pollice venam,
Fortis, ait, calor est, sed calor ille cadet.
Flagitat ergo cyphus, fundamq; exhaurit ad inum,
Quantum nec Bitias ebibiturus erat,
Haurit, ad aquales egrotum prouocat haustus.
Et facere hoc temere ne videatur, ait,
Aestuat hic valde, valde bibat ergo necesse est,
Non paruo obruitur magna liquore pyra.

DE HESPERO CONFITENTE.

Ex more sacro dum sacerdoti Hesperus
Commisssa festus expiaret crimina,
Explorat huius ille conscientiam,
Et cautus omne examinat scelerum genus,
Interq; multa querit, an vnquam malos
Ritu prophano crediderat in demonas.
Vah egone credam in demones, inquit, pater?
Multo labore vix adhuc credo in Deum.

DE OCCASIONE DEO.
E Græco.

Vnde erat hic plastes? Sicyanius, at quis erat, dic.
Lycippus, tu quis? tempus ego omne domans.
Cur summis instas digitis? toto semper, at alas
Cur pedibus gestas? vt leuis aura feror.
At dextram cur armat acuta nouacula? signū est,
Quod consferri acies non potis vlla mihi est.
Cur coma frute iacet? quod qui me prendere captat,
Præueniat, caluum est cur tibi retro caput?
Quod postq; leuibus præceps effugero pennis,
Nil aget à tergo qui renouare volet.
Vnde igitur posses documentum sumere, stalem
Artificis posuit me tibi docta manus.

DE PHYLIDE ET PRISCO
impariter amantibus.

Clam Phyllis cupido bene nubet candida Prisco,
Quam bene spumanti vitrea lympha mero.
Phyllida Priscus amat calido feruentius igne,
Frigidius gelida Priscus amatur aqua.
Iungetur tuto, nam si simul ardeat illa,
Sustineat flammam qua domus vna duas?
DE NVMM-

DE NVMMIS ANTIQVVS
apud Hieronymum Busli-
dianum seruatis.

Roma suis olim decibus quam debuit, illi
Tam debuit omnes Buslidiane tibi.
Roma suis ducibus seruata est, ipse referuas
Romanos Roma præmoriens duces.
Nam que Casares antiqua nominata vultus,
Aut referunt claros tūmve priusve viros,
Hæc tu seclorum studio quesita priorum
Congeris, & solas has tibi ducis opes.
Cumq; triumphalis densis cinis occulat arcus,
Ipse triumphantum nomen, & ora tenes.
Nec iam Pyramides proceri monumenta suorum
Tam sunt, quam pyxis Buslidiane tua.

AD EVNDEM.

Ecquid adhuc placidam mi Buslidiane Camoenam
Tua coerces capsula?
In tenebras abdis cur dignam luce, quid illi?
Quid inuides mortalibus?
Musæ fama tue toto debetur ab orbe,
Quid huic repellis gloriam?
Gratus ab hac fructus toti debetur & orbi,
Quid vnus obsas omnibus?
An tibi casta procul cætu cohibenda virili
Cohors videtur virginum?
Sunt hæc virginibus fateor metumenda, sed illis
Deurginari qua queant.
Ede tuam intrepidus, pudor est inflexilis illi.
Nec ille rudis, aut rusticus.
Vt tua non ipsi cessura est virgo Diane
Pudore grata lacteo,
Sic tua non ipsi cessura est virgo Minervæ
Sensu, lepore, gratia.

AD BVSLIDIANVM DE EDI-
bus magnificis Mechliniæ.

Culta modo fixis dum contemplabar ocellis,
Ornamenta tuæ Buslidiane domus,

Obstupui, quonam exoratis carmine fati
Tot rursus veteres nactus es artifices?
Nam reor illustres vaftris ambagibus ades,
Non nisi Dædaleas edificasse manus.
Quod pictum est illic, pinxisse videtur Apelles,
Quod sculptum, credas esse Myronis opus.
Plastica quum video, Lyssippi suspicor artem,
Quum statuas, doctum cogito Praxitelem.
Disticha quodq; notant opus, at que disticha vellet,
Si non composuit, composuisse Mæro.
Organa tam varias modulibus imitantia voces,
Sola tamen veteres vel potuisse negem.
Ergo domus tota est, vel secti nobile prisci,
Aut quod prisca nouum secula vincat opus.
At domus hæc noua nunc, tarde, seroz, senescat,
Tunc videat dominū, nec tamen vsq; senem.

DE PHILOMENO ET AGNA,
coniugatis mala fide.

En redeunt nostro Veneris miracula seculo,
Qualia nec prisco tempore facta reor.
Flos iuuenes inter Philomenus, & Agna puellas,
Iunguntur Paphia rite fauore Deæ.
Ille sed heu nimium laudata voce superbit,
Illa tumet placidi laudibus ingenij.
Ergo coniugium votis tam sepe petiturum
Non Veneri acceptum, sed retulere sibi.
Ingratis admittit formam Deæ, neve coirent.
Mutati, dispar indit vtrique genus.
Mox Philomenus enim quauis æstate canentem
In cuculum, inq; auidā vertitur agna lupam.

MEDICINAE AD TOLLENDOS
foetores anhelitus prouenien-
tes à cibis quibusdam.

Secūle ne tetros porrum tibi spiret odores,
Protinus à porro fac mihi cepe vores.
Denuo fivorem si vis depellere cepe,
Hoc facile efficiet allia mansa tibi.
Spiritus at si post etiam grauis allia restat,
Aut nihil, aut tantum tollere merda potest.

EPIGRAMMATVM CLARISSIMI, DISER-
TISSIMIQVE VIRI THOMAE
MORI, FINIS.



EX LVCIANO

QUAEDAM, E GRAECA
LINGVA IN LATINAM
A THOMA MORO
conuersa.



ORNATISSIMO

DOCTISSIMOQUE VIRO,
THOMAE RUTHALO,
REGIO APVD ANGLIOS
Secretario, Thomas Morus

S. P. D.



Si quisquā fuit vn-
quā vir doctissime,
qui Horatianū pre-
ceptum impleuerit
voluptatemque cum
utilitate coniunxe-
rit, hoc ego certē
Lucianum in pri-
mis puto praestitisse.
Qui & superci-
liosis abstinens Philosophorum praecipis, &
solutioribus Poetarum lusibus, honestissimis
simul & facetissimis salibus, vitia vbiq; notat
atque insectatur mortalium. Idque facit tam
scite, tantaque cum fruge, vt quum nemo al-
tius pungat, nemo tamen sit, qui non aequo
animo illius aculeos admittat. Quod quum
nunquā non egregie faciat, fecisse tamen mihi
singulari quodam modo videtur in tribus his
Dialogis, quos ob id ipsum de tūto festiuissimo-
rum numero potissimum delegi, quos verte-
rē, alijs tamen alios fortasse longe praetaturis.
Nam vt de virginibus non eandem omnes, sed
alijs aliam, pro suo cuiusque animo praefert,
deamatque, non quam praecipuam tutō possit
asserere, sed que sibi videatur: ita de lepidissimis
Luciani dialogis, alius aliu praepoptat, mihi cer-
tē isti praecipue placuerunt, neque temere ta-
men (vti spero) neque soli. Nam vt a breuissi-
mo incipiat, qui Cynicus inscribitur, quiq; posse
videatur ipsa breuitate contēni, nisi nos Hora-
tius admoneret, sepe etiā in exiguo corpore vi-
res esse praetantiores: ipsiq; minimas etiā gē-
mas esse videremus in pretio: In eius ergo de-
lectu honorifico calculo meū suffragatus est
diuus Ioannes Chrysoſtomus, vir acerrimi iu-
dicii, doctorum fermē omnium Christianissi-
mus, & Christianorū (vt ego certē puto) do-
ctissimus, quem vsque adeo Dialogus hic dele-
ctabat, vt bonam eius partē in Homiliā quan-
dam, quam in Ioannis Euangelium commen-

tatus est, inseruerit. Neque id immerito. Quid
enim placere viro graui, verēq; Christiano de-
buit, quā is dialogus, in quo dum aspera, par-
uoque contenta Cynicorum vita defenditur,
mollis atque eneruata delicatorum hominum
luxuria reprehēditur? Nec non eadem opera,
Christianae vitae simplicitas, temperantia, fru-
galitas, deniq; arcta illa atq; angusta via, quae
ducit ad vitam, laudatur. Iam Necromantia
(nam hic secundo dialogo titulus est) non sa-
tis auspicio vocabulo, sed materia tamen fe-
licissimā, quam false taxat, vel Magorum praes-
tigias, vel inania Poetarū figmēta, vel incertas
quas de re philosophorū inter se digladiatio-
nes? Superest Philosophus, qui non sine So-
cratica ironia, totus versatur (id quod titulus
ipse declarat) in ridenda, coarguendaq; men-
tē di libidine: dialogus nescio certē lepidiorne
an vtilior. In quo non valde me mouet, quōd
eius animi fuisse videatur, vt non satis immor-
talitati suae consideret, atque in eo fuisse erro-
re, quo Democritus, Lucretius, Plinius, pluri-
mūque itidem alij. Quid enim mea refert quid
sentiat his de rebus ethnicus, quae in praecipuis
habentur fidei Christianae mysterijs? Hunc
certē fructum nobis afferet iste dialogus, vt
neque Magicis habeamus praestigijs fidem, &
superstitione careamus, quae falsum sub specie
religionis obrepat, tum vitam vt agamus mi-
nus anxiam, minus videlicet expauescentes tri-
stia quae piam ac superstitiosa mendacia, quae
plerunq; tanta cum fide atque autoritate
narrantur, vt viris grauisimis atque sanctissi-
mis frequenter imponāt. Quo minus mireris,
si pinguioris vulgi mentes suis figmentis affi-
ciant ij, qui se tum demum rem magnam con-
fecisse putant, Christianūque sibi deuinxisse
perpetuo, si commenti fuerint, aut de sancto
aliquo viro fabulā, aut de inferis tragicōdia,
ad quam vetula quae piam aut delira lacryme-
tur, aut pauida inhorrescat. Ita vt in plurimas
marty-

martyrum aut virginum historias aliquid hu-
iusmodi mendaciorum inseruerint, pie scilicet:
alioqui enim periculū erat, ne veritas non pos-
set sibi ipsa sufficere, nisi fulciretur mendacijs.
Nec veriti sunt eam religionem contaminare
figmentis, quam ipsa veritas instituit, & in nu-
da voluit veritate consistere, nec viderunt vs-
que adeo nihil istiusmodi fabulas conducere,
vt nihil perniciosius officiat. Nempe (vt me-
moratus pater Augustinus testatur) vbi ad-
mixtum subolet mendacium, veritatis ilico mi-
nuitur & labefactatur autoritas: Vnde saepe
mihi suspicio suboritur, magnā huiusmodi fa-
bularum partem, a vasis ac pessimis quibus-
dam nebulonibus, haereticisq; consistam, qui-
bus studij fuit, partim ex incauta, simplicitum
potius, quā prudentium credulitate volup-
tatem capere, partim fabularum fictarū com-
mercio, fidem veris Christianorum historijs
adimere: quippe qui frequenter quaedam, his
quae in sacra scriptura continentur, tam vici-
na confingunt, vt facile se declarent, ad luden-
do lulisse. Quā obrem quas scriptura nobis
historias diuinitus inspirata commēdat, eis in-
dubitata fides habenda est. Ceteras verō ad
Christi doctrinam, tanquam ad Critolai regu-
lam, applicantes caute & cum iudicio; aut re-
cipiamus, aut respiciamus, si carere volumus &
inani fiducia, & superstitiosa formidine. Sed
quō progredior? epistola ferē iam librum su-
perat: nec interim tamen verbum de tuis lau-
dibus vllūm, in quas alius fortasse totus incu-
buisset: quarumque citro vllam adulandi sus-
picionem vberriam mihi materiam praebuis-
sent (vt ceteras virtutes tuas omittā) vel egre-
gia doctrina tua, summaq; in rebus agēdis pruden-
tia: quam nisi satis perspectam, exploratamque
habuisset, nunquā te prudentissimum principem
sibi a secretis esse voluisset. Sed ceterarum vir-
tutum tuarum praedicationi vnica modestia
tua reluctatur: quae faciat, vt quum laudanda
tam libenter facias, fecisse te tamen nō liben-
ter audias. Parco igitur pudori tuo: hoc vniūm
duntaxat abs te precatum, vt has in Graecis li-
teris studij mei primitias aequo animo suscipias,
sinaque vt qualecunque apud te sint amoris
officijs, in te mei monumentum, quas tibi sim-
plicitas eo maiori fiducia committere, quōd
est tam acre tibi iudicium sit, vt
quicquid erratum fuerit, ne-
mo penetrantius videat:
is tamē est ingenij tui
candor, vt nemo
libentius con-
nueat.

Vale.

CYNICVS LVCIANI,
THOMA MORO
interprete.

LVCIANVS, ET CYNICVS.



Vid tu tandem? barbam qui-
dem habes, & comam, tunicam
non habes, nudusque conspicie-
ris, ac sine calceis; delecta nimi-
rum vāga, inhūmanaque ac fe-
rali vita: tūm propitio corpore contrā quā
faciunt ceteri, semper vsus in commōde, nunc
huc, nunc illuc circuis: in arido praeterea solō
cubans, adeo vt plurimum etiam sordium, tri-
tum isthōc palliūm referat, alioqui nec ipsum;
vel tenui filo, vel molle; vel florulentum.
CYN. Neque enim indigeo: si quid est huius-
modi, vt comparetur facillime, dominoque mi-
nimūm exhibeat negocij, id inquam mihi suf-
ficat. At tu per Deos dicē mihi; putāstis esse in
luxu vitium? LVC. Imō admodum. CYN.
Contrā in frugalitate virtutem? LVC. Ad-
modum. CYN. Cur igitur tandem quum me
videas viuentem frugalitas quā vulgō fa-
ciunt homines, eos verō sumptuosus, me, non
illos arguis? LVC. Quia non frugalius per
Iouem videris mihi, sed egeitius viuere, imō
vitam omnino egenā atque inopem. Nam
tu nihil a mendicis differs, qui cibum mendi-
cant in diē. CYN. Vis ergo videamus (quan-
doquidem huc processit oratio) quidnam in-
opia sit; quidq; rursus copia? LVC. Si tibi quidē
ira videtur. CYN. Nunquid ergo satis id ubique
est, quicquid ipsius explet necessitate? an aliud
quippiam dicis? LVC. Esto istud. CYN. In-
digentia verō quicquid cuiusquam vsui deest,
nec eō, quo sit necesse, peruenit? LVC. Scilli-
cet. CYN. Nihil igitur meis in rebus deest. Ni-
hil enim in his est, quod necessitatem non ex-
pleat meam. LVC. Quo pacto illud ais?
CYN. Scies si consideres in quem vsu eorum
quōdque paratum est, quōrum egeamus, vt do-
mus, an non tegumenti gratia? LVC. Maxi-
mē. CYN. Quid vestis, cuius gratia? nōne
tegmenti etiam ipsa? LVC. Sanē. CYN. At
ipso per deos tegumento, cuius rei gratia indi-
guerim, nōne vt melius se habeat id quod
tegitur? LVC. Mihi quidē sic videtur. CYN.
Vtrum igitur tibi peius se habere hi videntur
pedes? LVC. Nescio. CYN. Atqui hoc pa-
cto didiceris: quodnam pedum officium est?
LVC. Ingredi. CYN. An deterius ergo in-
gredi pedes tibi videntur mei, quā aliorum?
LVC. Istud verō fortasse non. CYN. At non
possent, seu sese melius seu deterius haberent,
officium suū praestare? LVC. IA. Fortasse.
CYN. Pedibus ergo nihil peius affectus vi-
deor, quā alij? LVC. Non videris. CYN.
Quid corpus verō meū? Num deterius quā
reliuorum? Nempe si haberet, si haberet,
esset idem imbecillius: corporis quippe virtus
robur est. An meū ergo debilius? LVC. Non
F ij videtur.

videtur. CYN. Neque pedes ergo tegumentis videtur egere, neque reliquum corpus. Quippe si egerent, male haberent. Egestas etenim omnino mala, ac peius habere se facit ea, quibuscumque adfuerit. At ne alii quidem deterius corpus videtur meum, quod quibuslibet cibis alitur. LVC. Manifestum est id quidem. CYN. Nam nec vegetum esset, robustumque si aleretur male. Mala siquidem alimenta corpus tabefaciunt. LVC. Ista quidem ita se habent. CYN. Quo pacto igitur, dic mihi, his ita se habentibus, me arguis, vitamque improbas meam, ac miseram praedicas? LVC. Ideo per Iouem, quod quum natura (quam tu collis) ac superi terram in communi statuerint, ex ea multa nimirum ac bona ediderint, ut nobis omnia superessent abunde, non in necessitate modo, verum in voluptate quoque: tu tamen horum omnium aut maximam saltem partem expers es, nec eorum quoquam frueris nihilo certe magis, quam feræ. Nempè aqua bibis, quam etiam bibunt feræ: Comedis verò quicquid offenderis, quemadmodum canes, tum cubile nihilo melius canibus habes, quandoquidem gramen tibi sufficit, quemadmodum & illis: palliū præterea circumfers nihilo mendico decentius. Quanquam si tu his contentus rectè sapias, tū Deus profecto neutiquam rectè fecit, primum quod oues effecit pingues, deinde vites dulcis vini feraces, ac reliqua deinde apparatus varietate mirabile, & oleum, & mel, & reliqua, omnia ut nos haberemus, edulia quidem omnigena haberemus, potum dulcè haberemus, pecunias haberemus, mollè lectum haberemus. Præterea pulchras domos, ac reliqua demum omnia mirum in modum præparata. Nam & ipsa quoque artium effecta deorū dona sunt. At viuere omnibus huiusce bonis priuatū, id fuerit profecto miserū, etiam si ab alio quopiam priueris: quemadmodū hi qui seruantur in vinculis: longe verò miserius, si quis ipse sese omnibus bonis priuet. Nam ea demum manifesta infamia est. CYN. Et rectè quidem fortasse dicis. Verum istuc dic mihi: Si quis diuite quopiam alacriter atque humane, quin prolixè quoque exhibente conuiuium, tum hospites excipiente, & multos simul, & omnigenos, alios quidem imbécillos, alios autem robustos, deinde apponente multa atque omnigena, si quis inquam, omnia corripit, omniaque deglutiat, non ea tantum quæ vicina sunt, sed ea quoque quæ procul absunt, præparata videlicet inualidis, ipse tamen valens, quum vnum duntaxat ventrem habeat, nec multis ut nutriatur indigeat, diutius tamē quam alij multi immoretur, hic vir cuiusmodi tibi videtur esse? probusne? LVC. Non mihi quidem. CYN. Quid verò, num temperans? LVC. Ne id quidem. CYN. Quid verò si quis eiusdem mensæ particeps, multa illa ac varia negligat, vno quopiam ex his quæ proximè apponuntur, electo, quum

fatis in suam habeat necessitatem, id decenter edat, eoque solo vtatur: cætera illa ne respiciat quidem, an non hunc temperatorem & meliorem virum illo putabis? LVC. Ego certe. CYN. I.C. Vtrum ergo iam intelligis, an me oportet dicere? LVC. Quid nam? CYN. I.C. Quod Deus illi quidem pulchrè conuiuium instructum similis est, ut qui apposuerit multa ac varia, atque omnigena, vti essent quæ cuique conueniant, alia quippe valentibus, alia rursus ægotantibus, atque alia quidem robustis, alia vero inualidis, non ut omnibus vtantur omnes, sed ut his vtantur singuli, quæ suæ cuiusque naturæ conueniant, & ex his ipsis, quacunque se maxime quæque indigere contigerit. At vos illum qui per insatiabilitatē atque incontinentiam omnia corripit, refertis, ut qui rebus vti velitis omnibus, & vndeunque partis, non solis contenti præsentibus, existimantes propriam quidem neque terram, neque mare sufficere, sed importantes ab ipsis vsque terræ sinibus voluptates, patrijsque rebus peregrina præferentes, sumptuosaque frugalibus, atque ea quæ difficile comparantur his quæ sunt comparatu facilia: in summa, denique molestias; malaque potius eligentes, quam absque molestijs viuere. At isti quidem, plurimi ac pretiosi, beati que apparatus, quibus exultatis, per magnam ad vos miseriam, erumnamque perueniunt. Aurum ipsum tam optabile, si libet, argentumque, considera: domus considera sumptuosas, vestes operosas considera: atque eius generis omnia, quanto negotio emuntur, quot laboribus, periculis: imò sanguine, ac caede, quantumque hominum indigent: non ideo solum quod dum nauigant, propter ista pereūt complures: ac dum quærent, parantque, grauiam perferunt: sed ob id quoque quod digladiationes multas pariunt, quodque ob ea insidiantur inuicem & amicis amici, & parentibus liberi, & maritis coniuges. Sic opinor Eriphylem quoque auri gratia prodidisse maritum. Atque hæc quidem omnia sunt, quum tamen vestes illæ variæ nihilo magis quicquam queant calefacere, aurataque illa ædificia nihilo profusius magis tegant, nec pocula illa argentea potui quicquam magis conducant. Sed nec aurei illi, nec eburnei item lectuli, somnum suauiore præbeant, imò videbis frequenter in eburneo lecto, sumptuosisque stromatibus, beatis illis somnum contingere non posse. Præterea omnigenæ illæ circa edulia curæ, nihilo magis alunt, quin tabefaciunt potius corpora, istidemque morbos ingenerant. Quid autem dicere attinet, libidinis gratia quantas molestias mortales & faciunt, & patiuntur: quanquam facile est isti cupiditati mederi, nisi quis velit indulgere delitijs. At ne hæc quidem infamia corruptelaque sufficere videtur mortalibus, sed iam rerum etiam vsum peruertunt, singulis rebus ad id vtentes, ad quod

minime

minime parare sunt, quemadmodum lecto, si quis vti carpeni loco velit, ac tanquam curru. LVC. I.A. Quisnam is est? CYN. I. Vos, inquam, qui hominibus tanquam iumentis vtimini. Nam eos abetis, ut lecticas tanquam currus in ceruicibus ferant. Ipsi verò in sublimi residetis delicati, atque illinc homines perinde tanquam asinos aurigamini, impetantes ut hæc, non illac eant; & qui hæc facitis, maxime, istidem maxime beati videmini. Tum hi qui piscium carnibus non tantum ut alimentis vtuntur, verum in sturas etiam qualdam ex his machinantur: eos dico, qui purpuram tingunt, nonne & hi præter naturam his vtuntur, quæ de Deo præparata sunt? LVC. Non per Iouem, siquidem tingere etiam potest, non comedi tantum purpuræ caro. CYN. At non in id tamen nata est. Nam & cratero quispiam, si præter naturam detorqueat, ollæ loco possit vti, nec in id tamen paratus erat. Sed quo pacto possit quispiam vniuersam illorum infelicitatem percurrere, quæ tanta est? At tu me quoque quod non ideo esse particeps, inculas. Vno ego tamen quemadmodum modestus ille, his videlicet duntaxat, quæ mihi apponuntur vescens, ac frugalissimis vtens: varijs verò illis atque omnigenis minime inhians. Ac deinde quum paucis egeam, ac minime multis vtar, ferenam tibi videor vitam viuere. Atqui hæc ratione tuâ Dij profecto in periculum veniunt; ne & ipsi sint feris etiam detiores, quippe qui rei nullius indigent. Verum ut exactius intelligas, cuiusmodi horum vtrunque sit, vel paucis videlicet egere, vel multis, considera quod pluribus egent, primum pueri quam adulti, deinde mulieres quam viri, tum ægroti quam valentes: atque omnino in summa, inferiora quælibet præstantioribus plurimum indigent: proinde Dij omnino nullius egent rei, qui verò ad Deos accedunt proxime, quam minimis egent. An Herculem putas omnium hominum præstantissimum, quippe diuinum virum, Deumque, recte creditum, miserum tunc fuisse, quum circuit nudus, pelle duntaxat indutus, harum rerum nostrarum nihil desiderans? At illè miser profecto non erat, quippe qui miseriam ab alijs propulabat: neque rursus pauper, qui terram, marique, dominabatur. Nempè quocunque intenderet impetum, omnes quacunque uersum superabat, nec in utenquam sui temporis incidit, qui se vel æquarit vnquam, vel vicerit, quoad ex humanis excessit. At tu illi stromata putas, calceosque, de fuisse, atque ob id nudū obambulasse tantum virum? Dicendū profecto non est. Sed contentus erat ac fortis, & moderate viuere volebat, non indulgere delitijs. Quid Thesæus eius discipulus? An nō rex erat Atheniensium omnium, ac filius etiam, ut ferunt, Neptuni, sua certe tempestate fortissimus? At tamen ille quoque voluit sine calceis esse, ac nudus ingredi, barbæque & comâ nutrire pla-

cuit ei, nec ei tamen solum, sed etiam omnibus veteribus placuit; nempè meliores erant quam vos: atque ad eum ne sustinuisset: quid eorum: quisquam aliud huiusmodi, nihilo profecto magis quam leo quispiam sese rōnderi. Si quidem carnis molliem ac leuorem decere mulieres existimabant, ipsi verò sicuti erant, ita videri quoque viri volebant: ac barbati quidem cultum viri dicebant; quemadmodum in equis iūbām; in leonibus barbām, quibus Deus splendoris quandā atque ornamenti vestitatem dedit, sic & viris barbā adiunxit. Illos igitur ego emulor, veteres iniquā, illos imitari volo: huius verò tepescitatis homines non emulor miserabilis huius felicitatis nomine, quam in epulis & vestibus habent; dum poliunt ac læugant singulas corporis partes, ac ne secretiorum quidem vllam; ita ut instituit naturā, dimittentes. At mihi certe pedes opto, ut nihil equinis differat, quales Chironis fuisse ferunt. Tum ut ipse frotratis non egeam more leonum, nec cibo egeam magis exquisito, quam canes. Contingat præterea mihi, ut terra quæuis mihi per se pro cubili sufficiat. Domum verò ut mundum hunc existimem. Alimenta demum ut ea delegam, quæ facilitate comparari possint. Aurum verò argentumque ne desiderē vnquam, neque ego, neque meorum amicorum quisquam. Omnia nanque mala inter homines ex horum cupiditate nascuntur, & seditiones, & bella, & insidiæ, & cædes. Hæc omnia fontem habent plus habedi cupidinem: At hæc à nobis abscedat procul, ne vnquam plus satis appetam. minus verò quum habeam, ferre æquo animo valeam. Nostra quidem ita se habent. Plurimum profecto à vulgi sententijs ista dissentium. Neque quicquam ergo mirandum est, si ab his differimus habitū, à quibus tantum differimus instituto. Sed te demiror, quoniam pacto quum suam quandā citharædo vestem tribuas, cultumque, atque adeo tibicini suum, & tragædo suum, bono viro cultū vestemque propriam nullam existimas, sed eandē ei cum vulgo habendam censēs, idque quum vulgus malū sit. Quod si bonorum cultus proprius debet esse vllus, quinā deceat magis quam hic meus, quæ maxime luxuriosis pudendus sit, quemque illi maxime auferentur? Cultus ergo meus huiusmodi est, squalidus esse, hisurū esse, tritū pallium indui, comam producere, ac sine calceis ingredi. Vestes verò cinædorū ornatum similitus est, nec dignoscere vōs quisquam ab illis possit, neque colore vestitū, neque mollicie, neque camisaurum numero, neque lacernis, neque calceis, neque capillorum cura, neque odore. Nam & redoleis ut illi, iam præsertim vos qui estis felicitissimi. Et quidem quid facias, quū vir eūde cū cinædis odore oleat? Etenim in ferendis laboribus nihil illis præstatis. Voluptatibus verò nihilominus quam illi superamini, eadē comeditis, eodē modo dormitis.

F iij

atque

atque incēditis, inō verō incidere non vultis, sed gellari, potius, tanquam sarcina, alij ab hominibus, alij verō a iumentis. At me pedes ipsi gellant quo cunq; sit opus. Egoque & frigus tolerare sufficio, & calorem pati, ea que quæ dij obulerint, minime moleste ferre, ideo videlicet, quia miser sum. Vos verō propter hęc sollicitatem, nulla estis fortuna contenti, sed omnium pœnitet, ac pœsentia ferre non potestis, absentia desideratis: hyeme quidem optantes æstatem, æstate rursus hyemem: atque in calore frigus, in frigore vicissim calorem: quemadmodum ægotates morosi semper & queruli, quod in illis quidem facit morbus, in vobis verō mores. Atque hæc ita quum sint, iam nos in vitam vestram traducere æquum censetis, nostramque corrumpere, quum sapē mala consulta sint, quæ facitis, ipsique sitis in vestris ipsorum negotiis minime circumpecti, nihilquē eorum iudicio ac ratione, sed consuetudine cupiditatis faciatis. Quamobrem nihil profectō differtis vos, ab his qui torrēte feruntur. Illi quippe quocunq; fluxus intēderit eō rapiuntur: & vos itidem quocunq; libidines. At similiter quidem vobiscum agitur: vt cum quodam qui equum insanum ascenderat. Equus igitur virum corripiehs abstulit. Hic verō amplius iam desillire, equo corrente non poterat. Quidam verō quum occurrisset ei, rogauit quonā tenderet. Hic respondit, quocunq; huic videtur, equum demonstans. Quod si vos quisquam roget, quod feramini, si verum vultis dicere, dicetis in vniuersum quidem: quocunq; videatur affectibus: sigillatim verō, interdum quocunq; voluptati, interdum quocunq; ambitioni, interdū rursus quod lucris studio. Quin interdum ira, interdū metus, interdum aliud quippiā huiusmodi vos aufetre videtur. Neque enim vñum duntaxat equum vos, sed multos insillientes, nunc hunc, nunc illū, furiosos quidem omnes auehimini. Auferunt ergo vos in barathrum, ac prærupta. Vos tamē priusquam eadatis, caluros vos esse nescitis, at hoc detritum palliū quod vos ridetis, comaq; habitusq; meus tantam habet vim, vt vitā mihi quietam præbeat, vtq; agam quicquid volo, verserque cum quibus volo. Nempe ex indoctis, atq; ineruditis hominibus, nemo me adire voluerit, ob hunc habitum. At molles etiam qui sunt, adhuc admodum procul declinant. Congregiuntur verō scitissimi atque modestissimi, & qui virtutem cupiunt, hi potissimum congregiuntur mecum, horum ego cōsuetudine delector. Eorū verō fores qui homines vocatur, non obseruo, nū coronas aureas ac purpuram pro factu habeo, atq; homines ipsos derideo. At vt cultum hunc intelligas, non bonos modo viros, sed ipsos etiam deos decere, atq; eum deinde, si libet, irrideas, deorū statuas cōsidera, vtri videatur, vobiscum, an mihi similiores, neque Græcorū solum, sed Barbarorū etiā tēpla cir-

cumspicias, vtrū ipsi dij, vt ego, comati barbati, sunt, an quemadmodū vos, rasi finguntur, atq; pinguntur. Quin plurimos etiam sine tunicis conspicies, vt me nunc esse vides. Quō pacto igitur audeas posthac hunc habitum vntio dare, quum deos etiam decere videatur?

MENIPPVS, SIVE NECROMANTIA LVCIANI,

Thoma Moro interprete.

MENIPPVS, PHILONIDES.

SALVE artium, domusq; vestibulum meq;. Vt te lubens afficio, luci red ditus, PHIL. Nū nam hic Menippus est canis ille? Nonne hercle alius, nisi ego forte ad Menippos omneis hallucinor. At quid sibi vult habitus huius insolentia? clauā, lyra, leonis exuuia? Adeundus tamē est. Salue Menippe. Vnde nobis aduenisti? ditu est quod in vrbe non vidimus. **MENIP.**

Adsum reuerfus moitūrorū è latibulis, Foribusq; tristium tenebrarū nigris. Manes vbi inferi manent superis procul.

PHIL. O Hercules, clam nobis Menippus vitā functus est, relictūq; denuo? **MENIP.**

Non, sed me adhuc viuum recepit tartarus. PHIL. Quenā causa tibi fuit nouæ huius atque incredibilis viæ?

MENIP. Iuuenta me incitauit, atque audacia, Quā pro iuuetā haud paulullū impetior.

PHIL. Si iste ò beate Tragicæ, & ab iambis descendens sic potius simpliciter eloquere, quænam hæc vestis, quæ causa tibi itineris inferni fuit, quum alioqui neque incunda, neque delectabilis sit via? **MEN.** (bras;

Res dilectæ grauis me infernas egit ad vms. Confulere manes vt vatis Tiresiā.

PHIL. At qui deliras, alioqui non hoc pacto caneres apud amicos confarcinatis versibus.

MEN. Ne mireris amice, nuper enim cum Euripide atque Homero vestitus, nescio quo pacto versibus sic impletus sum, vt numeri mihi in os sua sponte cōstuant. Verum dic mihi quo pacto res humanæ hic se habent in terris: & quidnam in vrbe agitur? PHIL. Nihil noui. Sed quemadmodum prius actabant, rapiunt, peierāt, fenerantur, vrsus colligunt.

MEN. O miseri atque infelices. Nesciunt enim, qualia de nostris rebus nuper apud inferos decreta sunt, qualesq; sorte iacti sunt in diuites istos calculi, quos per Cerberum nullo pacto poterunt effugere. PHIL. Quid ais? Nouine aliquid apud inferos nostris de rebus decretum est? **MEN.** Per Iouem, & quidem multa, verum proderē non licet, neque arcana quæ sunt reuelare, ne quis forte nos apud Rhadamantū impietatis accuset. PHIL. Nequaquam Menippe per Iouem, ne amico sermonem hunc inuideas. Nam apud hominem tacendi gnarum, & initiatum præterea

facris

facris edisseres. **MEN.** Dura profecto iubes & neutiquā tuta, verū tui gratia tamē audendū est. Decretū est ergo, diuites istos ac pecuniosos aurū tāquam Danaën seruātes abstrusum. PHIL. Ne prius ò beate quæ sunt decreta dixeris, quā ea percūrrās, omnia quæ abs te audire libentissimē velim. Quæ videlicet descensū causa fuerit, quis itineris dux: deinde ex ordine, & quæ illic videris, & quæ audieris omnia. Verisimile est enim te, quū res pulchrās videndi curiosus sis, eorum quæ visu aut auditu digna videbantur nihil omnino prætermisisse. **MEN.** Parendum etiam in his tibi est. Nam quid facias, vt gente amico? Ac primum sanē tibi expediām, quæ res animi meum ad hunc descensum impulerit. Ego igitur quum adhuc puer essem, audiremque Homerum atque Hesiodū, seditiones ac bella canentes, non semideorū modo, sed ipsorū etiā, deorum, adulteria quoque, violetias, rapinas, supplicia, patrum expulsiōnes, & fratrum & sororum nuptias: hæc me Herclē omnia bona pulchra que putabam, & studiose erga ea afficiebar. Postquam verō in virilem iam ætatem peruenirem, hic leges rursus iubentes audio, poetis apprime contrariā, neque videlicet adulteriā committere, neque seditiones mouere, neque rapinas exercere. Hic igitur hæsitabundus cōstiti, incertus omnino quo me pacto gererē. Neque enim deos vnquā putari mœchāturos, aut seditionē inuicē fuisse moturos, nisi de his rebus perinde ac bonis iudicasset. Neque rursus legum aliter his aduersa iustros, nisi id conducere existimarent. Quoniam igitur in dubio eram, visum est mihi philosophos istos adire, atque his me in manus dedere, rogareque vti me vtcunq; liberet vterentur, vitæque viam aliquam simplicem ac certam ostenderent. Hæc igitur mecum reputans ad eos venio, imprudens profectō, quod me ex fumo (vt aiunt) in flammam conijcerem. Apud enim hos maxime diligenter obseruans summam repperi ignorantiam, omniaque magis incerta, adeo vt præ his ilico mihi vel idiotarū vitā iā aurea videretur. Alius etenim soli me iussit voluptati studere, atque ad eum scopum vniuersūm vitæ cursū dirigere. In eo ipsam sitam esse felicitatem. Alius rursus omnino laborare, corpusq; siti, vigilijs, ac qualore subigere, misere semper adfectum, contumeljsque obnoxiiū assidue, Hesiōdi sedulo inculcans celebra illa de virtute carmina, & sudorem videlicet, & accliuem in verticem montis ascensum. Alius contemnere iubet et pecunias, earumque possessionem indifferenter putare. Alius contra bonas ipsas etiam diuitias esse pronunciat. De mundo vero quid dicam? de quo ideas, incorporēas substantias, atomos, & inanē, ac talē quandā pugnantium inuicem nominum turbā in diū audiebam, & quod absurdorū omnium maxime fuit absurdū, de contrarijs vnusquisque quum

diceret, inuincibiles admodū rationes ac persuasibiles adferebat, vt nec ei qui calidū, nec ei qui frigidū, idem prorsus esse contenderent, contra quicquā hincere potuerim, atq; iā, quū tamen manifeste cognoscerem fieri nāquam posse, vt eadem res calida simul frigidāq; sit. Prosum igitur tale quiddam mihi accidēbat, quale solēt dormitantibus, vt interdum capite annuerē, interdū contra abnerem. Præterea quod multo erat illis absurdus, vitam eorum diligenter obseruans, comperi eā cum ipsorū verbis præceptisque summo perē pugnare. Eos enim qui spernendā censēbat pecuniā, iudicasse sine conspectu bolligendis diuitijs inbicare, de fenore litigantes, pro mercede docētes: omnia denique nūmorū gratia tolerantes. Ij verō qui gloriam verbis aspernabantur, omnem vitæ suæ rationem in gloriam referēbant. Voluptatem rursus omnes se mē palā inessebant, clanculum verō ad ea solā libenter cōstuebant. Ergo hæc quoque spe frustratus magis adhuc ægrē, molesteque tuli. Aliquantulum tamen inde memet consolabar, quod vñā cū multis & sapientibus & celeberrimis viris ipsi insipientē essem, atque viæ adhuc ignarus oberrarem. Peruigilanti mihi tandem, atque hinc de rebus mecum cogitanti, venit in mentem, vt Babylonem profectus magorum aliquem ex Zoroastri discipulis ac successoribus cōtinerem. Audieram siquidem eos inferni portas carminibus quibusdam ac mysterijs aperire, & quæ liberet illuc tūc deducere, ac rursus inde reducere. Optimū ergo me facturū putavi, si cum horū quorū de descensu pacificens Tiresiam Bæotium cōsulerē ab eoque perdiscerem (quippe qui vates fuerit & sapiens) quæ vita sit optimā, quæq; sapientissimū quique potissimum elegerit. Ac statim quidem exiliens quā poteram celerimq; Babylonem versus rectā contendi. Quō quū venio, diuesior apud Chaldæorum quendam hominem certē sapientem, atque arte mirabilē, coma quidē canū, admodūq; promissa barbā venerabilē. Nomen autem illi fuit Mithrobarzanes: orāns igitur obsecransque vix exorauit, vt quauis mercede vellet, in illam me viā deduceret. At tandem homo me suscipiens, primum quidem dies nouem ac viginti cum luna simul incipientis abluit ad Euphratem, manē solem orientem versus perducens, ac sermonem quempiam longum multisq; quem non admodū exaudiebam. Nam (quod in certamine præcones inepti solent) volubile quiddam atq; incertum proferebat, nisi quod quoddam visus est inuocare demones. Post illam igitur incantationē ter mihi in vultu spūsus deducit rursus, oculos nūquam in obuiū quēquā deflectens. Et cibus quidem nobis glandes erant potus autem, lac, atque mulsūm, & Choaspi lymphā, lectus verō in herba sub dio fuit. At postquam iam præparati satīs hæc diæta sumus medio noctis silentio ad Tigridem me stuuū

F iij ducens,

pluribus ex istorum sumptuosorum numero manet, quos quum euilantes audit, veteris fortunæ magnitudinē recogitantes, & ridet, & delectatur, ac supinus cubans, vt plurimū cantat, aspera nimis atq; inuicunda voce illorum euilatus obscurans, adeo vt id ægre ferentes, nec Diogenē ferte valentes, de mutanda sede deliberent. P H I L. De his iam satis quidē: ceterū quod nā illud decretū est, quod initio dixerat aduersus diuites esse sancitum? M E N. Bene admones: nescio enim quo pacto quum hac de re dicere proposuisset, ab instituto sermone procul aberrauit. Dum igitur ibi versabar, magistratus concionem aduocauerunt, his videlicet de rebus, quæ in commune conducerent. Conspiciens ergo multos concurrere, me quoque cū illis simul immiscens, vnus de numero eorum qui in concionē aderant, efficior. Agitata sunt igitur & alia multa: postremo vero de diuitibus negociū, in quos postea plurima fuissent obiecta, violentia, superbia, factus, iniuriæ, assurgens tandē ex populo primas quidā huiusmodi decretū legit. Quoniam, inquit, multa diuites perpetrant in vita, rapientes ac vim inferentes, inopesque omni modo despectui habentes, Curia populū, visum est vt quū functi vita fuerint, corpora quidē eorum poenas cum alijs sceleratorū corporibus luat: animæ verō sursum remissæ in vitam, in asinos demigrent, donec in tali rerū statu quinque ac vicies decem annorū milia transegerint, asini semper ex asinis renati, onera ferentes, atq; à pauperibus agitati. Dein vt liceat illis è vita excedere. Hanc sententiam dixit Caluarus, patri Aridello, patri Manicensis, tribu Stygiana. Hac igitur lege recitata, approbauerunt principes, ciuit plebs, adfremuit Proserpina, allatrauit Cerberus: sicut enim rata quæ inferi statuunt, autenticaque sunt. Quæ igitur in concione agebantur, erant huiusmodi. Tum ego statim, cuius gratia veneram, Tiresiam adeo, atque illi ire, vti erat, ordine narrata supplicauit, vt mihi diceret, quodnam optimum vitæ genus putaret. Hic vero subridens (est autem seniculus quispiam cæcus, pallidus, voce gracili) ò fili, inquit, causam tuæ perplexitatis scio à sapientibus istis profectam, haudquaquam idem inuicem iisdem de rebus sententibus, verū haud fas est tibi proloqui: siquidē quod Rhadamanthus interdixit. Nequaquam, inquit, ò patercule, sed dic amabo, neq; me contemnas, qui in vita te etiā ipso cæcior obero. Abducēs ergo me, procul ab alijs auferens ad aures mihi inclinans: Optima est, inquit, idiotarū, priuatorumque vita ac prudentissima. Quamobrē ab hac vanissima subtilium consideratione desistens, mitte principia semper, ac fines inquirere, & vastos hocce syllogismos despuens, atq; id genus omnia nugæ æstimans, hoc solum in tota vita persequere, vt presentibus bene cōpositis minime curiosus, nulla re sollicitus, quā plurimū potes hilaris

vitam ridensq; traducas. Hæc quum dixisset rursus Asphodelorum in pratū sese corripuit. Ego igitur (nam & nunc vesper erat) age, inquam, ò Mithrobarzane quid cunctamur? ac non hinc rursus abimus in vitam? Ad hæc ille: confide, inquit, ò Menippe, breuem quippe facilemque tibi monstrabo semitam: & me proptinus abducens in regionem quandam magis priorē tenebricosam, manu procul ostendens subobscuram, tenuēque, ac velut per rimam influens lumen, illud, inquit, Trophonij templum est, atque illac ad inferos è Bœotia descenditur; hac ascendes, atq; ilico fueris in Græcia. Ego igitur hoc sermone gauisus, salutato Mago difficile admodum per angustas antri fauces subrepens nescio quo pacto, in Lebadiam perueni.

PHILOPSEVDES LV.
CIANI, SIVE INCREDV-
lus, Thoma Moro interprete.

TYCHIADES, AC PHILOCLÉS.

POTES mihi Philocles dicere, quid nam id tandem sit, quod multos in mētendi cupiditatem adducit, vt pariter gaudeant, quū & ipsi nihil sani loquūtur, & his qui talia narrant, maximè animum intendant? P H I L. Multa Tychiade sunt, quæ nonnullos mortales mentiri compellunt, quia in rem vident conducere. T Y C. Nihil ad rem hæc, vt aiunt, neque enim de his rogabam, quum vsus postularet mentiuntur: venia nimirum hi, imò laude plerique eorum, digni sunt, quicūque vel hostes fefellerunt, vel ad salutem tali quopiā pharmaco vsi sunt in necessitatibus. Cuiusmodi multa Vlysses etiam fecit, vt & vitam suam; & sociorum redimeret: sed de illis vir optime dico, qui nulla necessitate mendacium ipsam veritatem longe anteponiunt, ipsa re videlicet delectati, atque in eā sine vlla idonea occasione versati. Isti ergo scire cupio, cuius commodi gratia istud agunt. P H I L. An alicubi tales aliquos iam deprehendisti, quibus hæc insita sit mentien diuicio? T Y C H. Ex quidē admodū multi sunt huiusmodi. P H I. Quid aliud ergo in causa sit, quod mētūtur nisi demētia? siquidē re pēsima, optime loco præoptant. T Y C. Hoc nihil est, nam ego tibi multos ostenderim ad cætera prudentes, ac sapiētia mirabili: nescio tamen quo pacto captos hoc malo, mendacijq; studiosos; adeo vt ego certè moleste ferā, quod viri tales, omnibus cæteris in rebus optimi gaudent tamē, & eos in quos inciderint, fallere. Nam veteres illi, id quod tibi notius est quā mihi, Herodotus, Ctesiasq; Cnidius, atq; his superiores; deniq; Homerus ipse, viri celebres, mendacisj etiam scriptis vtabantur, vt non solum eos fallerent, à quibus tunc audiebantur, verū vsq; ad nos etiā mendaciorum manus

manus traditum perueniret, in pulcherrimis versibus metrisq; seruatum. Me ergo sepe illorum versuum nomine subijt pudor, si quando cæli sectionem, ac Promethei vincula recenserent, gigantūque rebellionem, atque omnem illam de inferis tragediam. Et quo pacto ob amorem Iupiter in taurum, & cygnū versus sit: & quemadmodū ex muliere quispiam in auculam vsam ve mutatus sit. Pegasus præterea, Chimæraque, & Gorgonas, ac Cyclopas, atque id genus omnia, admodum absurda monstrat, fabulas, & quæ mētes afficere puerorū queat, qui larvā adhuc laniasq; metunt: quanquā poetica sint fortasse tolerabilia. At vbes iam genēsque: totas vna voce, ac publicitus mentiri, an non hoc ridiculū? Veluti quum Cretenses sepulchrū Iouis ostendere non putet: Athenienses Erichonium editum è terra ferunt, primosque illos homines in Attica olerum more ex terra emeruisse. Hi tamen multo verecundiores quā Thebani, qui ex serpentis dentibus satius quosdā progeminasse narrant: quod si quis hæc, quū sint ridicula, vera esse non credat, sed ea prudenter examinans, Corcebi cuiuspiam, aut Margitæ exitimasse esse: si quis aut Triptoleum credat in alatis draconibus per ærem vectum esse, aut Pana quendam ex Arcadia in Marathonem venisse auxilio, vel Orithyam à Borea raptam esse, impius nimirum hic atque infanus videatur eis: quippe qui tam manifesta veraque non credat, vique adeo obtinet mendacium. P H I L. At potes Tychiade, vrbibusque fuerit fortassis ignoscendū: nā illi delectationem illam quæ ex fabula proficiscitur, vt quæ maxima sit illecebra, potematibus suis immiscens, qua potissimū erga auditores opus habent. Athenienses vero Thebanisq; & si qui sunt alij: patriæ suæ plus maiestatis ex huiusmodi figmentis conciliant: quod si quis fabulas auferat à Græcia, nihil obstitit quo minus eorū narratores fame intereat, quando iā nemo futurus sit hospitem, qui verum vel gratis audire velit. At si qui nulla tali causa, gaudent tamen mendacio, hi omnino ridiculi merito videantur. T Y C H. Recte dicis, nam ego proptinus ab Eucrate illo celebri venio, vbi multa incredibilia, ac fabulosa quum audissem, imò vero medio in sermone discessi non ferens narrationem tam supra fidem, sed me velut furia quedā abegerunt dū monstrat multa atq; absurda referret. P H I L. Atqui Tychiade, vir grauis Eucrates est, & nemo certè crediderit illum tam promissā barba virum sexagenarium, & qui præterea sit plurimum in philosophia versatus, sustinuisse vt alium quenquam audiret se præsentem mentem, nedum vt ipse tale quicquam audeat. T Y C H. At nescis amice qualia refererat: tū ea quā constantiter asserbat: præterea quā sanctē in persequi curabat, admotis etiam filijs, adeo vt ego quū eum respicerē, varia me-

cum cogitarem, interdum quidem illum insinuire, neque animo constare. interdum verò ita cogitabam, fugisse me, quod impostor esset, ac tantum temporis sub leonis pelle ridiculam quandam simiam circuntulisset: adeo absurda narrabat. P H I L. Quænam illa (per Lares) sunt Tychiades? nam cupio cognoscere quamnam præstigiaturam sub tam longa barba occluerit. T Y C H. Solebam quidem etiā aliās Philocles aliquoties eum interuifere, si quando videlicet multo ocio abundarem. Hodie verò quum opus esset mihi cōuento Leonthico (est autem, vt scis, amicus mihi) edocētus à puero eum se ad Eucratē mane contulisse, vt eum morbi inspiciedi causa viferet, amborum nomine, nempe vt & Leonticū conuenirem, & Eucratem viderem, ignoraueram autem quod ægrotaret, ad eum peruenio. At Leonticum ibi iam non inuenio: nam paulo antè, vt dicebant, exierat, alios vero confertos reperio, in quibus erat & Cleodemus Peripateticus, & Dinomachus Stoicus, & Ion, nostri virum: illū dico, qui ex Platonica doctrina magis sui admirationem expectat, vt qui solus mentem viri deprehenderit, qui que eius oracula alijs quoque possit enarrare: vides quos tibi viros nomino, nimirum omni sapientia, atque omni virtute præditos, vt pote ipsum ex quaque secta caput, reuerendos hercle omnes, atque aspectu propemodum terribiles. Aderat præterea medicus Antigonus, vt vsui in morbo esset aduocatus opinor: & melius iam habere se videbatur Eucrates: ac morbus quidam ex familiaribus erat: humor enim rursus in pedes ei descenderat. Sedere me ergo Eucrates in lecto iuxta se iussit, voce languidula remissa paululum, quum me cōspiceret: quanquam interim dum ingrederer, vociferantem eum, ac vocem intendentem audieram: tamen ego admodū curiose cauens ne pedes eius tangere, vbi me vulgaribus istis verbis purgaueram, quod eum ægrotare nescierim: quod vbi rescissem, curriculo venerim, ad sedē propè, & illis quidem sermo iam de morbo erat, & quædam iam ante dixerant, quædā verò etiam tunc narrabant: præterea medicamenta quædam quisque proferebat. Cleodemus igitur: Si quis ergo (inquit) sinistra manu tollens humo multelæ dentem, sic intersectæ, vt ante dixi, in leonis pellem alligauerit, nuper excoriati, ac dein de circum crura posuerit, illico sedatur dolor. Non in leonis pellem (inquit Dinomachus) vt ego audiui, sed in ceruæ potius scemellæ virginis adhuc, & nondum inite, & res quidem magis est hoc pacto credibilis: velox enim cerua est, maxime que valet pedibus: & leo quidem fortis est, pinguedine eius, ac manus dextra, pilique qui recti è barba prominent, magnam vim obtinent, si quis vt nouerit, cum proprio cuique carmine, at pedum curam minimè pollicentur. Et ipse quoque, inquit Cleodemus, olim sic putabam ceruina pelle

pelle vtendum, propterea quod cerua velox esset. At nuper vir quidam Libycus, peritus profecto in rebus huiusmodi contra me docuit, ceruis ostendens velociore esse leones, quippe qui eas, inquit, etiam persequendo capiunt. Laudabant qui aderant, tanquam recte dixisset Libycus ille. Tum ego: Putatis, inquam, incantamentis quibusdam sedari talia: aut foris admotis appendiculis, quum intus malū grassetur? Riserunt hunc sermonem meū: & parlā in me magnā damnabant amentiam, qui apertissimas res ignorarē, & quibus nemo qui sapiat contradicat, quin sic se habeant. At medicus certē Antigonus delectari mihi visus est hac rogatione mea. Iam dudum autem neglectui habitus fuerat, opinor, quum opem Eucrati ferre ex arte vellet, denunciāns videlicet vino vt abstineret, atque oleribus vesceretur, & vigorē animo omnino minueret. Cleodemus ergo subridens interim: Quid ais, inquit, Tychiade? incredibile tibi videtur esse, vt ex rebus huiusmodi parentur quaedam aduersus morbos remedia? Mihi certe videtur, inquam ego: nisi naribus adeo mucosis sim, vt credam ea quæ foris applicantur, nihilque cum his quæ morbos excitāt, intus communicant, per verbulam tamen, vt dicitis, ac præstigiaturam operari: & quæ appenduntur, sanitates immittere: id profecto nunquā fieri possit, nec si quis vel in Nemei leonis pellem sedecim mustelas integras insuerit. Ego profecto leonem ipsum & doloribus sæpe claudicantē vidi in vniuersa suisque pelle. Nimum idiota es, inquit Dinomachus, neque vnquam tibi curæ fuit, vt disceres quonā modo res istiusmodi aduersus morbos, quum adhibentur conferunt: ac mihi videris ne notissima quidem ista recepturus: febrrium videlicet istarū prosligationes, quæ certo quodam ambitu recurrunt, tum serpentum demulsiōnes, ac bubonum sanationes, & cætera: quæcunque anus etiam iā faciunt: quod si illa sunt omnia, cur tandē non putabis hæc etiam similibus rebus fieri? Infinita congeris, inquam, Dinomache, clauūque, vt aiunt, clauo extrudis. Neque enim constat ea quæ commemoras, eiusmodi vi fieri. Quamobrem nisi reddita ratione persuaseris primum natura fieri posse, vt febris tumorque vertatur, aut nomen aliquod diuinum, aut dictionem aliquam barbaricam: ob idque ex inguine fugiat: aniles adhuc fabulæ sunt quæcunque retulisti. Tu mihi videris, inquit Dinomachus, quum ista dicas, ne deos quidem esse credere. Siquidē putas fieri nō posse, vt per sacra nomina remedia morbis adferantur. Hoc, inquam ego, vir optime ne dixeris, nihil enim prohibet quo minus, etiā si maxime dii sint, ista tamen sint vana. Ego vero, & deos colo, & medelas eorū video, & leuamenta quæ laborantibus conferunt, pharmacis videlicet, atque arte medica restituēt. Itaque Æsculapius ipse, eiusque posteri salutaria pharmaca ad mouentes medebantur egro-

tis: non leones, aut mustelas circumligantes. Mitte hunc, inquit Ion. At ego vobis mirabile quiddam narrabo. Eram adhuc adulescentulus, annos natus fermē quatuordecim, cū quidam ad patrem meum venit, nuntians ei, Midā vitis cultorē seruum, etiā alijs in rebus robustū, atque industriū, circa plenū iam forū à vipera morsum iacere iā putrefacto crure. Et enim dū ligaret palmites, ac vallis circumplacaret, adrepentem bestiolā maximū ei pedis momordisse digitum. Tū illā quidem ilico aufugisse, & sese rursum in latebrā condidisse. Illū vero eiulare perditū ē doloribus. Hæc ergo quum nuntiarentur, iam Midā ipsum videbamus lætica domum à conseruis adportari, inflatum totum, liuidum, ac superficie tabefactū, vix iam spirantem. Pater ergo quū id moleste ferret, amicorū quispiā, qui tū forte aderat: bono animo es, inquit. Ego enim virū quendam Babylonium ex Chaldæis quos vocant, protinus huc adducam, qui sanabit hominē: & ne diem narrando conterā, venit Babylonius, ac Midam restituit: effugato ex corpore veneno quadam incantatione, & ad pedem eius appēso virginis defunctę lapillo, quē ē columna exciderat. Atque istud quidem hætenus forsitan mediocre fuerit. Tum Midas iam ipse sublato in quo allatus erat scabello, discessit in agrum, tantum potuit incantatio, & columnaris ille lapis. At idem iste Babylonius alia præterea diuina plane fecit. Nempe in agrum profectus mane; quum pronuntiaisset sacra quædam ex vetusto codice, septem nomina, sulphure ac face lustrato loco in orbem ter obambulans, serpentes omnes inuitos exciuit, quicunq; intra eam regionem erant. Veniebat ergo tanquam ad incantationem tractū, serpentes multi, atque aspides, & vipere, & cerastæ, & iaculi phryniq; ac physali: relinquebatur autē vnus draco, annosus, prorpere (vt opinor) ob senectā non valens, qui non fuerat audiens dicto. At magus: Non adsunt omnes, inquit. Tū vnū quendam ex serpentibus, eum videlicet qui natu minimus erat, selectum legatum mittebat ad draconē: ac paulo post venit etiam ille. At postquam iam collecti constitissent, Babylonius in eos instilauit. Atque illi repente admodū omnes ab eius flatu incēsi sunt, nobis interim admirantibus. Tū ego, dic mihi inquam, Ion. Serpens ille legatus, iuuenem illum dico, vtrum manu deduxit draconem, qui iam (vt ais) sensuerat, an ille baculū gestans innitebatur? Ludis tu quidem, inquit Cleodemus. At ego, qui & ipse quoque olim minus talia credebam, quā nunc tu, putabam enim nulla ratione fieri posse, vt ea crederem, tamen quum volentem primum conspicerem peregrinum illum barbarum (erat autem, vt ferebant, ex Hyperboreis) credidi, ac victus sum: quū tamen multum diūque repugnassem: nam quid facerem, quum eum cernerem in aere volentem, atque id interdiu, ac super aquam ingredientem

redientem, atque per medium ignem incendentem, idque lentē ac sensim: Tu ne, inquam ego, ista videbas, virum Hyperboreum volentem, aut super aquas ambulantem? Et maximē inquit ille, carbatinas indutum, quo calceamentū genere illi potissimū vtuntur. Nam minutula ista quid atinet referre, quæcunq; fecit quo pacto amores immiserit, ac dæmones exegerit mortuosque mercidos in vitam reuocauerit, atque Hecaten ipsam palā conspectibus exhibuerit, Lunamque ē cælo detraxerit? Quin ego vobis referam, quæ ab eo fieri cōspexi in Glaucia Alexidis filio. Glaucia hic quū patris nuper defuncti substantiam suscepisset, Chrysidem amabat Demæneti filiam, ac me quidem præceptore in disciplina vtēbatur: ac nisi amor ille à studio deduxisset eū, vniuersam Peripateticorū doctrinam perdidicisset: vt qui octo & decem quū esset annorum, iam absoluerat analytica: tum physicam auscultationem in finē vsque referat. Amore tamen victus, mihi rem omnem significat. Ego vero, quem admodū par erat, quippe qui præceptor eram Hyperboreum illum magum ad eum duco: conductum quatuor ilico minis in manum datis, oportebat enim præparari quiddam ad sacrificia, tum sedecim præterea, si Chryside potiretur. Ille vero crescentem obseruās Lunam (Nam tunc vt plurimū huiusmodi sacra peraguntur) fossam quū effodisset in aperto quodam loco domus, sub dio circa mediam noctem, euocauit nobis primum quidem Anaxiclem Glauciæ patrem, ante septem menses vita defunctum. Succensebat autem ob amorē senex, atque indignabatur. Tandem tamen ei permisit, vt amaret. Postea vero Hecaten quoque eduxit, adferentem vnā Cerberū: tum Lunam detraxit multiforme quoddā spectaculum, & quod alias aliud apparebat. Primum quidem muliebrem formam referebat: deinde in vaccam formosam vertebatur. Postremo verò catula videbatur. Hyperboreus ille tādē, quū finxisset quēdam è luto Cupidinem: Abi, inquit, atque huc perducas Chrysidē: ac lutum quidem protinus euolabat: paulo post autem affuit illa pulsans ostium. Tum ingressa Glaucia cōplectitur, eū quam instantissime deperiens & cum eo versata est, quoad gallos canentes audiuius. Tum verò Luna subuolabat in cælum, atque Hecate subijt terram, cæteraque spectra disparuerunt: & Chrysidem tandem emisimus circa ipsum fermē diluculum. Hæc Tychiades si cōspexisset, haud quaquam amplius dubitasset, esse multa in carminibus istis commoda. Bene dicis, inquam, ego credidisset equicē, si vidisset ea: nunc verò ignoscendū mihi puto, si qualia vos videtis, acute perspicere nō possūm: veruntamen Chrysidē illā quā dicis, noui mulierē planē meretricem ac facilem: nec video sanē cuius gratia ad illam egeritis luteo illo ligato, magoq; ex Hyperboreis vsq; atque ipsa insuper Luna. Quippe quam viginti

drachmis ducere in Hyperboreos vsq; potuisset. Mirifice enim sese offert ad hanc incantationem mulier. Et contrarium quiddā spectris istis habet. Nā ea quidem eris ferrive sonū si audierint, fugiunt (nam id vos prædicatis) illa verò si argentū vsq; sonuerit, accurrit ad tintinnum. Præterea ipsum etiam magū admiror: quod cum ditissimas mulieres in amore sui possit elicere, atque ab eis solida talenta suscipere, is tamen ob quatuor minas admodū tantilli lucelli audus Glauciam amoris compotem fecerit. Ridicule facis, inquit, Ion, qui nihil credis. Ego te liberent ergo rogauerim quid de his respōdeas, qui dæmoniacos liberāt terroribus, adeo manifeste spectra illa carminibus eijciantes? Atque hæc me dicere non opus est, verū omnes nouerunt, Syrus ille ex Palæstina qui harū rerū artifex est, quam multos morales suscipiat, qui ad Lunā concidant, oculosque distorqueant, spumaque oppleant: quos tamen erigit ac sanos remittit, magna accepta mercede, diris eos malis liberans. Et enim quū iacētibus inisset, rogaueritque vnde sint in corpus ingressi, & grotus quidē ipse tacet, ac dæmō verò respondet (aut lingua Græca loquens, aut barbarica, aut vnde cunq; fuerit ipse) & quomodo, & vnde intravit in hominē. Ille verò adiurans eum, ac nō paruiter minitans etiam expellit abigitq; dæmonē. Quin ego quoque dæmonē quendam vidi nigrū certē, & colore fumidum. Non magnum erat, inquam ego, talia te Ion certere, cui ipsæ etiā apparēt Idææ, quas vestræ familie parens ostēdit Plato, rem videlicet spectatu tenuem, atque euandam, quantum ad nos homines luciosos Itanē solus Ion, inquit Eucrates, istiusmodi vidit, ac non alij etiam multi incidereunt in dæmones: alij noctū, alij etiā interdiu? Ego profecto nō semel, sed millicies iā talia cōspexi: ac primum quidem turbabar ad ea: iam verò ob consuetudinē nihil nouū, aut prodigiosum mihi videre videor, maximeque nunc ex quo anulū mihi Arabs dedit ex ferro de eruce quapiam sumpto, factum: carmenque docuit nominibus multis plenum, nisi forte ne mihi quidē fidē sis habiturus Tychiade. At qui fieri possit inquam, vt Eucrati nō credā Dinonis filio: viro imprimis sapienti, ac liberē, quæ sibi videntur, domini priuato suo cū autoritate narrati? Illud ergo de statua, inquit Eucrates, quæ omnibus qui in domo sunt singulis noctibus appareret, tū pueris tū adolescentibus, tū senibus, hoc inquam, non à me duntaxat audieris, verum etiā à nostris omnibus. De qua statua, inquam ego? Nō vidisti (inquit) quū in gredieris statuā quādam in atrio collocatam, sanē quā pulchrā opus Demetrii: qui statuas humana specie fingere consuevit? Nōne illā dicis, inquam, quæ dīcū iacit: quæ inclinata est ad emissuri gestum, reflexa in eam quæ dīcū fert, altero pede modice inflexo, quæque se erectura videtur vnā cum iactu? Nō illā inquit: nam vnū est ex

Myronis operibus ille disci iactator, quem dicit. Sed nec eam quae est ei proxima: cui tenijs caput vinculum est formosam loquor illam. Nam id Polycliti opus est: verum eas, quae à dextera sunt ingredientibus omittite, inter quas & tyrannicidae illi stant, Critiae Nestorae plasmat: tu verò an non ad aquam illam quae infuit, quamquam vidisti ventre prominuam, caluam, seminudatam, vulvas quibusdam barbæ pilis, insignibus venis vero homini simillimam? Pelichus dux Corinthius esse videtur. Per Ioué, inquit, vidi quandam à dextra Saturni, quae tenias coronasque aridas habebat, pectoreque folia quaedam inaurata. Ego, inquit, Eucrates, ea inauravi, quum me sanasset tertioque die epialo pereunté. Erantne igitur etiam medicus, inquit ego, optimus iste pelichus? Est neque ride, inquit Eucrates: alioqui homo te haud multo post inuadet. Noui ego certe quantum valeat hæc quam tu rides statua. An non eiusdem putas esse immittere epialos in quos voluerit, quando quidè potis est eijcere? Propitia, inquam, placataque sit hæc statua mihi, quae tantum valeat. Quidnam ergo aliud facientem eam viderunt omnes qui in domo sunt? Quum primum nox est, inquit, hæc è baa se descendens in qua steterat, in orbem totam domum circuit: omnes occurrunt ei interdum etiam canenti: nec quicquid est quem vnquam læserit, diuertere tantum oportet. Illa verò præterit, nihil intuentes infestant, quum & lauat sæpe, & tota nocte ludit, vt ex ipso aquae strepitu licet audire. Vide ergo inquam ego, ne forte non Pelichus hæc statua sit, sed Talus potius Cretenfis, qui apud Minoem fuisse dicitur: nam & ille æreus quidam Cretæ custos erat: quod si non ex ære, non autem ex ligno facta esset, nihil eam prohiberet, qui non opus Demetrii, sed vna potius ex Dædali machinis esse videatur. E base namque (vt ais) etiam ista fugit. Vide, inquit, ô Tychiade, ne te posthac scematis huius pœniteat. Noui quidem ego, quid illi euenerit, qui obolos surripuit, quos ei quoque nouilunio suspendimus. Prorsus atrociam, inquit Ion, oportebat accidere: quippe qui sacrilegus erat: quomodo ergo illi vltus est ô Eucrates? Nam audire cupio, etiam si maximè Tychiades isti diffusus est. Multi, inquit ille, ad pedes eius oboli iacebant, aliisque item numismata quaedam argentea ad crus eius affixa cera, ac laminæ quoque argenteæ: vota cuiusque aut merces obfanatione eius, qui ab eo liberatus esset, quum febre detineretur. At erat nobis seruus quidam Libycus sceleratus equorum curator. Hic noctu aggressus est ea auferre omnia, abstulitque digressam iam quæ obseruasset statuam. At quæ primum reuerfus intellexit sacrilegio se compilatam Pelichus, vide quo pacto sese vltus est, atque furti prodidit Libicum. Tota nocte atrium obambulabat, in orbem miser exire nõ valens, tanquam in Labyrinthum incidisset,

quoad orta die iam deprehensus est, ea tenens quæ furto abstulerat: ac tunc quidem comprehensus, plagas non paucas recepit, nec temporis multum superstes malus male perijt: vapulas, vt dicebat, singulis noctibus: adeo vt vbices posttridie apperent in corpore. Inunc, & post ista quoque, Tychiades Pelichum ride, ac me tanquam coætaneum Minoiam delirare puta. At ô Eucrates, inquit ego, quam diu æs erit æs, operisque, plastes Demetrius Alopeceus fuerit qui non deos, sed homines fingere consuevit: Pelichi nunquam statuam verebor, quippe qui nec ipsum etiam viuentem, si mihi minaretur admodum timuissim. Ad hæc medicus Antigonus, Et mihi ô Eucrates, inquit, Hippocrates æreus est magnitudine fermè cubitali: qui tunc duntaxat quum lucerna extincta sit, totam in orbem domum ambit, perstrepsens ac pyxides euerrens: pharmacaque commiscens, atque ostia circumuertens, maximeque si quado sacrificia prætermittimus. Postulat, ergo, inquam ego, etiam Hippocrates medicus iam vt sibi sacrificet: indignaturque nisi in tempore iustorum sacrificiorum epulis accipiarur: quæ nimirum dicebat boni consulere, si quis ei libauerit, aut nullum inaspererit, aut caput corbauerit. Audi ergo, inquit, Eucrates: istud certe etiam testibus probauero, quod ante annos quinque vidi. Erat fermè vindemiæ tempus. Ego verò in agrum circa meridiem vindemiatur dimissis operarijs, in syluam solus abibam: cogitans interim quiddam, atque considerans. At postquam in saltum perueni: capum primo latratum insonuit. Ego vero Mnaiona filium meum cum æqualibus venientem, ludere venariique (quem admodum solebat) conijciebam. At res haudquaquam sic se habebat: verum paulo post facta terræmotu, sonoque velut è tonitruo, mulierem aduenientem video terribilem: proceritate fermè semistadiali: habebat autem in sinistra facem: in dextra vero gladium viginti circiter cubitorum. Et inferne quidem pedibus erat serpentinus, superne vero Gorgonem referens vultu videlicet, atque aspectus horrore: pro coma quidem draconibus, tanquam cesarie circumcincta: alijs collum amplectentibus, alijs etiam per humeros sparsis. Videte, inquit, amici quo pacto etiã inter narrandum exhorru: & simul hæc dicens Eucrates, ostendit omnibus brachij sui setas erectas metu. Ion ergo ac Dinomachus, & Cleodemus vehementer inhiantes, aufertabant eum viri senes, tanquam naribus traherentur, adorantes apud sese tam incredibilem Colossim, mulierem semistadialem, Giganteum quoddam Mormolyciũ. Ego vero considerabam interim cuiusmodi erant hi qui cum iuuenibus sapientiae nomine versentur, vulgoque in admiratione habeantur: quum sola nimirum canicie barbaque ab ipsis differant infantibus: Cæterum etiam illis ipsis facilius ductiles ad credenda

men.

mendacia. Dinomachus ergo, dic mihi, inquit Eucrates: illi canes deæ, quanta magnitudine erant? Elephantis, inquit ille; proceriores Indicis, nigri & ipsi hirsutique, sordido squalidoque villo. Ego igitur quum viderem, restiti, inuerfò protinus in anteriorem digiti partem) quod Arabs mihi dederat sigillo. Hecate ergo percussio draconicis illis pedibus solo, hiatu effecit macrum: & qui immani magnitudine penitus æquaret tariarum. Deinde paulo post abiit in eum desiliens. Ego vero præsentente animo porrecta ceruice inclinatus, inspexi apprehensa arbore quamquam, quæ vicina stabat, ne abortis mihi tenebris ac vertigine in caput præceps incidere: dein de conspexi ea quæ in inferno sunt omnia, pyriphlegetontem, lacum, Cerberum, manes, adeo vt quodam etiã eorum agnoscerem. Patrem ergo meum manifeste cernebã adhuc his ipsis amictum, quibus eum sepeliuimus. Quid agebant (inquit Ion) ô Eucrates animæ? Quid aliud, inquit ille, quam per tribus familiaque cum amicis cognatisque versantur, in Asphodelo collocati? Contradicanter ergo etiam nunc (inquit Ion) Epicurei sacro Platoni, eiusque de anima rationibus. At tu nõne Socratem etiam ipsum Platoneque, videbas inter manes? Socrate (inquit) vidi: neque illud tamen euidenter, nisi quod inde cõieci, quoniã caluus, ac ventricosus erat. Platone vero non cognoui: nã apud amicos nimirum vera fateri oportet. Simul ergo atque ego omnia cõspexi, & hiatus coijt, & ex familiaris meis quidã querentes me, atque in his Pyrrhias hic, superuenerunt hiatu nõndum plene obducto: dic Pyrrhia, an non vera narro? Per Iouem (inquit Pyrrhias) & latratum audiui per hiatum: & ignis quidã à face mihi suffulgere videbatur. Tum risi ego profecto, teste latratu ignemque, in cumulum addete. Tum Cleodemus: haud quaquam noua ista, inquit, neque alijs inuisa vidisti. Nam & ipse haud ita pridem quæ egrotarem tale quiddam cõspexi. Prospiciebat mihi curabatque Antigonus hic, ac septima dies erat: febrisque, ô qualis? incendio certe vehementer. Nõs ergo me relinquentes solũ, clausis foribus foris manebat. Sic enim iufferas Antigonem, si quo pacto possem obdormiscere. Tunc igitur altitit mihi iuuenis quidã vigilanti: pulcher admodum, veste circumamictus candida. Ac me quum exisset, per hiatum quendam ducit ad inferos: sicuti ilico cognoui, Tantalum quæ videret ac Tiryũ Sisyphumque. At cætera vobis quid cõmemorè? Postquã vero ad tribunal perueni (aderat autem & Eacus, & Charo, Parcaque, atque Erinnes) quidã velut rex (Pluto certe mihi videbatur) assedit singulorum nomina percensens, qui morituri erant, quos diem iam vitæ præscriptum præterijisse contigerat. Iuuenis ergo me adducens illi exhibuit. At Pluto tunc incanduit, & ad eum qui me ducebat, nondum illi completum est stamen, inquit. Abeat ergo. Tu vero fabrũ Demyliũ adduc:

iam siquidẽ vltra colũ viuuit. Tũ ego lætus recurrens, ipse quidẽ iam febre liber eram: denuntiabam verò omnibus, quod Demylus esset moriturus. Manebat autẽ nobis in vicinia ægrorans etiam ipse nõnihil, vt renuntiati est. Ac paulo post audimus ciuitateorũ qui lugebant eum. Quid miri est, inquit Antigonus? Ego etenim queniã nõui post viginti diem quã sepultus est, resurrexisset. Nam hominem & anteqm moreretur, & postquã resurrexit, ipse curauit. Et quo pacto (inquã ego) in diebus viginti, neque tabuit corpus, neque præterea fame corruptum est; nisi fortassis Epimenidẽ quempiam tu curasti? Hæc quum diceremus, protinus ingrediebantur Eucratidis filij è palæstra redeuntẽs. Alter quidẽ tam ex ephebis excesserat, alter vero annos natus erat circiter quindecim. Tũ salutatis nobis iuxta patrem addebant in lecto, ac mihi quidẽ sella illata est. Tũ Eucrates tanquã è conspectu filiorũ admonitus: sic his frui mihi contingat, inquit, simulque manũ eis iniecit, vt apud tẽ Tychiades vera narabo. Felicis memoriẽ vxorem meã horũ matre nouerunt omnes, quo pacto dilexerim. Nã declarauit his rebus quas in eam feci, nõ modò dũ viueret, verum etiã postquã vita functa est. Quippe qui mundum eius vnuerfum, vestesque, quã dũ viueret, oblectabatur, in rogũ illius iniecerim. Septimã vero post mortem die, ego quidẽ hic in eundem lectũ in eumbebã: quẽ admodum nunc, luctum euntẽ mihi committigans, quem de illa cõceperam. Legebã enim tacitus Platonis illum de anima libellum. Ingreffitũ interim Demenete ea ipsa, atque adfideret iuxta: quem admodum nunc Eucratides hic minorẽ designans filium. Hic vero ilico tremuit admodum pueriliter, ac dudum ad narrationem pallebat. Ego vero (inquit Eucrates) vt conspexi, amplexus eam singulum lachrymabam. Illa vero me vociferari non patiebatur, verum incusabat me, quod quum ei fuissẽ in reliquis gratificatus omnibus, è sandalij aureis alterũ nõn cõtenuerã, superesse autẽ id dicebat, quod sub arca ceciderat: atque id nõs quũ non inueniremus, alterũ tantũ cõtenueramus. Nobis autẽ adhuc differentibus sceleratissimus quidam caniculus, quĩ mihi in delicijs erat, in lecto cubans allatrabat, ea verò ad latratum euannit. At sandalium sub arca reperitũ est: posteaquã à nobis incensum. At hæc etiã Tychiades recusabis credere, quum tã sint euidentia, quotidièque obseruatur? Per Iouẽ inquit ego, digni fuerint, quibus aureo sandalio nates puerorum more feriantur, si qui ista nõ credant, atque vsque adeo impudenter vero resistant. In terã Pythagoricus intrabat Arignotus comatus ille ab aspectu venerabilis. Nõsti illum doctrinẽ nomine celebrẽ: qui cognominatur sacer. Atque ego quidem, vt eum conspexi, respiraui: hoc ipsum, quod proverbio dici solet, aduenisse mihi rat: nepe securum quãpiam aduersus mendacia: Occludet, inquit, eis

G ij

ora vit

ora vir sapiens, adeo monstrosa narrantibus: atque prorsus, iuxta vulgatum illud adagium, repente Deum immisum esse mihi huic a fortuna putabam. Hic vero postquam adfedit, asurgente ei, ac cedente Cleodemo, primū de morbo percontatus est. seque audisse dicebat, Eucratē iā se melius habere. At quidā inquit inter vos philosophamini? Nam interim dum ingrediebar subauscultavi, ac mihi certe videmini in re quapiam pulchra conuersari. Quid aliud, inquit Eucrates, quam vt huic adamantino persuadeamus (me demonstrans) vt demones credat aliquos esse, phantasmataque, ac mortuorum animas super terram obambulare, & sese quibus libitum fuerit ostendere? Ego igitur erabui, vultumque deiecti reueritus Arignotum. At ille, vide (inquit) Eucrates nū hoc dicat Tychiades. Eorum tantū qui violenter interierint, animas errare, veluti si quis suffocatus, aut capite truncatus, cruciue suffixus fuerit, aut alio quopiam istiusmodi modo ē vita discesserit: eas vero que fatali morte naturalique discesserint, haudquaquā amplius oberrare. Nam si hoc dicat, nō vsque adeo absurda dixerit. Per Iouem inquit Dinomachus, ne esse quidem istiusmodi, nec presentia cerni putat. Quid ais, inquit Arignotus in me torue aspiciens, nihil horū tibi videtur fieri? preferim quum omnes (vt ita dicam) videant? Ignosces, inquam ego, mihi, si non credo, nā solus omnium non video. Quod si vidissem, profecto & credidissem, quemadmodū & vos. At, qui inquit ille, si quando Corinthū veneris, roga vbi sit Eubatidæ domus. Atque vbi tibi fuerit indicata, nempe circa Craneū, in eā ingresus, dic ianitori Tibio velle te videre, vnde dæmonē Pytagoricus Arignotus quū adduxisset abegerit, ac deinceps habitabile domum reddiderit. Quidnam hoc erat, Arignote? rogabat Eucrates. Inhabitabilis erat, inquit ille, diu propter terricula: quod si quis inhabitasset, expauescens ilico fugiebat exactus a quodā horrendo ac terribili spectro. Deciderat ergo iā, tectumque rūpebatur, neque, quisquā erat omnino qui in eā ingredi fuerit ausus. Ego vero vbi hæc audiui, libellos fumens (Sunt autē Ægyptij mihi de talibus rebus admodū multi) veni in domum circa primam vigiliam, dehortante hospite, ac ferme detinente, postquam didicerat quō iturus essem, in certum, vt putabat, exitum. At ego sumptā lucerna solus ingredior, atque in vastissimo atrio collocatō lumine, humi sedens tacite legebam. Adest vero dæmon ille cum quopiam vulgo se congregurum ratus, ac me quoque quemadmodū alios perterriturum squallidus, hirsutus, ac tenebris nigrior. Atque hic quū adfaret, vndique me adfultim petēs tetauit, si qua posset expugnare, ac modo in canē, modo in taurū, modo in leonē vertebatur. At ego correpto in manū quam maxime horrēdo carmine, simulque vocē imitatus Ægyptiam, & incantans eū in do-

micilij tenebrosi angulum quemdam compuli. At quum animaduertissem, vbi se in terram condidit, tum desisti. Mane autem desperantibus vniuersis, ac me quemadmodū alios mortuū sese reperituros putantibus, præter omnium spē progrediēdis, Eubatidē adeo, feliciter illi adnūntians, quod purā sibi ac spectris liberā domū iā liceret incolere. Atque illū assūmēs aliosque multos (sequebantur autē huius inopinatæ rei gratia) quū ad locū duxissem, vbi condentem se dæmona conspexeram, iussit vt sumptis ligonibus matulisque suffoderent. Atque vbi id fecerant, intentum est ferē ad passum defossam cadauer quoddā marcidum, ossibus tantū humana specie coherentibus: Illud igitur effossam sepeliuimus, domus vero postea turbati prodigijs desijt. Hæc vbi narrauit Arignotus, vir prodigiosa sapientia, ac reuerendus omnibus, nemo erat ex his qui aderat, qui non multā mihi imputaret infaniā, qui talia nō credā, narrate præsertim Arignoto. Ego tamē nihil veritus neque comā, neque illā quā de eo habebant opinionē, Quid hoc inquam Arignote? Etiā tu talis eras, in quo mihi sola spes fuit, summo plenus ac simulacris. Illud ergo nobis in te quod dici solet, euenit: vt thesaurū quū sperauēsimus, carbonēs offenderimus. At tu, inquit Arignotus, si neque mihi credis narrauit, neque Dinomacho, aut huic Cleodemo, neque ipsi Eucratē, dic age quemnam dignorē, cui his rebus fides habeatur, existimas: qui nobis dicat contraria? Per Iouem, inquam ego, virū apud mirabilem Abdera oriundū illū Democritū, cui tam firmiter erat persuasum eiusmodi nihil esse in rerū natura posse, vt quū se in monumento extra portas clausisset, ibique degeret dies noctesque, scribens atque componens, iuuenescere eum quidam illudere cupientes ac perterrefacere nigra veste in modū cadaueris ornati, ac personis in capita adfictis circumfistites, illū circumfistirent, crebro subsistentes: hic neque eorum commenta pertinuērit, neque eos omnino respexerit, sed inter scribendū: desistite, inquit, ineptire. Adeo firmiter credidit animas nihil esse postquam ē corporibus exierint. Hoccine ais, inquit Eucrates dementē quēpiā virum esse Democritū? siquid sic existimaui. Ego vero vobis etiam aliud referā, quod mihi ipsi contigit, nō quod ab alio acceperim, fortassis etiā tu Tychiades quum audieris, compelleris accedere, ipsa narrationis veritate coactus. Quum in Ægypto versarer adhuc adulescens, a patre videlicet doctrinæ gratia transmissus, cupiebā nauigio profectus in Coptum illinc adiens Memnonē, miraculū illud audire eum videlicet sonum reddentem ad orientem solem. Illum igitur auditi non hoc vulgari modo quo audiunt alij sonum quempiā inanē sed mihi oracula etiam edidit Memnon ipse aperto ore septem versibus: quod nisi esset superuacaneum, ipsos vobis recensere. Inter nauigandum vero incidit in nos vnā nauigans

nauigans vir Memphiticus quidam, ex sacris illis scribis, mirabili sapientia, & qui vniuersam Ægyptiorū doctrinam callebat. Dicebatur autem tres ac viginti annos in adytis subterraneis mansisse, Magiam interea doctus ab Iside. Pancratem dicit (inquit Arignotus) præceptorē meū, virū sacrum, rasum, lineis indutum, doctum, pureque lingua Græca loquentem, procerū, simum, labijs promissis, cruribusque gracilibus. Illum ipsum inquit ille, Pancratem, ac primum quidem quis esset ignorabam. At postquam vidi eum, si quando in portū appulissimus, cum alia multa miracula facientē, tū crocodilis insidentē agitasse, & cum feris versantem, illas vero reuerentes eum, caudisque adulantes agnouit sacrū quēpiā virū esse, paulatimque comitate mea me in eius amicitia ac familiaritate insinuaui, adeo vt omnia arcana communicaret. Ac tandem mihi persuadet, vt famulis omnibus in Memphide relictis, se solus consequerer, neque enim defuturos nobis ministrōs. Atque ex eo tempore sic vitam duximus. Quū in diuersorium quodpiam veniremus, homo accepto pistillo, scobināue, aut pessulo, vestibus implicās, quū in id carnē quoddā dixisset, effecit vt ambularet, vt que alijs omnibus homo videretur. Illud ergo abiēs, & aquā hauriebat, & cenā parabat, instruebatque, atque in omnibus cōmōde subsuriebat ministrabatque nobis. Deinde postquam iā satis huius ministerij fuit, scobinam rursus scobinam, ac pessulum pessulum aliud recitans carmen reddebat. Hoc ego vehementer cōnatus non reperiēbam, quo pacto ab illo expiscarer. Nā id mihi inuidebat, quāquā in alijs esset facilis. At quāda die in angulo quodā tenebricoso clā illo delitescens subauscultauī proprius incantationē illā. Erat autē trisyllaba. Tū ille quum pistillo mādasset que curāda erant, abiit in forū. At ego posttridie illo apud forū occupato, acceptū pistillū quū ornassem, syllabas illas simili modo pronuncias, aquā iussit vt hauriret. Tū impletā amphorā quum expiscarer, desiste inquit, neque aquā amplius haurito, sed rursus esto pistillū. At illud mihi haud amplius iā obtemperare volebat, sed aquā hauriebat continue, quoad hauriendo totā domū nobis impleret. At ego quum resistere huic rei non valerem, timebam autem ne Pancrates reuerfus (id quod etiam euenit) irasceret, correpta secure pistillum in duas partes dissecō. At vtraque pars amphoram fumens hauriebat aquam iamque vnus loco duo mihi ministri esse cœperunt. Interea Pancrates superuenit, ac re interlecta illas quidem in ligna rursus, quemadmodum ante carmen erant, mutauit. At ipse me clanculum relicto nescio quō clanculum se subducens abiit. At postis istud etiam nunc, inquit Dinomachus, hominem ex pistillo facere? Per Iouem, inquit ille, dimidia ex parte scio, nam in priorem formam nunquam a me restitui potest, postquam semel

aquarius esse cœperit. Sed deserenda nobis domus esset aquæ iam impleta. Non desistitis, inquam ego, huiusmodi monstrosa narrare viri senes? Alioqui horum saltem adulescentium gratia incredibiles istas ac terribiles fabulas aliud in tempus omittite, ne clanculum terroribus ac prodigiosis fabulamentis impleantur. Parcere ergo eis oportet, ne talia consuecāt audire, quæ eos per totam vitā comitata perturbabunt, atque ad omnē strepitū meticulosos reddēt, posteaquā eos omni-gena superstitione impleuerint. Recte autem dixisti, inquit Eucrates, quum superstitionē dixisti. Nam quid tibi Tychiade de rebus huiusmodi videtur, de oraculis loquor ac vaticinijs, & quæcunque quidam minime afflati proclamant, quæ ve ex adytis audiuntur? aut quæ virgo numeris eloquēs futura præcedit? an videlicet nec talia credis? At ego quod anulum quendam sacrum habeo, Pythij Apollinis imaginem exprimentē sigillo, quodque hic Apollo mecum loquitur, non dico, ne tibi videar ad gloriam meam res incredibiles narrare. Cæterum quæ apud Amphilochum audiui in Mallo, heros mecum diu dissesente, Deumque meis de rebus consulente, tum quæ ipse vidi, volo vobis narrare. Deinde ex ordine & quæ vidi in Pergamo, & quæ audiui in Pataris. Itaque quum ex Ægypto redirem domum, audirentque illud in Mallo vaticinium apertissimum simul ac verissimum, esse, tamen sic oracula dare, vt ad rem respondeat his, quæcunque propheta quispia in schedulam inscripta tradiderit, recte me facturum putauī, si dum præternavigare, experiret oraculum, Deumque de futuris quippiam consulerem. Hæc adhuc Eucrate dicente, quum viderem quā longè res esset processura, quodque non breuem incepisset de oraculo tragediam, ratus non expedire, vt solus contradicerem omnibus, relinquens eum ex Ægypto adhuc in Mallum nauigantem: Nam & intellegebam molestam illis esse presentiam meam, vt pote qui dissentirem reselleremque eorum mendacia: Atqui ego abeo, inquam, quæsiturus Leonticum, nam opus habeo cum eo congregari. At vos quandoquidem parū sufficere vobis res humanas putatis, ipsos etiā deos denique, in fabularum vobis partem vocate. Atque hæc simul ac dixi, discessi. Illi vero alacres iam libertatem nacti, vt est verissimile, multo sese epulis accipiebāt, ac mēdacijs ingurgitabant. Talibus ô Philocles apud Eucratem auditis, venio per Iouem inflato ventre, non aliter quemlibet qui multo poti sunt, opus habens vomitu. Tum libenter alicunde magno emerim pharmacum aliquid, quod mihi obliuione induceret eorum quæ audiui, ne me non nihil earum rerū lædat inherens memoria: nēpe monstra, dæmones, atque Hecatas mihi videre videor. P. H. I. L. Quin mihi quoque ô Tychiade, tale quiddā hic sermo

tuus attulit: aiunt etenim nō solum in rabiem verti, atque aquam formidare, quoscunque rabidi canes mordeant: verū etiā si quē mordicus homo morfus momorderit, illū morsum quoque, nō minus canino valiturū, atque eū etiā eodem modo formidaturum. Quin tu ergo videris, quum sis ipse apud Eucratem à multis mendacijs morfus, mihi quoque morsum illū communicasse, adeo mihi mentem dæmonibus impleuisti. T Y C H. At bono animo simus amice, quū magnū aduersus huiusmodi res remediū habemus, veritatē rectāque omnibus in rebus rationē: quo si vtamur, nullis huiusmodi vanis stultisquē mendacijs turbabimur.

DECLAMATIO

LVCIANI PRO TYRANNICIDA, THOMA MORO INTERPRETE.

ARGUMENTVM.

Ascendit quidam in arcem, vt tyrannum occideret, at ipsum quidem non inuenit: filium autem eius quum peremisset, gladium reliquit in corpore. Tyrannus ingressus, ac filium iam conspiciens mortuum, eodem gladio se transfixit. Is qui ascenderat, ac tyranni filium interemerat, tanquam tyrannicida primum petit.

DECLAMATIO.



VVM duos tyrannos Iudices vno die peremerim, alterū quidem iam ætate defectū, alterum vero florentem, eoque ad scelerrum successione idoneum, adsum tamen vnicum ob vtrumque præmiū petiturus: idque quum solus omnium qui vnquā fuere tyrannicidæ, sceleratos duos vno ictu sustulerim atque mactauerim: filium quidem gladio, patrē verò nimio illo quo in filiū ferabatur, affectu. Tyrannus igitur ob ea que gessit, satis nobis supplicij dedit, quippe qui & viuus filiū spectauit occisum, & tandem (quod maxime præter omnē spem fuit) ipse sui coactus est tyrannicida fieri. Filius igitur à me peremptus est, in seruiuit autē mihi, etiā mortuus, ad aliā mortē: nam qui viuens iniurias, vnā cum patre fecit, mortuus patrem vt potuit interfecit. Qui tyrannidē ergo sustuli, ego sum: ensisque, qui peregit omnia, meus est, ordinem tantum immutauit cædiū, ac perimendi sceleratos nouauit modū: illum qui fortior erat, & qui vlcis fieri poterat, amolitus ipse: senē vero soli relinquens gladio. Ego igitur ob ista etiam amplius aliquid a vobis expectabam sperabamque, me præmia pro peremptorum numero suscepturum, vt qui vos non presentibus tantum malis eriperim, sed futurorum quoque metu liberauerim, ac certe vobis libertatem præstiterim, nullo hæredē scelerum relicto.

At interim tot rebus à me præclare editis, in periculum venio, ne à vobis nullo præmio donatus abeam, solusque mercede frauder, quam leges à me seruata statuerunt. Hic itaque meus aduersarius, nullo Reipubl. studio, sicut ait, istud agere videtur, sed eorum cæde commotus, vt in eum qui mortis eis causa fuit vlciscatur. Sed vos iudices auscultate paulisper dum tyrannidis mala (quanquam ipsi probe sciatis) expono: nam & hoc pacto melius beneficij magnitudinem cognoueritis, & magis gaudebitis, reputantes quibus estis malis liberati. Neque enim quemadmodum alijs plerisque iam sæpe accidit, ita nos quoque simplicem tyrannidem & vnicā seruitutem sustinuumus: neque vnus domini libidinem pertulimus, sed soli omnium quos vnquā similis presit infelicitas, duos vnus loco tyrannos habuimus, & in duplices miseri iniurias distracti sumus, & in duplices modū senex erat, & in ira mitior, & ad supplicia seignior, & ad libidines tardior: vt potestate iam impetus eius vehementia cohibente & voluptatum appetitiones resrenante. Et ad causas quidem facinorum inuitus à filio dicebatur impelli, quum ipse non admodum tyrannicus esset, nisi quod illi parebat: nam in filium (vt iam ostendit) propensus supra modum fuit. Omnia illi filius erat, illi obtemperabat: & iniuste fecit quicquid ille iubebat & puniebat quos ille volebat in omnibus illi morem gerebat, ac denique sub illius tyrannide vivebat, & vitroneus filij cupiditatu fatelles erat. At iuuenis vero honore ætatis gratia patri cecidit, & solo imperij nomine abstinuit: cæterū re ipsa tyrannidis caput ipse fuit. Firmitas quoque ac tutamentū principatus ab illo pendebat, quoniam & quod ex iniurijs prouenit, solus ipse fruebatur. Ille erat qui satellites ducebat, qui custodias regebat, qui subditos feriebat, qui insidiatores terrebat. Ille erat qui ephebos rapuit, qui nuptias temeravit, cui virgines adductæ sunt: & si quæ cedes erant, si qua exilia, pecuniarū expilationes, tormēta, contumeliæ, hæc omnia iuuenis fiebant audacia: nā senex ipse obsequiebat, & comes in malis erat, & tantū filij scelera cōprobabat. Et res quidē nobis intolerabilis facta est: nā quū animi libidines ab imperio fumunt licentiam, nullū iniuriarū finē faciunt. At illud tamen nos vrebat maxime, diuturnā, imō æternā potius futurā hanc feruitutē sciebamus, & tradidā per successionē Reipublicæ, populūque alij post aliū dominō ac scelerato hæreditatē cessuram. Alijs profecto non parū spēs hæc res facit, quod perpendere possunt, ac secūdicere, at iā cohibebitur, at iā morietur, ac paulo post erimus liberi. De illis vero nihil tale sperabatur, sed iā nunc paratū imperij, cernēbamus hæredē, quā mobrē nec suscipere negociū audebat. Fortiū quisquā, qui tamē eadē mercedē piebāt, sed desperabatur oīno libertas, & in expugnabi-

pugnabilis videbatur tyrannus, cum necesse esset tam multos aggredi. At me nihil ista deterruerunt, neque perperna negotij difficultate detestauī, neque periculū expaui. Solus quidem, solus aduersus tam fortem ac multiplicem tyrannidem, imō vero non solus, sed cum gladio auxiliari conscendi, consorte etiam tyrannidij, mortem præ oculis habens, sed propriam tamen cædem communi libertate compensans. Cum in primam ergo custodiam incidissem, ac satellites haud facile amouissem, obuiū queque perimens, & quicquid obstitisset conficiens, in ipsam negotij caput ferebar, in ipsam vnicum tyrannidis robor, in ipsam nostrarum calamitatum materiam: & in summa arcis custodia sistens, quum illum conspexissem sese generose defendentem, atque resistētem, vulneribus multis tamen interfeci: ac iam quidem sublata tyrannus erat, facinus confectum erat, atque exinde protinus omnes liberi. Senex relictus est ille solus, inermis, custodibus exutus, magno illo satellite suo adempto destitutus, nec amplius vlla generosa manu dignus. Ibi ego mecum iudices talia cogitabā: totum negotium meum bene se habet: omnia peracta sunt, omnia strenue perfecta sunt. Quoniam ergo iste qui superest plectetur modo? Me siquidem ac dextera mea indignus est: præcipue vero facinore tam splendido ac iuuenili & generoso confecto, cuius gloriam addita hac tam inerte cæde minuerem. Dignum autem querere carnis necem quæmpia oportet, verum post ærumnam, tum ne & hanc lucrifaciā videat, puniatur, appositum tantum ensē habeat: huic ergo reliqua cōmitto. Hæc vbi statuissem, illinc amolior. Ille verò, sicut ego antē diuinauerā, fecit, ac tyrannum interfecit, fabulæque meæ supremum actum addidit. Adsum ergo popularem vobis gubernationem adferens: & omnibus securitatem denuncians, ac libertatem feliciter annuncians. Nunc igitur factis meis frumini. Sceleratis enim (vti videtis) arx vacat, imperat autem nemo, sed & honores tribuere licet, & iudicare, & ex legibus contradicere: atque hæc vobis ex me, atque hoc facinore meo profecta sunt: atque ex illa vna cæde, postquā pater haud amplius viuere potuit. Dignum igitur ob ista censeo, & debitum à vobis mihi præmiū dari: non quod studiosus lucri sim, aut qui parua magnipendam: neque quod ob mercedem de patria benemereri in animum induxerim, sed quod mea officia cupiam vestro præmio esse comprobata, ne despectus sit, nève inglorius fiat meus conatus, tanquam à vobis mancus, & præmio iudicetur indignus. At iste cōtradicat, & me præter æquū ait facere, qui honorari velim, ac præmiū referre: non enim esse me tyrannicidam, neque factum à me quicquam secundum legem esse: sed factū meo quiddam ac præmiū petendum deesse. Rogo igitur eū, quid reliquū à me desideras: non volui? non ascendi? non peremi?

non liberaui? nū imperat quisquā? num iubet quisquā? nū dominus minatur quisquā? nū maleficorū effugit quisquā? non dixeris. Sed omnia pacis plena, & leges omnes reddita, & manifesta libertas, & popularis gubernatio firma, & coniugia inuoluta, & pueri extra periculum, & virginis tutæ, & festas agens ferias ob communem felicitatē ciuitas. Quis est igitur horum omnium causa? quis illa sustulit, ista præbuit? Etenim si me quisquā est hoc honore dignior, illi hac mercede cedo, ac præmio isthoc abstineo. Sin verò solus ego cunctā peregi, audens, periclitans, adoriens, interimens, puniens, alterum in altero vlciscens: quid mea calumniaris officia? quid ingratiū erga me populū facis? At ipsum non occidisti tyrannum: lex autem tyrannicidæ præmiū statuit. Interest ergo quicquam, dic mihi, an ipsum perimas, an mortis ei causam præbeas? Ego certē nihil puto, nèpe hoc solum legislator spectauit, libertatem & populārē statum, ac sceleratorū amolitionē, istud honorauit, istud gratia dignum censuit, quod factum à me non esse non queas dicere. Si enim illū occidi, quo occiso iste non potuit viuere, ipse nimirū mactauit. Cedes mea manus illius erat. Ne nimium ergo curioso de mortis modo disputes, neque ex amine quo modo interijt: sed an amplius non sit, an per me est, quod amplius ille nō est. Quandoquidem hoc quoque mihi videris excussurum, & sycophantā in benemerentes acturus, si quis non ense, sed lapide, ligno, aut alio quopiam modo peremisset. Quid verò si tyrannū fame obfessum, ad mortis necessitatem adegissem? etiā nē tū requireres meam manu peractā cædem? alioqui deesse adhuc aliquid mihi ad legē implendā diceres? atque id grauiore supplicio interfecto malefico? Vnum solū examina, istud interroga, in hoc curiosus inquire, quis facinorosorū superest? quis iniuriæ metus imminet? quæ vestigia calamitatum? Sin verò purgata sunt ac pacata omnia: sycophantæ est, modū rerū calumniatē, velle præmio ipsis factis debito fraudare. Ego siquidē hoc quoque in legibus declaratū memini (nisi forsitan ob longā seruitutē sim quæ in illis dicitur oblitus) causas mortis duas esse: siue quis ipse occiderit: seu si quis ipse quidē non occiderit, neque manu rem gesserit, coegit tamen atque occasione necis dedit: æqualiter hunc etiā lex plectendū censet, atque admodū quidē iuste: nam præbitā interitus causam nihil iudicauit ipso facto minorē, ac reliqua iā de modo necis quæstio superuacua est. Illum ergo qui sic occiderit, puniendū tanquā homicidā æquū censens; ab soluique nullo pacto velis: qui verò eodē quo ille modo ciuitati benefecerit, indignū benemeriti præmio duces? Neque enim istud possis dicere, me videlicet id fecisse tantum: bonum autem exitum quendam temere non me id destinante, consecutum. Quid ergo pertinuissim amplius, ep qui fortior erat inter-

empto? Quid in vulnere gladium reliquissim, nisi id ipsum omnino quod erat futurum praediuinassim? Nisi hoc fortasse dixeris, quod qui peremptus est, tyrannus non erat, neque hoc nomen obtinebat, neque multa vos ob id libenter, si necaretur, praemia dedissetis: sed hoc nunquam dices. Ergo interempto tyranno, illi qui causam praebuit non reddes praemium? O curiositatem, quomodo necatus est curas, quum libertate fruaris, aut ab eo qui Democratia restituit, amplius aliquid postulas? At qui lex (vt dicitur) ipsum rerum caput examinat, media autem omnia valere sinit, neque vltra curiosius inquirat. Quid enim, qui in exiliu tyrannu compulisset, non honorem iam tyrannicidæ tulisset? Imò ac valde quidem iuste, nam & ille libertatem pro seruitute praestitit. At quod à me factum est, non exiliu, nec redintegrandæ rebellianis metus, sed omnino perfecta sublatio est, & generis illius vniuersi internicio, ac totius mali radicitus excisio. Ac nunc per deos omnia mihi ab initio in finem vsque (si videtur) excutite, an praetermissum quicquid ad implendam legem fuerit, & an quicquid mihi defuit, quod adesse tyrannicidæ debuit. Ante omnia igitur animu adesse generosum decet, atque Reipub. studiosum, paratumque pericula pro communi commodo subire, ac propria morte multorum salutem redimere: ergo ad id mihi quicquam defuit? An animo fractus sum? an pericula prospiciens, per quæ mihi vadendum erat, detrectaui? non id dixeris. Mane ergo in hoc solo, ac me finge ex eo solo quod volui, atque isto consilio fui, etià si nihil inde boni prouenisset, tamen ob mentem ipsam assurgentem praemium tanquam benemerentem petere, quam tamen ego non potuerim, sed alius me secutus tyrannu occiderit, absouu (dic mihi) aut absurdum esset tribuere: maximeque si dicerem, o viri, volui, cupiui, aggressus sum, atque animi mei signa dedi: solus honore dignus sum? Quid tum responsurus esses? Nunc verò nò id dico, sed & ascendi et periclitatus sum, atque innumerabilia priusquam adolecentem peremerim feci. Neque enim rem vsque adeo facilem esse suspicemini, custodiam superare, ac satellites opprimere, vnumque tot viros auertere. Sed ferme maximum in tyrannicidio, atque ipsum rei caput istud est. Nam ipse quidem tyrannus, non magnum opus est, neque magno negotio conficiendum, neque expugnatum difficile, sed ea potius quæ muniunt ac tuentur tyrannidem, quæ qui vicerit, is omnia peregerit: nam reliquum quidè parum est. Si quidem istud ad tyrannum vsque penetrare, nequaquam licuisset mihi, nisi custodum qui eos cingunt, ac satellitum omnium victori, ac nisi eos omnes prius deuicissem: Nihil amplius adjicio, sed ijs rursus immoror. Custodias superavi, satellites inquam, tyrannum incultoditum, inermem, nudu reddidi. Ob hæc ne honore tibi dignus videor? an adhuc à me eadem postulas? At qui

si eadem etiam quaeris, nec istud quidè deest. Neque enim incuratus sum, sed perpetraui magnam ac nobilem necem iuuenis florentis atque omnibus metuendi, per quem etiam illertutus ab insidijs erat, quo solo confidebat, qui multorum loco satellitum sufficit. Quid tum ergo, num praemio dignus sum? num tantarum rerum honore fraudabor? Quid enim si satellitem vnum, si ministrum quempià tyranni peremissim? quid si seruum honoratorem? an non magnum etiam hoc tibi videtur, ascendere, atque in media arce, in medijs armis aliquem ex amicis tyranni conficere? Nunc autem etiam illum qui peremptus est considera: filius erat tyranni, imò tyrannus grauior, ac dominus inclementior, ac tortor crudelior, extortor violentior. Tum quod maximum fuit, hæres omniumque successor: postremo qui in longum poterat nostras calamitates extendere. Vis ne hoc me solum fecisse, tyrannum autem ipsum adhuc ereptum fuga viuere? Munus ob ista peto, quid dicitis? non dabitur? Non illum quoque suspexitis? non dominus? non grauis? non intolerandus erat? Nunc verò etià caput ipsum intelligite. Quod enim iste à me flagitat, id quam optime fieri potuit, peregi, ac tyrannum alterius necem caui, non vulgariter, neque vno ictu, quod illi post tot scelera maxime fuit optandum. Sed dolore multo prius exagitans, & in oculis ostendens misere prostrata, quæ illi fuerant clarissima, filium quanquam malum, tamen ætate florentem, ac patri simile, sanguine ac tabo plenum. Hæc sunt patrum vulnera, hi legitimorum tyrannicidarum gladij. Hæc tyrannus crudelibus digna mors, hoc supplicium sceleribus tantis debitum. Nà illico mori, illico necere, nullum tale spectaculum cernere, nihil habet tyrannica poena dignum. Non enim ignorabam (te appello) non inquam ignorabam, imò nec alius quicquam quantum ille erga filium gerebat affectum, & quod post illum viuere ne paululum quidè dignaretur. Atque omnes fortasse patres sunt in filios eiusmodi. At hic certè aliquid supra cæteros habebat, idque merito, quippe qui illum solum videbat ducè seruatorumque tyrannidis, solumque pericula patris praoccupantem, ac firmitatem imperio praestantem. Vnde etiam quaquam non ob amorem, at ob desperationem saltem statim illum sciebam moriturum, quum cogitaret inutilem sibi vitam futuram, securitate quam illi filius praebat ablata. Omnibus igitur illum simul circumsepsi, natura, dolore, desperatione, terrore, ac temporum etiam futurorum metu. His in illum commilitonibus vsus sum, & ad vltimum illud consilium coegi. Interijt nobis orbis, afflictus, dolens, lacrymans, luctum lugens, breuem quidem, sed qui patri sufficiat, & quod grauissimum est, ipse à seipso, quod mortis genus omnium est miserissimum, multoque acerbius quam si inferatur ab alio.

Vbi

Vbi mihi gladius est? num quis illum agnoscat alius? num cuiusquam alterius telum est? Quis illum in arcem duxit? ante tyrannu quis vsus est? quis illum tyranno misit? O cæsis mecum comunicans, reru à me bene gestaru successor, post tot discrimina, post tot mortes despicimur, & indigni praemio videmur. Si enim ob istud solum hunc à vobis honorem peterem, si dicerem: o viri, tyrannu mortem cupientem, acrum inermi forte depreheso, meus iste subseruiuit gladius, atque operam suam ad consequendam libertatè como dauit omnibus, honore ac praemio indignu putassetis? dominu tam popularis rei non retialissetis? non inter benefactores inscripsissetis? nò inter sacra gladium ipsum reposuissetis? non secundu Deum illum cohuissetis? Nunc mecu cogitate, qualia tyrannum ipsum ante mortè & fecisse, & dixisse sit verisimile, quum filium perimerè, ac vulneribus multis in parte corporis conspicua perforerem, quo videlicet genitor vreretur, atque à spectu primo stupefceret, miserabiliter exclamauit, atque inclamauit patrem, non vt auxiliator esset aut comilito, quippe qui iam senex erat atque inualidus, sed domesticorum malorū spectator. Ego illinc digredior, totius quidem tragediæ auctor. Reliqui verò histrioni cadauer, & scenam, & ensem, ac cætera quæ fabula supererant. At ille quum adesset, ac videret filiu quem habebat vniciu, vix respirantem, lacrum ac morte plenum, vulnera quobque illa densa, ac multa, & letalia gerentè, sic exclamauit: O nate, sublatus sumus, interepti sumus, tyranni cæsi sumus: vbi iste in rector est? ad quid mihi parcat? cui me referuat malo per te iam fili praemortuū? nisi me forte vtpote senè contemnit, & lente me perimere decreuit: ac mortè mihi producit, vt necè mihi faciat longiorè. Et simul ista dicens, ensem quærebatur: ipse autè erat inermis, vt qui omnè in filio spè reposuerat. At ne is quidem defuit, iam dudum enim à me ante praeparatus erat, atque ad facinus futurū relictus. Ergo ex corpore euellens, & ex vulnere gladiu eximens, iam dudum me occidisti, peremisti, nunc verò mihi sine facto. O cæsis, inquit, patri lugenti consolator veni, atque infelicè senis manū adiuua, iugula tyrannum, perime, ac luctu solue. Vtinam te prior incidissem, vtinam ordinem cædis incepissem, tecidissem quidem, at vt tyrannus tantum, & vltorè sperans, nunc verò vt orbus, nunc verò vt etià carnifice egens. Et hæc simul dicens, vulnus intulit tremulus, impotens, cupiens quidem, inualidus tamen ad facinoris ministerium. Quot sunt ista supplicia? quot vulnera? quot mortes? quot tyrannicidia? quot praemia? Et tandem vidistis omnes iacentem iuuenem: opus neque paruum, neque facile, senem verò illi circumfusum, cruorè vtriusque inhaerentem, atque iam libertatis, & victoriæ parentem libitinam, & nostri ensis operam? ensem verò ipsum inter vtrunque monstratum, declaran-

tem quam non indignus domino sit, testantemque quod mihi sit fideliter obsecutus. Hoc si ego fecissem, obscurius fuisset, nunc vero redditur ipsa nouitate splendidius. Qui tyrannidem ergo omnè sustuli, ego sum: opus autem in multos distributum est, quemadmodum in fabula. Atque egi primas quidem partes ego, secundas verò filius, tertias tyrannus ipse, cæsis autem subseruiuit omnibus.

DECLAMATIO

THOMÆ MORI, LV.

clauica respondens.



ON putauerat Iudices, ei, qui (id quod ego nunc facio) publicam causam suscepisset agenda, opus fore, vt curid facerè instituerit, rationè reddat: Neque enim vllum fore periculū, nē id malicia potius aggressus, quam pietatè videatur, quum hoc certissimum praebat magnæ integritatis argumentum, quod aliorū omnium commo dis elegerit suo priuato labore consulere. Quod quanquā omnes istiusmodi causarum patronos merito posse exilium ab omni calumniæ suspitione defendere, me tamen omnium meritisimè, qui vt omnibus prosum, non solum hunc mihi laborem desumpsi, sed inimicitias etiam eum eo virò contraxi, qui se tyrannos quoque iactat occidisse. Sed quoniam nihil tam restè ceptum esse video, quod non improborū vellicet ac deprauet iniquitas, & quosdā iam nunc misitantes audio, qui istius oratione persuasi, hoemum officium in peiorè partè rapiunt: statui Iudices vobis huius actionis meæ causas exponere, ne quis industria meæ malignus interpres eam dolori, odio, vel inuidiæ conetur ascribere. Ac primum, quid est cur tyranni mortem dolere puter: nā id iste mihi nuper obiecit, probationè verò nulla attulit, dixisse tantu contentus, & credi sibi sine argumento, sine teste postulat: imò, inquit, nisi doleres, nisi tyranni mortè vlcisci cuperes, mecu nò contenderes. Ergo eo solo lugere me tyranni mortem probas, quod tibi ob eius necè, praemiu iniuste petenti, ego me iuste opposui? Vis videre quam nihil dicis? Si te tyrannu occidisse probes, ego tecum litigare, nec si velim possem, nec si possem vellem. Nunc verò quid aliud cōtra dicturus sum, quam quod illum non occidisti? Si tu interfecisses, nihil quererem, imò laudarem, admirarer, ac praemium primus decernerem: nunc verò ideo tibi contradico, ideo tibi honorem denego, ideo aduersor, ideo queror, quia tyrannu non occidisti. Num igitur occisum protinus dolere videt? Ostendisse potius iudices debuit, me tyranno fuisse vel sanguine coniunctum, vel affinitate pro pinquū, vel beneficijs deuinctum, vel scelerum comunione foederatum. At istorum quicquam ne fingere quidem potuit:

potuit: ergo si neque cognatis illi, neque affinis fui, si mea opera nunquam in cuiusquā iniuriam vsus est, si ab illo beneficij nihil in me collatum est, si me acerba seruitute cum cæteris simul oppressis, si me illius interitus libertati vobiscum vnā restituit, quid causæ est vt illius mortē meæ salutis ac libertatis auspiciū doleam? At odij certè tantundem causæ est. Nam quid egit quod odium in illum protocaret meum? Primo tyranni filium interfecit: postea verò tyranno sibi manus inferente, iste præmium tanquā tyrannicida petijt: quorum alterū, puta quod iuuenē peremit, quantum ad ipsū parum consulte, parumque ex communi cōmodo fecerat, nisi dii nobis fuissent propitij, fecit ille tamen animo (quantum ego certe suspicor) non malo. Alterum vero, nempe quod præmium postulat quum nō meruerit, vt nunc sunt hominū ingenia, non miror, & ignosco certe, modo possit auferre. Neutrum istorum odium in illum meum concitat. Extra hæc nihil vnquam fecit, quod ad me villo modo pertineat: ergo tam iniquus sim, vt hominem vix tandē satis aut de facie, aut fama notū, qui me nec re offenderat, nec verbo læserat, gratis odio persequeretur? Restat inuidiæ diluenda suspicio, quæ talis est, vt nullo malo carere velim libentius. Nam quū omnia vitia sint suapte natura pernicioſa, nullum tamen est litore pestilentius: quodque peccatis, cui semel inſederit grauioribus tormentis exagitet. Nempe alterius fortunā, si ium infortunium ducere, secundis aliorum rebus æstare, alienis laudibus vri, aliena felicitate torqueri, an non summa miseria, non extrema dementia est? Itaque si à quoquam alio vitio iudices absum, ab hoc certe longissime absum. Cuius vnquam fortunæ impetij? Cuius res bene gestas eleuauit? Cuius laudibus vnquam detraxit? Cuius famam labē resperſi? Certè ab huius vitij suspicione si me medioeris ista fortuna mea non asserit, quæ nō tam inops est, vt aliorū opibus ac præmijs inuideam: si me antea vita non vindicat, quæ non vsque adeo est rerum bene gestarum indiga, vt aliena debeat laude tabescere: At ipsa me Hercle causa prorsus absoluit: quæ talis est, vt potius omnium veniam, quam cuiusquam mereatur inuidiam. Quæſo iudices, quod tandem odij signum, quod inuidiæ documentum præ me fero? Non prouoco, nō irascor, non accuso, vrbe tantum in ius vocatam ab illo defendo. Sed quæ sedētibus ergo cæteris, ac tacentibus vniuersis, atque in his multis & clarissimis viris, & auctoritate præstātibus, & multo ad dicendum instructioribus, ego potissimum surgo, & petenti præmia cōtradico? Illi ipsi profecto quin mecum sentiant non dubito: & quin ex his plerique sint, qui hoc ipsum officium, nisi ego iam suscepissem, libenter fuerint obituri: neque tamen ideo culpandus sum, quod me pro patria primus obtulerim. Quicquid est, alieni si-

lentij causas non debeo: me certe ad dicēdum cum Reipublicæ causa, tum deorum immortalium respectus incitabat: nempe quum vidērem satis tenues gratij nostri prouētus, & presentem pecuniam nimis exiguam, tum instare multas necessarj sumptus occasiones, nō ferēbā vt ciuitas hoc insuper nō necessario sumptu mulctaretur. Tyrannicidij præmiū quantum sit non ignoratis, ac merito quidē: quod enim pretium satis grande sit, quo agri, foci, fortunæ, liberi, coniuges, salus, ac libertas omnium, postremo ipsæ deorum aræ atque tēpla redimuntur? Quod quo maius atque vrbi onerosius est, eo magis à nobis prospiciendū est ne temere colloctur. Satis iudices, satis impensas ac sumptus imminet, satis effundendum est, vt ærarium nostrum tam profunde, nō iste etiam cui nihil debemus, exhaustiat. Præterea quum hoc tyrannicidium sola deorū clementia prouenerit, quo toties in clamati calamitatū tandem nostrarum miseris, crudelissimi nos iugo tyranni soluere, ac libertati reddere voluerūt, non ferēdum putauit vt ciuitas honorem, gratiamque dijs merentibus ablatam, hominī nō merēti tribueret. Totum autē hoc negocij fortunæ deorumque benignitati deberi, huic nihil gratiæ, apertissimis argumentis docebo: quod dum facio, quæſo iudices diligenter attendite. Tria sunt quorum iste quodlibet sufficere sibi ad hunc honorem consequendum putat, vel quod tyranni peremit filiū, vel quod tyrannū tentauit occidere, vel quod pater filij nece cōmotus, en se quem ille reliquerat, mortem sibi conscituit. Ergo illius adolescentis cedes tyrannicidium videtur? Quid ni? nepe & ille (inquit) tyrannus erat. Quis id credit iudices, vrbe vnā duobus suffecisse tyrannis? duos tyrannos inuicem concordēs eadē incoluisse moenia? vnus vrbs ambitu potuisse contineri, quorū alter utri vix vel orbis vniuersus suffecerit? Quisquis id credendum duxerit, is mihi parum videtur tyrannicam considerare naturam: nam legitime quoque potestates, ac non solum legibus gubernantes, sed etiam legibus obtemperantes, ac tyrannide tanto intervallo mitiores, ambitione tamē ita vincuntur, vt nec vel intimatorum amicorum vitæ parcant, potiusquam eos habeant imperij sui confortes. Quis tyrannum eredit natura ferum ac violētum, imperij sui, cuius ardore hominum leges protruerit, deorum contempserit, vitant neglexerit, socium quenquā admittere? Quin brutorum quoque pleraque fermē, que quod tyrannorum proprium est) raptō viuunt, quibus solius pabuli cura impressit aliqua tyrannicæ naturæ vestigia in proprios foetus scūnt, potiusquam socios illos venationis accipiant. Et hominem tyrannum putamus, quem saltus instat, ambitio stimulat, cupiditas vrget, gloria sollicitat, suam cum quoquam posse cōmunicare tyrannidem? At iste non solum duos tyrannos facit, verum etiā adolescentē plusquam tyrannum

tyrannum vult videri: nam ciuibus atrocēs (inquit) iniurias fecit, cæde, rapina, stupro, omnibus denique scelerum formis insignis. Nominē quidem abstulit, cæterum re ipsa tyrannidis caput erat, ac parentē plus potuit, cum vt volebat rexit. At longē cōtra se res habet iudices: nimirum impotēs semper ac formidolosa res tyrannis est. Neque filius profecto patrem tulisset si posset, neque filio tantū permisisset pater vt posset. Nemo tyrannis est herede suspectior, qui eo maiore parenti metu incutit, quo magis ferocem eius indolem ac tyrannicos mores expresserit. Continebat ergo filij sui cupiditates, atq; adolescenti stringebat potius quam laxabat habenas, ne viribus nimium inualeſcens iuuenis, imperij audus, atque opibus insolens, nec sibi iam impetrans, tandem ne parenti quidē parceret, quum iam Saturno superi Iouem præferrent. Nam si iniurias interdum fecit, quid aliud quam se parenti satellitem præbuit? ex quibus quotusquisque est, qui non grassetur, nuptias violēt, domos copiet, phana dispoliet, obuios cædat, atque optimum quenque trucidet? Sed quoniam vnus est, cuius potentia atque vmbra freti, tam scelerata grassantur audacia, pœnas alioqui facinorum suorū vel illi, vel publicis legibus daturī, ipsi quidem latrones, homicidæ, fures, adulteri: solus autem vnus ille scelerum princeps, sub cuius nomine omnes impune delitescunt, tyrannus est. At ille adolescentens, si quando patrabat aliquid atrocius, patrem semper sic imperasse dicebat, neque ego quin imperari dubito. Nam filius quantum ea indole fuit, vt parentem aliquando videretur (si ad tantam peruenisset ætatem) flagitijs ac sceleribus æquaturus, tamen in hac adolescentia, præ illius crudelitate ac seuitia, quibus iam à puero semper assuetus insentuerat, rudis adhuc miles, ac vix tyro fuit, neque ferē magnum quicquam nisi à patre iustus atque edoctus agebat. Sed siue non hī iustus illa faciebat, siue ipse etiam iniustus audebat, tamen quum tanquam iustus egerit, quum neque tyranni nomen vsurparit, neque se pro tyranno gesserit, sed patri se parere significarit, & auctorem suorum causas in illum retulerit, quum alium se potentiosem esse confessus sit, cuius viribus fideret, à quo omnis eius penderet impunitas: furē si velis, aut sacrilegum, vel si quod aliud nomen mauius, appelles: at is profecto non est, in quo fieri tyrannicidium potest. Quod si illum omnia solum potuisse, ac re ipsa tyrannum fuisse contendas, & (quod paulo antē iactabas) illico eius morte liberam fuisse rempublicam, fingamus obsecro adhuc parentem viuere, sed non fugatum tamen, quod nescio cur ipse finxisti, quippe quem nec ipse fugaueras, nec cur ei fugiendum esset feceras. Filio enim tantum per insidias adempto, reliquis viribus integris, non video cur patri magis desperandum, aut fugiendum fuerit,

quàm si aut filius ei natus non fuisset, aut peste correptus obiisset. Patrem ergo fingamus (vt dixi) viuentem, ac filio quidem vnico orbatum, sed satellitum tamen cætera cinctum, eadē filij lachrymātem: sed interfectori minantem, atque omnia suppliciorum genera destituantem, in suorum vultu tristi quidem, sed tamen truci procurrere, & proloquo quem tu reliquisti gladio, ingentia polliceri præmia, si quis eius ensis dominum prodiderit: hic tu foro iam ab illo, atque eius satellitibus occupato, & in caput tuum quæstione iam haberi cœpta, in publicū fortis tyrannicida procurre, & in medios globos irruens tyrannum te occidisse proclamita, libertatem omnibus denuncia, ac Tyrannicidij præmiū postula. Quid fugis? Quid latebras quæris? Quid tyrannicida metuis? An non libera est Respublica? An non tyrannus occisus est? Neque ergo is quem peremisti tyrannus erat, sed quidam potius tyranni satellites: neque eius morte ciuitas libertati restituta est, quod solū paulo antē dicebas huius legis spectasse laterē. At heredē (inquit) occidi. Quid mihi hæredes nominat? Quid in tyrannide leges memorat? Legum ista nomina sunt. Iuris est ista successio. An Piratæ filii si demortui patris locum impleuerit, heredem quisquam dixerit? Intestatus semper tyrannus moritur, quippe legibus ab illo captiuis, quæ sole ratum facere testamentum possunt. Proinde qui defuncti locum tyranni subit, hæres non est, sed nouus tyrannus. Non enim succedit, sed inuadit. At illi nunc paruissemus. Istud qui constat? Ego cōtra tyranno mortuo populū illico liberum esse dico. Alioqui frustra lex tyrannicidæ præmiū statuit, si alterius morte in alterius potestate recidimus. Sed longe fecus iudices, defuncto enim quolibet casu Tyranno, populus iam tum liber dum amici luctu occupatur, dum stupēt eius morte satellites, illico sese in libertatē alleruissent: heu, plus filius aduersus populi vires tū valuisset, quam nunc potest quisquā, vel ex amicis tyranni potentissimus, aut genere quisquis ei fuit post filium proximus: ad quē, si successiois nomen atque hereditatis audiendū est, tam nunc tyrannus pertinet, quam ad filium pertinuisset. Qui satellitem igitur, qui amicū, qui cognatum, qui filiū tyranni peremerit, frustra Tyrannicidium iactauerit. Tyrannus ipse solus est, sed volui (inquit) pertētari, periclitatus sum, quod negari ne possit, filio tyranni perempto, spe future tyrannidis extincta, præclarū animi mei documentū reliqui, vel hoc solū sufficere mihi ad hunc honorē puto. Hic vide obsecro quam nihil malæ uolē, quam simpliciter agam tecū omnia, quam ex re tua totū hoc negociū minimē suspiciosus interpretet. Nam si alius hanc ageret causam, nec tamē ex inimicis tuis, sed ex acrioribus istis auctoribus quispiā qui locos omnes exequit, & suspicionibus vrget, as moleſt

moleste nimium premunt, sic Hercules hunc tractaret locum, vt te nec id tentasse vnquam, nec destinaſſe contenderet. Quod ſi tu vociferaris mirari te quenquã tam inſigni eſſe impudentia, vt talia dicere occiſo in ipſo conatu tyranni filio audeat, hic ille protinus quaſi fieri non poterit (inquit) vt non patriam liberaturus, quod non præſtitit, non Tyrannum occiſurus, quem non attigiti: ſed ipſum potius iuuenem quem trucidati perempturus, aſcenderis illatam tibi priuatim aliquam vlturus ac retaliaturus iniuriam. Hic ſi inſtaret, vrgeret, premeret, ac certas aliquas probationes illius animi tui ac propoſiti flagitaret, vides (vt opinor) in quantas traheris anguſtias. Sed ego tecum hoc pacto non agam, quippe qui in rebus (cuiusmodi iſta eſt) vehementer obſcuris, aſſueui ſemper in meliorem partem eſſe procliuor. Permitto itaque tibi, vt iſta feciſſe animo in Remp. propenſo videaris. Voluiſti ergo, ac tentatiſti proſus auferre Tyrannidem. Hoc tibi videtur iſto præmio compenſandum? Primum quod voluiſti, quis non videt quam fit exiguum? Nam hac ratione omnes tyrannidij præmium peremerus. Quis enim tam frigidus in Rempub. animo fuerit, vt Tyrannum crudeliſſimum non libenter auferre voluerit? Tentando verò quid aliud declaratiſti, quam quod eſſe Tyrannidam voluiſti? Quod te præterea periculis expoſuiſti, an id præmium meruerit vllum, poſtea videbimus: quod autem iſtud non meruerit, ſpero vobis iudices eſſe vel ſola legis recitatione perſpicuum. Quæ quum præmium niſi Tyrannidæ nõ ſtatuat, qui verò Tyrannum nõ ceciderit, eſſe Tyrannidam non poſſit: quantumlibet quiſpiã tentauerit, quantiſcunq; ſeſe periculis expoſuerit, fruſtra Tyrannidij præmium, niſi cæſo Tyranno petierit. Nam ei qui dum conatur occidere, in exilium cõpulerit, præmiũ quidem: ſed neque tantum, neque tanquam Tyrannidæ decernã. Etenim ſi morbo quopiã laborans denunciem, quicunq; me ſanauerit, ei recuperata valetudine, tria me talenta daturũ, veniat aliquis ſpe mercedis inductus, qui mei curam ſuſcipiat: deinde medicamenti quibusdam adhibitis, vbi fruſtra ſe conari ſenſerit, artem ſuam morbo victam conſeſſus, me iam deploratum relinquat: aliqua tamen moleſtiæ parte leuatũ, ſanitati illi mercedẽ, quia non ſanauit, non debeo: ruruſus quia profuit, inanem proſus ac me dimittere haud æquum eſt. At ſi poſt mille pharmaca, nihilo tamẽ melius habentem deſtituat: præmiũ nihil meretur, qui nihil iuuat: gratiã verò tantundẽ fere, qui quod mederi tentauit, ſui gratia, non mei fecit. Quod ſi inſigniter Mediçæ artiſignarus, rem tamen aggre di fuerit auſus, atque aliquãriſper miſere venenis adfectum poſtea dimittat: quum iam non modo nihil opis tulit, ſed plurimum doloris addidit: etiam ſi ſeſe gratis obtulerit: vtrum amore dignus eſt, quod me

ſuo labore tamdiu nulla præmiũ ſpe tam officioſẽ vexauit: an ſummo potius odio, quod temerẽ ſeſe meo periculo ei negotio cuius erat imperitus immiſcuit? Huic rei Iudices haud multũ mihi videtur præſens cauſa diſſimilis. Lex enim Tyrannidã conducere vehementer alicunde ſtudet, eiq; præmiũ certum Tyranno cæſo, pollicetur. Sed Tyrannidã quã dicit Iudices, hominem quaerit artiſicem: non manu tantum fortem, ſed pectore quoq; multo magis valentẽ, conſilio potius quam viribus præſtantem: qui inſidias tendere, laqueos abſcondere, occaſiones captare nouerit. Ergo hanc prouinciã ſi quis huiusmodi ſuſceperit, qui Tyrannum ipſum arte, & inſidijs adoriatur, adorſum opprimat, oppreſſum interimat: nec re cœpta ſemel niſi perfectã deſtitat: hic Tyrannidij præmiũ audacter poſtulet. Sin id quidem non poterit, quod autem proximum eſt, & conſine, fecerit: Tyrannum videlicet vel in exiliũ abegerit, vel ad deditiõnem condonata vita coegerit, vel ad deponendam Tyrannidem certa conditione compulerit: hunc ego præmio dignum, neq; nullo quidem neque tamen Tyrannidæ iudico. At ſi quis manu potens, mentis inops, illarum penitus ignarus artium, quibus inſtructũ eſſe Tyrannidam oportet, qui rem viribus egere tantũ, ac non conſilio putet, qui denique Aiaci multo ſit, quam Vlyſi ſimilior: Sed adiaci tamen iam abiudicatis armis inſanienti, arma hominum loco trucidanti: Si huiusmodi, inquam, quiſpiã rem tantam conſiciendam ſibi deſumpſerit: tum nec inſidias collocans, nec tẽpus eligens, nec occaſionẽ expectans: impetu quodam proruat, nec ab ipſo Tyranno incipiat, ſed in fatellites eius inſiliat, dato interim illi ſibi cauendi loco: Tum ſubducto Tyranno, re temere cœpta, ſtulte geſta, per ignauã relictã, ac penitus infectã, ſola ſibi fuga, abiecto etiã gladio conſulat: Poſtea vero vel deſuncto, vel interfecto Tyranno, in publicũ prodeat: præmium tanquã Tyrannidã poſtulet: atque huiusmodi vtatur oratione: Volui Iudices, auſus ſum, tẽtaui, periclitatus ſum: Vtrũ Iudices illi Tyrannidij præmium decerneretis, quia Tyrannum tentauit occidere? an malam potius gratiam haberetis, ac dignũ etiam ſupplicio duceretis, quod iſte vna temeritate non ſe ſolũ fruſtra periculis obiecerat, ſed vrberem etiã vniuerſam in ſummum diſcrimen vnã præcipitauerat: vt pote qui Tyrannũ ſtulte irritando fecerit & cuius inſeſtorem, & aduerſus inſidias cautiorem? Videtis ergo Iudices quemadmodum id quod iſte vel ſolum ſatis eſſe conſidebat, vique adeo nihil adiuuat, vt etiam non nihil officiat. Quamobrẽ ſi neq; is, quem peremit, Tyrannus fuit: nec ſatis Tyranni filium occidiſſe fuit: tentaffe verò temerẽ, plus quam fruſtra fuit reliquum eſt, vt vltimum illud Tyranni videlicet ipſius mortem, excutiamus: quam iſte ſibi nos debere diſputat. Hoc

tat. Hoc totius negotij caput eſt; hoc ſi vobis iſte perſuaſerit, cauſẽ nihil eſt quã vicerit. Cõtraq; ſi ego hanc partem vicerõ, atq; ſacrã hãc, quod aiunt, anchorã illi prædiderõ, nõnne illico neceſſe eſt illud tuet, ac naufragio pereat? Idcirco Iudices, hic etiam, atque etiam obſecro vt quã maxime ſitis attenti, dum Tyranni cædem doceo, ex qua tota iſta pendet controverſa, nihil ad iſtum quicquam pertinere. Totum ergo hunc locum, Iudices ſic ab iſto tractatum eſſe meministi, vt qui vobis perſuadere cuperet vt crederetis eum iam tum quum filiũ perimeret, parentem, quod poſtea fecit, præſciſſe facturũ. Sciebat, inquit, ſatis eſſe filium occidere, ſciebat patrẽ alio ſeſe poſt mortem filij perẽpturũ. Imò ſciebat certẽ, quum ſic hanc cauſam ageret, opus eſſe tibi vt illa præſciſſe videretis. Alioqui fruſtrã te præmium Tyrannidij petiturum: ſi neque ipſe Tyrannum peremiſſes, neque id ſaltem feciſſes, vnde illi ſcires exitium imminere. Eam ob rem Iudices exitium eius factiã certum videri voluit, vt nobis etiã audientibus dixerit, ob id ipſum ſeſe à Tyranno manum abſtinuiſſe, eumq; ſibiſpiã pariter, & iſtius gladio reliquiſſe, quem alio qui, vt ait, faciẽ potuiſſet occidere, feciſſetq; niſi de exitu securus ſcilicet, tunc de inſidria peperciſſet, vt paulo poſt miſerius interiret. Hic igitur quid faciam? quo me potiſſimum verтам? vnde argumenta conquirã, quibus hunc probẽ nõ eſſe rerũ futurũ præſciũ? Quin illũ percontemur potius, ac rationes aliquas exigamus, quibus ille nobis fidẽ rei tam longẽ ſupra ſedẽ faciat, vnde hanc tam mirabilẽ diuinandi peritiã nactus ſit, vtrũne homine quopiã docente didicerit, an numine potius inſpirante cõceperit. Dic igitur nobis Tircia, quonã probamento facies, vt conſtet comprehenſam eſſe tibi rerũ futurarũ ſcientiã? deſoſſum alicubi theſaurum effodẽ, & cogitationes noſtras euoluẽ, abſtruſum aliquid, atque occultatum erue, quod miremur omnes: nempe eiũdem artis eſſe pũto, & quæ præſentia latent edicere, & quæ ſunt futura prædicere. Aut ſi tu futurũ duntaxat vales, aliqua nunc edidiſſe aliquot poſt hoc annis, aut ſi libet, ſeculis potius euentura: quæ quum ex tuo præſcripto ceciderint omnia, tum demum redito, & futura te præſciſſe dicito. Interim profectũ ægre, quantum ſuſpicor, obtinebis: quod te neſciente fiebat, id præſciſſe credaris antequam fieret. Quod ſi tum, quum filiũ interimeres, ignorabas patrem ſeſe, quod poſtea fecit, occiſurũ: cur tu nũc eius cædis præmium poſtulas, quam niſi velis impudenter eſſe mendax, fateare neceſſe eſt, te ignorante, atq; adeo ne cogitante quidem, perpetrata eſſe? Sed ideo ſe fortaliſe putat huius etiam necis autorem: quoniam illa cædes quam fecit, iſtius quoque, tametiſi præter ſpem, cauſa tamen aliquo modo fuit. Qua in re vos longe alia Iudices opinor eſſe ſententia. Neque enim ſi Ty-

rannum caſu quiſquam aut mente captus occidiſſet, ei Tyrannidij præmium decerneretis. Quid ita? Nempe quod inſcius vterq; atq; imprudens occidiſſet, quanquam iſtius cauſa eſt aliquanto, vt mihi videtur, inferior. Nam ſi alteruter illorum præmium peteret, tametiſi peteret qui peremiſſet ignarus, atque ideo fruſtra peteret, peteret tamen qui peremiſſet: nũc verò, & iſto neſciente, & non ab ipſo peremptus eſt. At nihil ego, inquit, neque caſu, neq; imprudens feci: ſed filium conſultò trucidavi, atque ita patri volens ac prudens mortis cauſam præbui: qui, ni ego filium occidiſſem, adhuc tyrannus viuere. Age actedam etiã propius. Si tu Tyrannum aggreſſus vt perimeres? deinde victus ab eo, proiecto etiam gladio, fugeres, atque iſe equo te perſequutus, egro colapſo, præceps in gladium tuum tam oportuna caderet, vt eodem tranſſigeretur: an non hic poſſes eadem omnia dicere, voluiſſe te videlicet, ac volentem aggreſſum eſſe: volentem igitur prudentemq; cauſas ei mortis attuliſſe: nam niſi tu illum fuiſſes adorſus, ille non fuiſſet occiſus. Sed nonne vides, vt eadem opera, vel magis fuga tua gloriari liceat, & ignauã tuã præmiũ petere? Nam niſi tu fugiſſes, ille non cecidiſſet: niſi tu gladium turpiter abieciſſes, nec tranſſixus ille fuiſſet. Poſtremo hac ratione ignauos etiam Tyrannidas eſſe liceat. Quẽadmodũ licet volẽs adorſus eſſes vt interimeres, tamẽ poſtquam re infecta fugiſſes, quod poſtea factum eſſet, tuum non iudicaretur; licet id factum non fuiſſet, niſi tu aliquid ante feciſſes: Ira etiã ſi Tyrannum perempturus aſcendiſti, filiumq; dum patrẽm quaeris, occidiſti: tamen cum pergerẽ ac perficere quod inceperas, vel timore non auſus ſis, vel negligentia nõ uolueris, vel caſu non potueris: ſed re proſus infecta redieris, quicquid inde poſtea te inſcio, atq; inſperante proenerit, id à te profectũ eſſe ne dixeris. Siquidẽ quicquid tutũ dici poteſt, ibi deſijt, vbi tu deſiſti. At nec iſtud, fortaliſe ei quod ipſe fecit ſimile eſſe concedet. Sed mihi hoc pacto ruruſus opponet. Is quem tu propoſiſti, nõ eã mente Tyrannum aggreſſus eſt, vtiſe poſtea victo ac fugiente; ille victor dum perſequeretur, occumberet. Ideoq; quod non p̄bõ poſuit, merito ſutum vocare nõ poteſt. At ego cõpropoſito peremi filiũ: vt pater ſeſe dolore cõmotus occideret: atque id facturum animo meo percepit. Videtis Iudices, vt nobis illa diuinatione ſua ruruſus occurrat? Querit uos igitur ab eo, quonã pacto præſenſerit, præſciueritne? an coniecerit? Si ſe præſciuiſſe reſpondeat, neminem credo ei crediturũ: ſin conieciſſe, interim neſciſſe ſe fatetur: ſed opinatũ eſſe tãtum, hoc eſt, dubitaſſe, incertum fuiſſe: poſtremo quid aliud quã ignoratſe? Sed videamus tamẽ quibus ſignis, quã perſpicuis argumẽtis, rem tam inopinabilem ita collegerit euenturã, vt quod alius nemo ſperare potuiſſet, id ille ſibi

tanquam certum, atq; inopinabile propofuerit. Noueram, inquit, quàm misere deperibat filium. Itane id tandem a deo te certum ac securum reddidit, vt necem eius nō tanquā forte fecuturā, sed necessario futurā destinaret? Scio iudices, haud mediocres illos affectus esse quos erga liberos parentum pectoribus insecuit natura, neque tamen aut tantos, aut cuiquā tam exploratos crediderim: vt promittere sibi ac spondere audeat, id quod iste se fecisse narrat, interempto filio patrē vltro neum ei comitem futurum. Nam quomotusquisq; ex his, quorū filij, & vnicū, & charissimi quotidie vel morbo cadunt, vel dolo perēūt, vel bello occumbunt, vel casu intereunt, vsque adeo mœrore consternitur, vt sibi mortem suā sponte consenscat? Sed amori, inquit, etiā desperatio, non minor occasio desiderandæ mortis accessit. Quam obrem obsecro, an tu quum filium perimeres, reliquos vnā satellites omnes occidisti? non dicis, opinor, stragem te tantā fecisse. Cæteros igitur adhuc retinebat: opum satis, virtū satis habebat. Quapropter vno adēptō, quum tot adhuc essent incolumes, quorū omnium intererat maxime hunc incolumem esse, quur ei vsque adeo desperandum fuit, vt non ab vrbe, sed ex orbe festinandū fuerit? An vsquam gentium viuere quenquā hodie solumur, qui id fecisset, quod Tyrannus iste fecit? Quid de alijs quærimus? quin te potius interrogemus, quē verisimile est de te cōiecturam, hanc fecisse, & Tyrannum ex animo tuō spectasse. Si tibi ergo filius perimeretur, atque insuper imminere videretur nonnullū, & fortuna simul, & vitæ periculū: num potius eligeres te comitē filio dare, quā mortem illius viciſſi? An temet ipse ne ab alijs occidereris, occideres? Certe, vt prout quōq; respondeamus, non faceres. Quomodo ergo in mentem tibi venire potuit: vt quod nec alij fecerunt, nec quisquā fecisset, nec tunc facturus esses, id Tyrannum cogitares facturū? At planē, inquit, cogitabam: alioqui cur ibi gladium meum reliquisset? Rectē nimirū ignauiæ tuæ nos admones. Nam cum hoc dicit iudices: nōne id vobis videtur dicere, præsenſi certē: alioqui cur inde fugisset? quid enim aliud est alioqui cur gladium ibi reliquisset, quā alioqui cur in de abieſtō gladio turpiter me in pedes distulſiſſem? Nam quid opus fuit gladium Tyranno relinquere? Ne deest ei scilicet, quo periret? Itane qui omnium gladios timet, ipse gladio caret? Qui quicquid habet, gladio peperit, gladio possidet, gladio tuetur, ei gladius vnquam abſuerit? O nouum prodigium Iudices, Tyrannus sine gladio. Neque illi gladius defuit, nec iste gladium ei reliquit, sed abiecit: nec futurum quod euenit, vel leuiſſima coniectura præuidit. Sed posteaquam in arcem temere (nescio quomodo) perrepsisset, atque ibi adoleſcentem (vt est iuuenta semper incautor) solum, securum, ac nihil minus expectan-


tem, de improviso ad ortus oppressisset: ac potuisset fortasse progressus altius eadem opera Tyrannum sustulisse: ilico hominem timor inuasit, meruentē ne voce vel gemitu morientis audito, iam tum proditus cōcurrentibus Tyranni satellitibus, caperetur. Iam ante oculos eius obuerſabantur vincula, carcer, tormenta, ac mortes mille, mille fuplicia: quorum imaginatione vana perterritus, iam strepitū omnem, omnem fonitum, ac postremo suā ipsius vmbra expaueſcens: tam nunc repente timidus, quā ante temerarius, ex arce se proripuit: nec secum gladiū saltem tollere ausus est: seu ne esset fuga tardior, seu ne cum ense deprehensus, insidiatus fuisset Tyranno diceretur: quo nunc perempto recurrit insolens, & tanq̄ ipse occiderit, Tyrannicidij præmium postulat. Age ergo Tyrannum ipsum non quero an peremeris: hoc tantum quero, an peremisse poteris. Si non poteris: ergo occasionem non expectasti, locum idoneum non elegisti, tempus opportunum non captasti: sed temere, sine consilio, sine ratione, præceps inceptisti, quod perficere nō valuisti. Nec illum ergo te iactes occidisse, quem te fateris nec potuisse. Sin poteris: magnæ profecto vel inertie, vel ignauiæ fuit, quod nō feceris. Imō, inquit, potui: sed de industria superſedi. Satis iam feceram, filium occideram: patrem dolori suo, & gladio meo reliqui: quo eū seſe perempturum præuidi. O inuerecundum, si ista mētiris. O insanum, si non mētiris. Si tam incredibilia finxisti, miramur impudentiam: si tam absurde cogitasti, miramur amentiam: Tūc adeo eras insanus, vt quum vno ictu poteris, & vitam tuam, & Reip. salutem in tuto collocare, malueris omnia dubijs fortunæ casibus exponere, & tibi futurum promittere, quod sanus auderet nemo sperare? Quid si Tyrannus id voluisset, quod tute haud dubiē fecisset, & quod illum quoque facturum longe verisimilius quā quod fecit, fuit: conclamasset satellites, cōegisset sicarios, armasset carnifices, ac prolato filij cadauere, & natura crudelis, & tā atroci spectaculo irriatū iram ac furorē illum effudisset: primum in te, per quem filius occisus; deinde in urbem vniuersam, propter quam occisus est: quæ si contigissent (vt tua dementia propemodum contigerant) neque tu miser hodie viueres, qui hoc præmium peteres, neq; nos Rempub. vllā a qua peti posset haberemus. Sed Dij immortales, Iudices vota, præſeq; nostras recordati sunt: Dij seruitutis nostræ mala miserati sunt: Dij nobis in summis atque extremis periculis auxiliati sunt. Qui quū semper huic vrbi succurrere statuisſent, id potissimū tempus elegerunt, quo maxime nobis beneficium suum cōmendare possent. Nam Tyrannus quanquam semper erat molestus viuente filio, tamen eo nomine minus grauis incumbabat ciuibus, ne miserā penitus atq; exhaustam urbem filio relinqueret.

At eo

At eo trucidato propter quem ante pepercerat, cui dubium esse potest, quin funditus omnia direpturus fuerit? Postquam ergo Resp. istius primū temeritate, deinde ignauiā in extremum illud periculū corruisset, superi tēpus iam venisse rati, quo perpetuam nobis insculperent fauoris sui memoriam, omnia mala quæ tam propē ceruicibus nostris imminabant, subitō in ipsum Tyranni caput auerterunt, idq; tam celeriter, vt citius nos periculo liberatos esse, quā in periculo fuisset cognouerimus, ne nos interim saltē potuisset discriminis tāti metus vrgeret. Quis Tyrannum putasset Iudices, reperto filij sui cadauere, in seſe potius quā in hanc urbem gladium fuisset versurum, nisi nostri studio superi in propriam illum perniciem immisisſis ei Furijs, agitassent? Itaque iam nunc videre mihi videor micantes latronis oculos, obducta supercilia, contractam frontem, genas palētes, dentes fridentēs, labra tumētia. Denique qualem Pentheum describunt Poëta, toto ore, toto vultu, suæ prodeatē mentis insaniam. Quum primum ingressus filium reperit occisum, quid illum fecisse, quid clamasse suspicemur? quid aliud quā vt impium, atq; dementem supercilio rictu insana in superos euomuisse cōiuitia? O Deorū iram, o numinum inuidiam. Video cœlites odij vestri signa: video liuoris atrī vestigia. Nihil vobis viuūt iniquius, nihil ambitiosius, nihil inuidētius. Soli imperare, soli regnare vultis, nec satis propria sceleritate contenti, semper aliena tabescitis. Quur non mecum in certamen descenditis? Quur ignauum insidiatorē filio submissistis? Ille quisquis erat, cum Tyranno in certamen etiā ingredi non ausus est: hoc certē saltem gaudeo, quod nemo se poterit Tyrannicidam dicere, nemo Tyrannicidij præmium petere. Nemo enim Tyrannum occidet hodie, nisi Tyrannus. Tyrannus ego hodie vel Dijs inuitis moriar. Huiusmodi ergo deliria quum blaterasset, in gladium tandem amens ac furiosus incubuit. Tyrannus igitur Iudices istius gladio, imō nec istius, quippe quæ ante abiecerat, manu quidem suaapte, sed sola Deorum opera perſoſſus iacet. At nunc iste sibi, cuius ibi nullæ partes erant, primas vendicat. Itaque qui me sycophantam vocabas: vide obsecro, vter nostrum huic vitio propior est, egone qui tecum hodie pro Rep. superisq; dimicans, præmium tamē nec victor postulo: an tu potius, qui defertor ac fugitiuus, contendis tamen alijs, atq;

hij quidem Dijs vincētibus ipse triumphare? Desine, desine aliena virtute partam tibi arrogare victoriam. Desine Deorum in hanc urbem tam clarum obſcurare beneficium. Desine Deorum laudibus obſistere, & ab hac temeraria petitione desiste. Quod si iste Iudices molestus esse perrexit, vos tamen ipsam rem æquis lancibus expedit: Nam iste quid aliud, quā Tyrannum vt sibi caueret admonuit? Dij ne caueri sibi posset, ne insidijs amplius opus esset, effecerūt. Iste quid aliud quā gladio suo Tyrannum in nos omnes armauit? Dij gladium illum a nobis in Tyranni iugulum reſeruerunt. Iste quid aliud denique, quā vniuersam urbem in summum periculum demētia sua cōiecit? Dij corrigentes istius insaniam, discrimē illud subitō in prosperrimam securitatem conuēterunt. Vos ergo Iudices per deos immortales obſector: per deos huius clarissimæ libertatis, huius insperatæ felicitatis autores, ne quod nobis Deorum omnium consilio, ac virtute successit, id vos vnijs hominis amentie referri sinatis acceptum; ne hanc urbem vnquam in deos liberatores tam ingratam esse: ne vte patiamini vt salutē suā debere se potius humanæ temeritati, quā deorum benignitati fateatur, quos ita demum sperare licet futuros semper huic vrbi propitios, si nos eorum quæ contulere memores, eos (vt æquum est) beneficiorum suorum recognitione amos. Alioqui si nos (quod absit) ingrati, quæ ab illis profecta sunt, nos referramus; gratiamq; superis debitam impōdamus hominibus: vicissim hercle metuendum est: ne dij quoque suum erga nos fauorem imminuant: ac Reipub. nostræ curam, vt indignæ quæ ab illis curetur, abijciant. Quam obrem vt aliquando finem dicendi faciam: quandoquidem iste peccauit officio, & bono animo male fecit, dij verō eius peccatum in commoda nostra verterūt: ac dij quidem cōeegerunt, sed se tamen Tyrannus inter fecit: tum præmium qui coegere non petunt, petere autē qui peremit non potest: vos sententijs vestris Iudices, & huic veniam; & superis gratiam decernite: & vniuersam urbem ab huius præmij iugum debito, quo eam liberamus, liberam esse dij volue. Absoluitur. Dixi.

H ij HISTO.



HISTORIA

RICHARDI REGIS

ANGLIAE EIVS NOMINIS TERTII,
PER THOMAM MORVM, LONDINENSIS CIVITATIS IAM IVM
VICECOMITEM CONSCRIPTA, ANNUM CIRCA M. D. XIII.

Quam propria exercitationis gratia, nec ita magno studio conscriptam; neque absolutam haud vnquam
postea emendavit, vt minime mireris, si cum alijs eius Latinis operibus quoad sermonis elegantiam
non conferenda sit. Hoc opus nunc primum Latine in lucem aditum est. Nam ante complu-
res annos Britannicè ab eodem auctore quam elegantissime conscriptum,
in manus hominum prodierat, quod in eius Anglicorum operum
volumine insertum inuenies.



RICHARDVS
DVA RDVS
Rex, eius nominis
quartus, actis vitæ
annis quinquaginta
tribus, mēsisbus sep-
tem, diebus sex, qui
annū ab regno cō-
pto secundum & vi-
gesimū numeraret,
concessit fati, anno

post Christum natum quadragesimo & octuagesimo tertio supra millesimū, superstiti-
bus masculis sexus liberis duobus, foemina quatuor: Eduardo videlicet Rege designato, an-
norum circiter tredecim: Richardo Eboraci Duce, qui biennij minor erat: Elisabetha, quæ postea ducentibus fatis Henrici septimi con-
iunx fuit, & octavi mater, regina formæ atque indolis egregia, Cecilia, non perinde fortunata ac formosa. Et Brigitta, virtutem eius cuius nominis erat representantem, professam, & vitam religiosam ducentem in monasterio monialium dulcissimam apud Berfordiam: Anna, postea honorificè nupta Thomæ tertio temporis domino Havvardo, & postea Comitissæ de Surre. Et Catherina, quæ sortem sibi inde variam experta, interdum secundam, sæpius aduersam. Postremo, si hæc postrema est, (nam adhuc vivit) pietate, beneficentiaque nepotis Henrici octavi prosperitatem, ac se planè dignam consecuta est.

Is, quem dico, Rex quum in palatio obijisset, quod est apud Benedictinorū cœnobium, ad occidentem solem circiter mille passus Londino distans, magnificè inde funere delatus est Vindeforam: ibique non sine summo totius populi dolore lachrymisque sepultus est. Quippe qui tam benignus ac facilis fuit, dum pax erat, (nam bello necesse erat partes mutuo esse infestas) vt neque alius quisquam in Anglia regnarit vnquam patribus populoque charior: neque is ipse alia parte æquè charius, atque ea quæ illi postrema fuit. At eam ipsam tamen charitatem, desideriumque eius inuisi parricidæ sequentis principatus auctiorem fecit. Et tēnū quo tempore vita fun-

ctus est, invidia omnis depositi Regis Henrici sexti, quæ diu apud eius fautores flagrauerat, tandem conposita recessit, iam multis eorum, viginti illis plus minus annis, quibus imperitavit, defunctis. Alijs interea in gratiam atque amicitiam receptis, in quam conciliandam obuius omnibus atque expositus ferebatur. Erat corpore procerus, specie verè regia, multum illi animi, nec minus consilij inerat. Aduersis rebus imperterritus, prosperis lætus magis quam elatus. Aequus in pace clemensque, in bello acer & ferus. In aggrediendis periculis promptus, nec vitra tamen quàm posceret ratio, præceps. Cuius res bellicas quisquis rectè æstimet, is profecto non minus prudentiam eius admirabitur, si ubi cecidit, quam laudabit audaciam, ubi vicit. Os & vultus erat, quem videre velles. Corpus amplum, ac magno robore strictis artibus: quanquam liberiore victu corporisque indulgentia paulo tandem habitior est factus: nec tamen aspectu indecorusque. Cæterum genio ac libidini ab inueniente statim ætate per omnem vitam (quateenus eum rerum gerendarum ratio non auocabat) admodum deditur, more hominum fere omnium: nam valentibus ægrè persuaseris modum in magna fortunæ licentia. Id vitium eius non admodum fuit molestum populo, quod neque vnus voluptas viri distingueret tam latè posset, vt omnibus fieret graue: & ille vel precio quod libuit emereari solebat, vel precibus eblandiri: nusquam grassatus violentia: flexu præterea ætatis euasit (vt sit) postremis diebus moderatior, in quibus regnum eius quietissimum, & rerum status florētissimus fuit: bellum neque aderat vllum, neque vllum imminēbat, nisi quod nemo expectabat: quippe externus metus omnis aberat. Domi vulgo quies, & inter purpuratos ab rege cōciliata cōcordia. Regi ipsi omnes nō vi, sed sua sponte obediebant, veriusque reuerbantur eū quàm metuebant. A pecunijs exigendis (quæ res vna ferè mētēs Anglorū alienat à principe) iā pridè potius destiterat, neque batur quicquid vnde nasceretur occasio tributōrū, veltigal è Gallia iā olim obtinuerat. Barau-

co annum

co annū ante mortē vnū armis potitus fuerat. Hic Rex quāq̄ per omne tēpus imperij tanta comitate fuit in quoslibet, vt nihil illum magis commendaret multitudo, eam tamen progressio temporis (quum plerosque principes diu confirmata potentia vertat in superbiam) multis partibus auctiorem fecit: nempe ea ætate, quæ illi postrema fuit, Vindeforæ versatus, præfectū Londini, atque aliquot è senatoribus accessit ad se, haud alia de causā, quàm vt se apud eum venatione oblectarentur. Ibi eos non tam magnifico ac sumptuoso, quàm amico & populari apparatu excepit, ferinamque carnem tam affluētè illinc transfudit in vrbe, vt haud temerè inuenias aliud, quod ei aut plurimum aut maiorem benevolentiam conciliauerit apud populum: apud quem res exigua facta comiter magnis beneficijs præponderat. ac pro maioris in se amoris argumento ducitur. Ita princeps iste tūm obijt mortem, quum vita eius maximè operata omnibus, ac iucunda foret. Cuius tam egregia apud suos gratia liberis eius (in quibus etiam ipsis tam eximie naturæ dotes, & illustria Regiarum virtutum signa conspiciantur, quàm capere eorum ætas poterat.) mirum haud dubie firmamentum fuisse ad principatum, si non eos amitorum inter se diuisio exarmasset, atque execrabilibus imperandi sitis ad eorum perniciem incitasset illum, qui si aut natura valere quicquam aut fides potuisset, suum corpus hostibus pro ipsorum salute obijcere debuisset. Quippe Richardus Gloucestris Dux, natura patruus, nomine tutor, beneficijs deuinctus, obstrictus sacramēto, ruptis omnibus humane societatis vinculis, contra ius ac fas hoc egit, vt nepotibus suis orphanis ac sibi creditis, auferre vitam, regnumque in se transferre posset. Cæterum quoniam huius viri facta materiam fere presentis operis implent, haud absre fuerit mores eius describere, quo fiat illustrius, cuiusmodi vir ille fuerit, qui tantum animo scelus sustinuit concipere. Richardus ergo Eboraci dux, nobilis, factiosus, potens cum Rege de regno non armis hostiliter, sed ciuili more legibus in senatu disceptauit. Tantum aut causa aut gratia valuit, quum Rex innocentior esset quàm sapientior, vt ex parlamenti senatus consulto, cuius apud Anglos summa atque absoluta potestas est, successor Henrico Regi, repudiata ipsius sobole, (quanquam egregio principe) designaretur, regnum sibi posterisque suis perpetuum, protinus ab Henrici morte auspiciaturus. Quam ille non moratus, dum ciuilium prætextu dissensionum conatur præstitutum regnandi tempus præoccupare, vniūq̄ adhuc Henrico sceptrum sibi asserere, in Vacensi prælio cum multis vnâ pupuratis occubuit, relinquens liberos tres: Edwardum, quem diximus, Georgium ac Richardum

hunc. Qui vt erant omnes illustri loco nati, sic animo etiam elato ac sublimi fuere, auidi gerendi principatus, neque superiorum neque parū fati patientes. Edwardus patris mortem vltus, Henricum bello victum regno exiit, ac locum eius ipse occupauit. Georgius Clarentiæ dux procerus, elegansque, vndiq̄ fortunatus videri potuit, si non aut ipsū regnandi cupiditas in fratrem, aut inimicorum calumnia fratrem incitasset in illum. Nam siue ei Regiæ factio infidias fecerit, cui cum regis consanguineis acere odium intercessit (vt mulieres non malitia quidem, sed natura inuisos fere semper habent quicumque sunt maritischari) siue etiam dux suapte superbia viam affectabat ad regnum, certæ conditionis crimen obiectum est, cuius fons insonans esset; frequens eum senatus acerbissimo supplicio adiudicauit. Sed Rex atrocitatem pœnæ sustulit, mortem tulit, qua vt leuissima defungeretur, in vini Cretenfis dolium, immerso capite, respirare prohibitus, expirauit. Cuius necem idem qui iussit ubi recessit patratam, misere deplorauit. Richardus hic, de quo præsens sermo instituitur, ingenio atque animi robore vtriusque fratrum par forma, probitateque vtrique fuit inferior: habitu corporis exiguo, inæqualibus atque informibus membris, extanti dorso, alteroque humero erectior, os inamabile, toruum, ac planè eiusmodi, quale bellicosum in purpuratis, ac Martium appellari in alijs aliter solet. Versipellis, iracundus, inuidus, semperque, etiam ante partum, prauus. Quippe quem fama est haud aliter aluo materna eximi, quàm obstericante ferro potuisse, quin Agrippam etiam natū eū pedibusque prælati exiisse ferunt. Præterea nec indetatus, siue aliquid astruxit verò, odio natus rumor, siue natura futuri præscia præpostere multa in eius ortu ostendere voluit, qui multa foret in vita contra naturam fas designaturus. Cæterum bello haud instrenuus dux est habitus, cui, quàm ad pacem, natura fuit accommodatior: sæpe victor euasit: subinde etiam victus, quam rem ne æmulorum quidem quisquam ipsius aut infortiæ aut ignauie vnquam tribuit: supra facultates profusus, quæ ne deficerent, ex alijs exhaurire cogebatur quod in alios effunderet. His artibus factum vt amicitiam instabilem stabile odium pareret. Consilia sua non alijs vnquam credere, quàm per quos exequi necesse fuit: at ne ipsi quidem aut ante aut amplius quàm res vrgebat. Personam quamlibet induere, gerereque, & tueri gnauiter. Hilarem, seueram, grauem, remissam, prout sumere aut ponere suauis commodum. In vultu modestia, in animo fastus, impotens, immanis. Verbis ad blandiens hijs, quos intus impense oderat: nec eorum abstinentes complexibus quos destinabat occidere. Crudelis atque immitis, haud ob iram semper, sed ambitionis

H iij

tionis ergo sapius, dum vel augedæ fortunæ suæ, vel firmandæ studeat. Quippe amici, inimicique æqua ratio fuit, comparati cum com- modis, neq; cuiusquã morte abstinuit vnquã, cuius vita videretur consilij suis obitare. Constans fama est Henricum sextum, dum exutus regno in arce Londinensi captiuus as- seruaretur, ab isto crudeliter adactõ sub coltas pugione, confossum ac truncatum, idque nec iubente nec opinante rege, qui si maxime de- creuisset de medio tollere, quæ fortassis è com- modo magis ducebat suo viuum in sua pote- state habere, alium tamen haud dubie tam di- ræ carnificinæ fuerat præfecturus, quam ger- manum fratrem. Sunt qui suspicentur istius etiam testæ & callide occultata consilia in fra- tris Clarentiæ Ducis perniciem non defuisse, quãquam resistere, ac reniteretur apertè. Cæ- terum (vt rem æstimantibus visum est) ali- quanto languidius quàm is facturus putaba- tur, qui sibi serio statuisset ad salutem germani fratris incumbendum. Quibus hoc verum vi- detur, hij nimirum persuasum habent Richar- dum iam olim viuente adhuc Eduardo, hoc apud se consilium de asserendo sibi aliquando regno agitate, si fortè, vti accidit, frater in ha- bilibus regno liberis decessisset. Cuius rei spem commessatio regis frequens, atq; intemperan- tia victus fecit. Eam igitur ob causam Richar- dum putant Clarentiæ ducis mortem appe- tisse, quum ipsius proposito illius vita non fa- tis oportuna videbatur: quippe quem siue in fide nepotis manentem, siue aspirantem ad regnum hostem sibi vidit capitalem futurum. Sed hac de re nihil certè asserere possum, sus- piciones duntaxat hominũ, cõiecturalq; secu- ruz, quibus vestigijs vt aliquando venitur ad verum, ita frequenter erratur. Quanquã hoc ipse iam olim fideli relatione comperi, Mistel- brocum quendam protinus Eduardo defun- cto ad Poteri domum, qui Richardo familia- ris erat, curriculo contendisse, pulsatoque vio- lenter ostio, multo ante lucè, quum & violen- ta & intempèstua pulsatio magni ac subitarij negotij fidem faceret, prope introuissum regem eadem hora extinctum nunciasse. Ad quam vocem Botierus velut exultabundus: Non est ergo dubium (inquit) quin meus do- minus Glocestriæ dux illico sit futurus rex, si- ue consiliorum eius cõscius fuerit, siue aliquo signo rei euentũ præfenscrit, (nã temere dictũ haud existimo) què ego sermonem ab eo me- mini, qui colloquentes audiuerat, iam tum pa- tri meo renuntiatum, cum adhuc nulla prodi- tionis eius suspicio haberetur. Cæterum vt re- uertar ad historiã, seu Richardus olim secum animo regnum inuaserat, seu consilium ex ne- potum ætatis oportunitate ceperat, quæ res plerumque segnes etiam, & quietos impellit ad facinus, certum est decreuissè eum, vita pueris adempta, regno velut sceleris pretio potiri. Gnarus itaque veterum factionum, quibus

inter aulicos laborabatur (quas, quoad eius erat, sedulo etiam aluerat) regis Eduardi cog- natis reginæ sanguini & familiæ tantam au- thoritatem & tantas opes inuidentibus, con- traque non minus iisdem de rebus inuisis, eam rem suis consilij magno putauit adiumento fore, si partium prætextu, velut offensas veteres vlturas, suam occulte negotium ageret, iraque & ignoratione factionis alterius ad alterius perniciem abuteretur. Tum ex ea quæ superesset paulatim quos posset commodum in suam sententiam perductis, si quos parum oportunos offenderet, eos per insidias incau- tos, nec mali quicquam suspicantes opprimeret. Nam hoc illi constabat, si qua euasio- ne consilium eius efferri contingeret, con- festim fore, vt inter dissidentes factiones suo ipsius sanguine fœdus sanciretur. Hæc dissen- siones amicorum, quanquam non nihil erant ipsi Eduardo molestæ, tamen dum erat inco- lumis, eo negligentiã eas habuit, quod vtrãq; partem cognouit frenare se, quum vellet, pro suo arbitratu posse. Cæterum vbi po- strema ægritudine decumbens, vires labas- cere sensit, & deploratam medicis salutem suam, ætatem liberorum animo reputans, quanquam nihil formidabat minus, quàm id quod euenit, prospiciens tamen multa illis mala nasci ex amicorum dissensione posse, quando ætas eorum per se imbecilla atque im- prouida, consilij amicorum (quibus fulciri so- lis poterat) nudaretur, qui dum se discesione ac discordia disungerent, partibus & studijs intenti, minus verum quod esset cernerent, aut curarēt: sæpeque quo suam quicque factio- nem in principis gratiam promoueat, placitu- ra magis omnes quàm profutura consulerent. Hæc, atque huiusmodi de secum reuoluens, mul- tos è purpuratis accessit iubet, nominatim Mar- chionem Dorsetum, reginæ ex priore marito filium, atque Richardum Hastynghum, virum nobilem, cubicularium suum, qui insignes in- ter se inimicitias exercuerat: Itè alios vtriusq; factionis, qui tum aut in aula fuerunt, atque aliunde cõquiri poterant. Hos vbi Rex adesse vidit, leuatus paululum, & suffultus puluiniis, sic, vti fertur, allocutus est: Viri clarissimi, idè cognati mihi, affinesque charissimi, mea quo loco vita sit & vos videtis, & ego sentio: quæ res facit, vti quo minus diu futurum me vo- bis- cum reputo, tanto impèrior animũ sollicitudo subeat, quanã animorũ coniunctione affectos vos relinquo. Enimuerò quales ego vos reli- quero, tales liberi mei vos excipiat necesse est: qui si (quod superi prohibeant) discordates in- uenerint, ipsi nimirum partibus accessuri, nouasq; antè lites inter se moturi videatur, quã ad eam prudètiã peruenierint, qua vos compo- sitis rebus vestris reponat in concordia. Tene- ram eorum ætatem conspiciens, cuius ego præ- sidium vnice censeo in vestra concordia si- tum: siquidem haud satis firma res est, vestra

in illos

in illos charitas, si mutuis in vosmetipsis odijs feramini. Quod si viri essent, minus for- tasse desideraretur fides. At vero pueritia au- thoritate regenda est, adulescentia fulcienda consilij: quas res neque illi aliunde poterunt consequi, nisi vos dederitis: neque vos cõcede- re, si intestinas inter vos simulates alueritis. Etenim vbi mutuo in sensu diuersa sentiunt, & al- ter alterius consiliũ odio cõsulentis eludit, ibi necesse est bene cõsulta male cedant: quippe rata esse nisi consensu non possunt. Præterea dum suam quicque factionem studet commẽ- dare principi, fiat nimirum vti ad gratiam plu- ra, quàm ex vero atque vtili suadeantur. Ita prauis adulationibus imbutus adulescētis ani- mus, tener princeps in vitia ferrur, ac regnum secum in perniciem trahit, nisi si quid Deus inspiret melius. Quod si eueniat vt respiscat princeps, atque ad frugem redeat, tũ vero hij quorum primæ partes apud eum fuerant, lon- gissimè ab fauore excident. Ita gratia malè parta cito perit. Quæ vero bonis artibus ac- quisita est, ea demum stabilis, firmaque perdu- rat. Diu iam inter vos magna odia exarsere, haud magnis sepe de causis. Rem enim plerũ- que, non male factam, aut male narrantis de- prauat oratio, aut per se exiguum durius inter- preando audientis affectus exaggerat. Vnum hoc scio, haud quaquam pares vobis irarum causas & amoris esse: nam quod homines su- mus, quod in Christi verba iurauimus, qui vnũ atque vnicum charitatis symbolum suis militi- bus dedit, concionatoribus commemorandã prætereo. Quanquam haud scio an cuiusquam verba concionatoris magis vos commouere debeant, quàm mea, qui protinus hinc ad ea loca demigro, de quibus illi tam multa prædi- cat. At istud tantũ à me rogabimini, vti vobis- cum reputetis alterã harũ factionũ partẽ cog- natas mihi, alteram affines esse, vosque ipsos inuicem aut sanguinis vinculo aut affinitatis coniugij: quæ ne cõsuetudo iuncta sacramento coniugij, si Christi instituta tantum haberent ponderis, quantum apud Christianos habere deberent, atq; vtinam certe habeant non mi- nus momenti ad conciliandos animos, quàm ipsa sanguinis ratio cõtineret. Tantũ prohi- beant superi, ne id ipsum discordiæ vobis cau- sam prebeat, quod maxime ad concordiam in- citare deberet. Equidè nescio quo malo fato fiat vt inimicitia nusquã exerceatur infestius quàm apud hos, quos potissimum aut natura aut leges debeant ab omni similitate deterre- re. A deo execrabilis belua est superbia, & præ- cellendi cupiditas: quæ quum semel generosis illustrium virorum pectoribus irreperit, non antè desinit disidijs cuncta turbare, quã cedi- bus omnia & sanguine permiscuerit, dũ quis- que primum summo proximus esse, moxque equari, postremo præcellere contendit. Qui tam improbus ardor gloriæ hoc in regno proximis his annis quantum suscitauerit in-

condij, quantum stragis ediderit, vtinam tam facile Deus obliuisci velit, quàm nos reminis- cimur. Cuius mala si priuato mihi tam animò præcipere & præcogitare licuisset, quàm re ip- sa postea maiore meo dolore, quàm volupta- tum expertus, dispeream, si flexis poplitibus exhibitum honorem tã multis hominum cap- itibus redemissè. Sed quãdo facta quæ sunt in secula esse nõ possunt, qua ex re ante tã mul- tum damni acceptum nouimus, ea ne portò accidat danda sedulo opera est. Omnia iã pa- rata sunt, & spes est perfore prospera sub libe- ris meis, cognatis vestris, si neque illis vita de- stituat, neque vos concordia: quarum si prof- fectus alterutra sit carendum, profecto in illis mi- nus iacturæ fuerit. Quibus si quis cõmunis ho- minum sors attulerit, Anglia tamen facile in- ueniet reges, illis nulla fortassis parte deterio- res. Verum si vos in pueri regno discordia occu- pet, multi nimirum viri boni atque egregij videntur ante perituri, vt pariter ipsi nec prin- cipe interim tuto, & vobis ipsis in primis periculo obnoxij, quàm populus intestina semel seditione sociens in pacem rursus ac concor- diam redeat. Vos igitur ratione hac, quã hõ- die vobiscum postremam mihi video habitu- rus, hortor, obtestorque per amorem illum, quem ego semper haftenus erga vos, què vos vicissim erga me, quem Deus erga nos omnes habuit, ex hoc tempore condonetis, & remis- sis offensis omnibus vos amore mutuo com- plectamini: quod ego vos profecto factu- ros cõfido, si vos oratio vlla aut Dei aut prin- cipis, cognationis, patriæ, aut vestræ denique ipforum salutis commoueat. Hæc vbi rex lo- cutus est, haud diutius sustinens sese, in dexte- rum latus recubit facie ad proceres versã quorum nemo erat qui à lachrymis temperare potuerit. Cæterum verbis eum quantum quilibet poterat consolati, tum ad rem quæ pla- citura sentiebant respondentes, velut iccto fœ- dere in morientis gratiã regis manus inter se iunxerunt, quum vti paulo post apparuit ani- mis longe desungerentur. Defuncto rege, fi- lius natu maior Londinum, vtpote regiam vr- bem, petere maturat, qui viuo patre, Ludloï vixit in Vallia: nam ea deinceps primogenitis regum, viuus adhuc parentibus propria ditio est, quæ quum ab rege prout sita esset, eo ne- gligentius habita, in morem prope siluestrem, cepta est efferari improbis hominibus, later ci- nijs, ac casè licenter impunèq; grassantibus. Eduardus filius eò cum imperio missus est, vt presentis autoritate principis facinorosorum audacia frenaretur. Moderator pueritiæ da- tus est Antonius Vodeuilus, cognomento Ri- uerus, reginæ frater, vir haud facile discernas manu ne an cõsilio præptior. Tum adhibiti in consilium alij, vt quisque puero proximus ma- terno genere fuit. Eam rem ab regina cura- tam, quæ suæ factionis opes ab teneris sta- tim principis annis firmaret, frustratus tan-

Et iij tam

tam eius spem. Richardus prætextum sibi ad eos euerendos, initiumque ad reliquum inceptum suum conficiendum fecit. Nam quorum in illos odium maxime implacatum nouit animo, sique in se bene uolos, eos partim coram alijs per epistolam ac nuntios exploratæ fidei compellens, admonet re neutiquam ferendâ, principem amisso patre, iuuenem ipsis cognatum in custodia & manibus esse agnatorum, ablegatis propemodum ipsis, qui neque minus certa in eum fide, & longe honoratior pars regij generis fuerant, quâ sanguis eius maternus, qui nisi libidini patris visum aliter esset, p. quâ erat indignus, qui cum eius atque ipsorum sanguine misceretur: quos nunc non primos apud regem esse, neque illi honorificè, neque sibi tutum, ut quorum permagni referat, haud quaquâ pati emulorum suorum potentiam, gratia & fauoribus adolere apud principem puerum, natura facile, ætatis vitio credulum, nec satis callentem delatorum calumnias. Meminisse vos, inquit, opinor, patrem eius quamquâ annis & rerum usum maturum tamen eius factionis suasti impulsuque quouis circumactum, longe profecto magis, quâ aut ex ipsius honore, aut ex usu cuiusquam fuerit, præterquam illorum qui sua ne bona an mala nostra auidius appetierunt, in incerto est. Itaque si non quorundam nostrum gratia magis apud regem, quam ylla cognationis ratio ualuisse, paulum certe abfuerat, quo minus aliquot nostrum circumuentos insidijs oppressissent, tam hercle facile, quam oppresserunt eum qui regis sanguine haud minus prope aberat. Verum fauentibus superis eo periculo defuncti sumus, sic tamen ut vel maius impedeat si principis affectus patimur quocumque nostris inimicis libebit impelli: quibus haud difficile sit vel ignorantis iussum ad perniciem nostram prætexere, nisi Deus & uestra vigilantia malitiam eorum in ipsos auertat, qua in re non est quod quisquam nostrum negligentius se gerat ob male factam paulo ante concordiam, quâ tamen simulatè inierint, regis potius affectibus sunt obsecuti, quam suis. Neque quenquam nostrum tam ueracem arbitror, ut multum sibi putet ei confidendum, qui ex inimico veteri amicum recetè se profiteatur, nisi quis forte existimet una hora subito coacta patre, ac ne toto quidè adhuc mese coalita, altius eorum peccatoribus insedis, quâ tot annis alte actam ac radicatam inuidiam. His atque huiusmodi uerbis, literisque homines ex se ardetes uehementius incendit, sed præcipue duos, Eduardum Bukyngamie ducem, & Richardum Hastynghum, ambos fama atque opibus celebres: sed dux natalibus illustrior, alteri, ex munere quod gerebat, multum autoritatis adcreuerat, siquidè præferat eum rex cubiculo suo, quod est apud Anglos perquam honorificum. Hij qui notam sibi mutuo bene uellent, quâ reginæ, parentibus pariter cuperent male, hæstenuis facile cum Richardo conspirarunt, ut suorum inimicorum prætextu maternos

amicos principis amolirentur: ita rebus inter ipsos ad hunc modum compositis, quum illos intellexissent tanta manu regem deducturos, ut nihil in eos auderi tutè queat ab inimicis, nisi ipsi contra parent copias, ad manus rem venturam, cuius & semper dubius euentus est, & quum ab aduersa parte princeps esset, suam, proditionis nomen ac speciem futuram ingenio eos exartandos statuunt. Itaque curauerunt, ut per uiros idoneos reginæ persuaderetur, multum esse periculi in eo consilio, quod depellendi periculi causa inibat. Nam pacatis rebus, proceribus reductis in concordiam, animisque omnium intentis ad excipiendum regem, ac diademate insigniendum, si amici reginæ cogant multitudinem, iniecturos haud dubie metum hijs quibus aliquando simulatas cum illis intercesserat, ne non tantummodo regis causa, cui nemo discrimen intenter, inuadendi: sin congregetur, discordia. Atque hoc pacto fore, ut hij vicissim suas cogere copias, deinde uelut vim repellerent, illatos quorum opes quod illa nosceret, plurimum polleteret: qua ex re totum regnum in armis ac tumultu futurum. Tunc eius dandum omne, quod & immensum expectabatur, & magna pars in eos fortasse casura, à quibus illa maxime uellet auerti. Omnes ei uiri atque amici eius acceptum relatueros, utpote quos causarentur priuati odij causa conturbasse rempublicam, uiolata per iniuriam concordiam, cuius maritus ipsius moriens auctor sanctitatis fuisset. His rationibus adducta regina, sic apud Vodelinum fratrem, filiumque, Richardum Graium egit, qui cum in aula principis primas obtinebat, ut illi repudiato priore consilio, præsidio super sedetis, regem comitatu modico Londinum deduceret. Erat in itinere regis Hamptona que quamquam in umbilico prope regni sita, tamen alteri eiusdem nominis oppido, quod obiacet australi freto comparata, Boralis uocatur. Hanc eo die, quo rex inde digressus est, Gloucestriæ ac Bukyngamie duces intrant: ac forte accidit, ut Vodelinus reginæ fratrem, quem diximus, ibidem restiterit. Postero mane Stratfordiam iturus ad regem, ubi eam noctem traduxit. Ab Hamptona igitur Vodelinus officiosè Ducibus occurrens, ac summa gratulatione uicissim exceptus: ubi quantum temporis visum est, sermone atque epulis producere, dimittitur. Ita delinitus humanitate ducum, ut optima spe plenus, hilaris, atque animi securus iret cubitum. Sed illi qui longe diuersum agitabant animo, quam uultu præ se tulerant, reliquis omnibus secedere iussis, Richardum Ruteliffum equitem, & alios qui talibus erant consilij intimi, retinuerunt, ac discumbentes ad mensam de suis inceptis in adultam noctem delibabant. Post hanc deliberationem adfurgentes, mittunt qui multo tumultu comites suos admoentant, uti parèt sese, nempe duces tantum non in equis esse. Hoc nuncio excitatus ipsorum comitatus, præsto aderat,

aderat, cum Vodelini adhuc ministri sterteret. Ad hæc effecerat, ut omnibus itineribus oppidi obfessis, nemo sineret exire. Tum paulo ab oppido longius, qua parte Stratfordiam itur, disposuerant equites, qui si quos forte depredenderent sefellisse custodia, in Hamptonam rursus repellerent. Prætererant causam, quasi duces constituerint, uiderelicet officium suum approbaturi, ipsi eo die omnium primi salutare principem. At Vodelinus ubi accepit clausos undique exitus, facultatè uero abeundi neque suis neque sibi fieri, rem tam atrocem & non temere, & se in scilicet ceptam, facta eorum præsentia cum proximæ noctis uultu uerbisque conferens, tam magnam pauca horarum interuentu fieri rerum mutatione magnopere admirabatur. Cæterum quum neque discedere liceret, & continèdo se nihil assequeretur aliud quam ut latebras quesuisse uideretur (quod cur opus factu esset nullius culpe sibi conscius erat) adire duces statuit, & causas huius consilij conscientia innocentie suæ fretus sciscitari. Qui ut primum in conspectum uenerat, queri illi uultu, atque accusare eum coepit, quod discordias inter proceres sereret, animumque regis niteretur ab se alienare, perdereque per insidias moliretur: quas ipsi deprehensas merito sunt in auctorem regesteri. Mirantem hanc orationem, ac sese purgare conantem, quum ratione causaque deficerentur, ad vim conuersi comprehendunt, atque adseruandum adhibitis custodibus relinquunt. Mox cõsensu equis Stratfordiam contendunt, ac regem reperiunt parantè iam tunc discedere, ideo uti fertur ut oppidum uniuersis angustum, liberum illis relinquere. Dimissis igitur equis, præeunte longa striparum ferie, ubi ad regem propius uentum est, scindete se in partes comitatu, per medios ordines perrexerunt, ac se dimittentes in genua principis reuerenter salutauerunt. Quos ille contra porrecta manu de terra leuatos amabiliter complexus est, nihil etiam mali aut resciscens aut suspicis, quum illi nihil eum statui, aut eius reuerenti presentia, Richardo Graio fratre eius uicino mouere litè occupant, calumniantes illum ac Germanum eius Marchionem cum auunculo Vodelino coniurasse aduersus suum sanguinem, decreuisseque circumuentis atque sublati fraude nobilibus, regis pariter ac regni sibi procuracione arrogare. Atque ea ob rem protinus ab defuncto rege Marchionem in arcem Londinensem irrupisse, atque expilato regis ærario stipendium in milites elargitum, quos in classem ad confirmandas illius factionis opes coegisset. Ita rem quam gnari erant communi consilio decretam, regisque plurimum rei que publicæ retulisse ut fieret, illi per calumniam inuertorant, ne nihil esset quod diceret. At princeps Graium parantè respondere præueniens: Quid fecerit, inquit, Marchio, quanquam nihil mali spero, tunc quoniam nobiscum non fuit, certo non possum scire. Verum quod ad fra-

trem attinet, Graium atque auunculum Vodelinum, innocentes hercle illos facile præstare possum, ut qui non usquam à nostro latere iam diu sunt digressi. Non dubium est eos, inquit Gloucestriæ dux tam sceleratum propositum optime princeps, sedulo te celasse, nec plura locutus manus iniecit in Graium, ac Thomam Vanghanum equitem, reginæ cognatum. Graius ut erat & animo generoso, & non impropero corpore, commotus præsentem periculo, manum capulo admouit. Tunc increpitus à quodam admonente serum esse hunc conatum, concidens animo manum retulit, & se capiendum dedit. Ergo regem retroagunt Hamptonam, ubi de integro consultant. Ibi quos uolunt è ministris regis exauctorant, substituuntque quos ipsi magis quam illi lubebat. Quibus rebus grauiter offensum quum prohibere non posset, quod solum potuit, fleuit. In prandio Gloucestriæ dux è suis ferculis unum Vodelino misit, iussu dapifero, uti solaretur eum, iuberetque ducis nomine ut bono esset animo, ne dubitaret huius tumultus facilem exitum fore. Ille gratijs actis orat ministrum idem ferculum ad nepotè ferret Graium, eumque tali nuntio recrearet, quem ut fortunæ aduersæ infuetum coequo, paulo iniquius ferentem, magis egere consolationis arbitrabatur. Sibi uero sæpius utraque experto, aduersam minus nouam uideri. Cæterum Gloucestriæ dux post tam officiosam consolationem, captiuos omnes, alium alio ablegauit in carcerem, atque inde haud multo post in quoddam oppidum, quod Pons fractus appellatur, ipsius iussu adducti capite plecebantur. Sed nocte quæ eum die sequeretur, quo hæc Stratfordiæ gesta sunt, trepidus ad reginam nuntius uenit ad occidentale cœnobium, tristitia omnia atque atrocita denuncians, captum à patre principem, retroque, ut abductum Vodelinum, reginæ fratrem, ac Richardum Graium, tum alios amicos eius comprehendens atque ablegatos, incertum quò tractandos incertum quomodo. Mutatam rerum summam, euerfam concidisse omnia: proinde occupandum ipsi tempus, ac sibi reliquisque suis fortunis, dum liceret, consulendum, ne properè accurrentes aduersarij reliquias interciperent. Hoc nuncio exanimata regina, calamitatè tam insignem, tantam, tam insperatam filiorum, amicorum, ac suam ipsius ingemiscentes, ad hæc dammans ac detestans consilium suum, quæ principis dimittendum præstiduum suaserat, pauida ac trepida è palatio suo se in cœnobium proripit: erat enim asyllum illud edibus palatinis contiguum. Ibi se ac minorem filium, & filias quatuor in abbatis domum cum familia sua conijcit. Missus est eadem nocte minister ab Hastyngho cubiculario ad Eboracensem Archiepiscopum, qui & ipse haud longe ab occidentali cœnobio habitabat, qui ministris episcopi narrauit sibi à domino mandatum, ne quieti præsulis parceret, tanti esse momenti quod afferebat. Illi magnitudinem negotij

gotij ex festinatione æstimantes, soporem domini haud cunctanter interruptunt. In intro-misso ad puluinar nuncio, quò auersum retro principè, & captiuos eius cognatos accepisset, immani tantæ rei atrocitate percussus obstupuit. Tù nuncius: iubet te, inquit, dominus meus reuerende pater, animo bono esse, actibi pollicetur salua fore omnia. Abi, inquit ille, ac renuntia, quamuis bene futura sint, nunquã tamen tã bona fore quam fuerunt. Tum eo dimisso protinus excitat familiã, & stipatus suis, appenso ad collũ sigillo (erat enim Cancellarius) recta contendit ad reginã, ibi plena reperit cõsternationis, luctus, pauoris, ac tumultus, omnia trepidari, festinari, conuehi in asylo è palatio, scrinia, sarcinas: Ociosum neminè, imponentes alios, alios deponentes onera, alios depositis quæ pertulerant noua petere: Effringere alios medium parietem, qui solus ab asylo palatium dirimebat, uti viæ cõpendium fieret: nec deerant (ut accidere fere in tali tumultu solet) qui alio quædã quã quò destinabantur, efferrent. Reginam videt humi sedentem, solam, tristem, atque attonitã, complicatis digitis suam, suorumque fortunã complorantem. Solatur eam episcopus, hortatur ne presentibus rebus deiciat animum desperatione meliorum, sibi factam spem rem haud perinde atrociter cessuram, ac ipsi fingeret malignis rerum interpres timor. Addit quo magis eam confirmaret authorè esse spei suæ nũtio ad se misso cubiculariũ. Ach pereat, inquit illa, Is enim princeps est eorum, qui odio implacabili in sanguinis mei perniciem incumbit. Tum ille: Regina inquit, erige animum. In hanc rem fidem hic tibi astringo meã quo die aliũ quenquã illi in regem creauerint, quã filiũ illũ tuũ quẽ habet secũ, nos postredie istum alterũ quẽ hic tecũ habes, hoc ipso in loco diademate insigniom. Quod quo minus du-bites, en hoc sigillũ, quod meæ fidei princeps illustrissimus credidit, maritus tuus, tibi iã in manus trado, & simul hæc dicens, sigillũ reginæ tradidit, & priusquã illuxit, abiit domum, quum iam è fenestra despiciebat, vnde illi prospectus erat in Thamesim, persultari totũ fluuium cymbis videt, asylo videlicet obsidente ducis Glocestriæ satellitio, ne quis eo per aquam transfugeret, aut inexcussus præterueheretur. Iã continuo res dispargi, toti populo in ore esse, stupere omnes, ira, metu, ac merore cõpleri, cõglobari alij alibi in armis, turmatim volitare diuersi, atq; inuicè minitantes, prout quoq; partiu studiu aut periculi formido copulauerat. Ad hæc ut odio quisque aut fauore ferebatur, ita cleuare alij verbis inuidiã facti, alij aggrauare oratione nitebatur. Tù ne quid Londinum detrimenti caperet, excubari à ciuibus ceptum, quam & proceres iam quicunque aut in vrbe erant, aut non longe aberant, diuerse de his rumoribus ac tumultu multa diuinabant. Sed Eboracensis episcopus ve-

ritus ne leuis ac præcipitis consilij videretur iniussa regis sigillum tradidisse reginæ, priusquam in consilium iret, quo factum tegeter, sigillum ab ea receperat. Ibi factum illud ducum plerisque incescentibus, atque odiose interpretantibus, tanquam priuatè simulates structis in principem insidijs prætexerentur, Hastyngus contra (quem nesciebat huius facti conscium esse) suam fidem, quam perspectissimam habuerunt omnes, pro ducibus interponere, nihil aduersus regem cogitatum, postros ab hijs in custodiam eos, à quibus sua salus impetita credebatur, rectè an secus vestrum erit iudiciũ inquit, quorum exmiani reseruant eos hi qui nihil merentes, te tamen læsos ab illis esse conqueruntur. Cæterũ eã litẽ vos aut iudicabitis vestro arbitrato, aut cõponetis, tãtũ ne quid re incognita statuatis, & priuatas cõtrouersias in publicã seditionẽ atq; intestina bella vertentes, eo rem deducatis ut irritatis animis, interurbata coronatione principis, quem huc eadẽ causã comitantur, componi res & redintegrari nõ possit, in quo certamine si cætera paria essent, tamen ius & authoritas maior in illis castris sit necesse est, in quibus princeps erit. Hęc oratio ob cognitam veri fidẽ magnã habuit vim ad cõmouendum sed multo maxime tumultuantes animos cõpresit imminens aduentus regis, quẽ comitatu magnifico ducẽs admodũ reuerenter habitũ Londinũ versus producebant. Cæterum quacunq; ibant, rumorem disseminandũ curauerũt, molitos qui in vinculis erant, primũ ipsos deinde alios è proceribus per vim opprimere, atq; ita sibi met viã struere, quã regẽ pariter & regnũ sibi subijcerent. Cuius committẽ quo fides plebi fieret, aurigæ, atq; alij ducũ ministri, qui cum præsidio impedimenta sequebantur, ostentabant vndique captam suppellectilem, dolia quædam armorum plena, quæ ipsis, quũ trãsferretur aula principis, necesse fuit aut auferre, secũ aut abijcere. Quod quãquã satis scirent, tamen per malitiã dissimulãtes, quũ ea passim tanquã manifestarij criminis argumentum ostentarent, inclamauerũt: En arma ipsa, quæ proditores isti in dolia clã abdiderant, ut ducẽs atq; omnes nobiles per insidiã obruncarent. Hoc commẽtum, tametsi prudentibus rem suspectiorẽ reddidit, facile cõiectantibus eos qui tale facinus animo destinassent, corporibus potius arma fuisse gesturos quã vincitã atq; impeditã congesturos in dolia, simplici tamẽ ac rudi populo mirum quã satis fecerit, adeo cõspectis armis, vel ut cõta atq; explorata proditione salus vndiq; ducibus, suspensũ captiuus acclamatus est. Quum rex aduẽtare propius nunciaretur, senatus vrbis cum magno ciuium numero progressi obuiam quatuor ab vrbe milliibus occurserunt. Ita princeps honorificè exceptus, procerum ac ciuium celebri pompa ciuitatem est inuectus, quarto die Maij, Anno regni sui primo, eodemq;

eodemque vltimo. Sed hac honoris magnifica specie, vultuq; in obseruantiam principis cõposito Glocestriæ dux è summa inuidia ac suspitione, quibus paulo ante laborabat, in tantã subito charitate omnium, tantãque integritatis opinionẽ venit, ut vnus omnũ protector regis, regniq; eius, consensu procerũ renunciaretur. Itaque sine id inscitia factum, siue factu, agnus certe consulto in lupi fidem creditus est. Mox Eboracensis episcopus acriter increpitus quod sigillũ reginæ tradiderat, admistratione priuatus est. Eo munere in autoratus est, Rufellus, episcopus Lincolnensis, vir & vtrũq; & vitæ probitate singulari, tum in literis haud dubie sua tempestate primarius. Igitur vbi protector effectus est, quanquã singulie dies anno longiores videretur, qui moræ impatientem cupiditatẽ eius moraretur, auidumq; quam primũ re ipsã vsurpandi regni, quod animo iam ante inuaserat, tũ haud temere quicquã censuit antè tentandũ, quam reliquã prædæ partẽ in nasam pellexerat: haud ignarus fore, ut si alterũ fratrem priuare imperio, in alterum protinus euehendũ vniuersorũ studia incuberent, siue permaneret in asylo, siue, quod multo metuēbat, magis extra Britanniam aliquo transmitteretur. Ergo in proximo conuentu procerũ grauius incufat reginã, odiosè ab ea factũ, quæ vnici & charissimum à principe fratrem distineret, tanquã vtrique inuideat dulcia illa mutua consuetudinis oblectamẽta: in illũ vel magis impia, euus potissimũ curam præferret: quippe quẽ liberatũ subductum, haud luce ac splendore clarissimæ fortunæ suæ detractũ in asylo, misere velut in tenebras & squalorẽ abstrudat. Nec horũ quicquã aliã causã patraturũ, quã uti nobilibus regiã cõsilio sunt acris apud populum cõspicitur inuidia. A deo ei odio esse eos, ut vel cum liberorum dispendio suorum, quod de Medæ ferunt fabulæ, vlcisci quos odit ardeat. Alioquin enim quorsum in asylo puerũ, inquit, nisi quod videri vult populo vos aut parum fideliter, aut non satis sapienter prospexisse principi, si periculum sit eius mihi fratrem credere, cuius ipsum corpus mihi vos alendum tuendumque credidistis? Cuius incolumitas haud mihi certe fulciri satis vltra victus cura videtur, nisi ludi quoque voluptas accesserit: quæ mirum in modũ pueriles spiritus reficit vegetatq; nec eã potest mollis puerorum ætas ab senibus capere. Blandus adhiberi collator debet, qui neque annos eius superet, neque multum ætate illi sit inferior, tũ qui ad eius nobilitatem accedat proximè. Ita simul ætatis habeatur, simul maiestatis ratio. Quis igitur omnibus partibus accommodatior quã germanus frater, quom nũc deterior nouerca mater abstinet? Si quis hæc leuicula sentiat, quod ego certe nemini visum iri puto, cui salus principis curæ fuerit, is sic habeto, maximas interdum machinas consistere nisi

minorum adminiculo nõ posse. Ad hæc quã istud nobis regni huius proceribus inhonestũ, quã ipsi regi inuidiosum omnium per ora, non in hoc regno tantũ, sed apud exteras etiã gentes iactari (ut cito peruolat malus rumor) fratrem eius eõ necessitatĩs adactũ, ut florẽtibus illius rebus ipse in asylo delitescat. Neq; enim temerè quisquã credetur in antrum sese abdere, cui citra periculum liceat in luce ac libertate viuere. Hęc persuasione vbi semel animis infederit, haud facillè euellas poltea, manisque in malum crescet denique quã deuinare facile quisquã possit. Huic igitur pesti quo propere eatur obuiã virũ aliquẽ ætate graue, atq; autoritate pollentem mittendũ ad matrem cenleo, eumq; cui & regis honor & ordinis huius fama curæ sit, tum cui apud eã sit & amoris nõ nihil & fidei. Quibus oĩbus de causis nemo circumspectienti mihi magis occurrit idoneus quam reuerendissimus iste pater (aderat, enim) Cardinalis, qui solus mihi sua prudentia videtur rem cõfessetur, modo ne laborẽ recuset: non recusaturum autem spero vel regis causã vel nostrã, vel ipsius ducis nepotis mei secundũ principem ipsum charissimũ. Quibus omnibus si id quod spero reginæ recta persuaserit, non facile dictu fuerit quantum adimet molestia. Cæterũ ea si incepto prauo, muliebri pertinacia sic inlitterit, ut ab libidine animi ad verum flecti nulla tanti patris neque auctoritate neque consilio neque fide possit, ego certè author fueri ex edicto regis è coenobio eximendi eius, ducendũ, in felicissimũ regis contubernium apud quẽm adeo honorificè excipietur, ut omnes intelligat eã eũ solum in asylo clauderet, vel malitiam à consilio, vel stultitiam habuisse. Hęc mea est hæc de re sententia, nisi vestrum quicquã cõtra sentiat. Neque enim vnquam vsque adeo mea mihi ratio blandietur, ut non paratus sim cuius vestrum rectura cõsulerenti parere. Huic orationi nobiles ferè quotquot aderant suffragabatur. Cardinalis, atque episcopi reliqui, cætera assensu, tantum inuita matre nihil audendum censebant, neque vim adhibendam si fortè verbis minus obtemperetur. Rem enim videri superis, hominibusque inuisã, tantæ veltustatis azylum tã religio sum temerari, quod reges ac pontifices tam boni instituerant, tam multum ratum sanctumque habuerant: atque ei loco inferri contumeliam, quem locũ Petrus ipse, princeps Apostolorum, magnò superorũ chorò comitatus, olim tã peculiaritèr Deo, sibi que dedicauerat, ut per tot retro secula nequere tam audax fuerit quisquã, qui nõ sit veritus violare neque tam religio sus episcopus, qui sit ausus consecrare. Nullo ergo pacto me autore. Cardinalis inquit, sancti loci imminuetur immunitas, qui tam multis miserè alioqui perituris tã sæpe fuit præsidio. Sed neq; necesse erit spero, verum quantumuis etiã necesse fuerit, non faciendum cenleo. Equidem spes

spes est reginam audientem rationi fore, quod si minus succedat è sententia, ipse tamen sedulo conabor, vt facile omnes intelligat. nò meâ industriâ defuisse negotio, sed maternâ indulgentiam, ac muliebri potius metum obtestifese. Muliebrè metû, inquit dux Bukyngamie, imò peruicaciâ mulieris inuictâ. Nam hoc ego vel quo quis pignore ausim certare, nihil illam prorsus vel filio timere vel sibi. Quis enim bellû sibi sumat cû femina? Quod si mares quoq; sanguinis eius aliquot foeminae essent, melius profecto sese res haberent. Quanquâ nec illis quidè reginæ cognatio fraudi est, sed ipsorum compositus ad seditionem animus. Cæterû vt maxime nobis ipsa, cognatioq; eius, inuisa foret, non posset tamen charus non esse frater principis, nempe cui nos ipsi cognati sumus, cuius verè conseruandi si tanto studio, quanto nobis incommodandi cupiditate duceretur, non minus libenter illû ex illis latebris educere, quâ nunc abdere ac vincire studeret. Nam si quid saperet, haud quaquâ sibi plus tribueret quâ quibusdâ nostris, de quorum fide non dubitat. Sed vere persuasum habet filij sui salutè non minus nobis curâ esse, quâ sibi: cui magis bene volumus, eo minus esse apud illâ ferre debemus, si illi penitus constitutû fuerit in asylo continere, contraque nemini nò placere arbitror principis cyrationem parenti cõmitti, modo inducat animû ibi viuere, vbi versari neutri sit indecorum. Quamobrem si in reddendo filio eorum consilia aspernetur sequi, quorum neque ambigua prudentia est, neq; incerta fides, quis non intelligat, facillè eâ hucusq; progressam odio, nostri magis, quâ metû sui? Quod si adeo metulosa sit, vt ex animo metuat quod nusquâ est? Quis enim prohibere queat, quo minus vel vmbra horreat suâ? Certe quo ea magis filiu nobis timet credere, eo nobis contra iustius timendû est puerû illi relinquere. Etenim si tam vanos metus concipiat animo, vt filio periculû esse fingat, profecto vt est metuentium sollicitus animus ne asylo quidè satis fidet. Nâ si id cogitet, adeo immanis quèpiam animi esse, vt puero innocenti nocere studeat, aut tanta feritate, vt neq; huic superû timor, neq; hominû pudor à flagitio reuocet, facile ei asyli nomen leue ac vanû esse videbitur. Itaq; falsa suspitione periculi subigetur animus, munimentû aliquod firmius extra regnû quærere. Qui nunc quoq; quamquam nihil tale metuêrem, haud dubito tamen hoc ipsum tam illam animo agitare, vt faciat, quam nos contra ne faciat. Quæ si tam improbum facinus muliebri temeritate patrauerit (patrabit enim facile, oscitantibus nobis) omnes vbi que mortales prædicabunt, dignos scilicet nos qui principi à consilio simus, cuius germanû fratrem per recordiâ sub oculis nostris perire patiamur. Ego igitur illustrissimû ducem, dum licet, vel inuita matre, censeo eximendum potius, quàm tantisper ibi relinquendû

quoad eum mulieris mala mens prætextu metus emittat in periculum, nec asyli tamè immunitatem vilo pacto violari velim. Quæ quoniam vires ab vetustate ceperit, non ego is sum qui suadeam infringendam. Contraque si integra res esset, non suaserim instituedam. Neque tamen inficior benefactum ac misericorditer, vt quos naufragium, aut male expuncta nomina, aliâque quæpiam fortunæ vis aduersa fecit inopes, his aliquis aperiat potius, qui corpora saltem integra præstet à creditorû seuitia. Ad hæc si regni titulus, quod non semel accidit, in questionem veniat dum armis de iure decernitur, atque alteri alteros habent proditorum loco, non displicet aliquè locum esse ad què vtriq; confugiât, vbi dubijs aut afflictis rebus, pendente adhuc victoria, sint in tuto. Cæterû furibus ac latronibus, quibus ea loca plena sunt, quique semel eiusmodi flagitijs imbuti nunquam respiscunt postea, facinus est profecto asylum præsidio esse, multo que magis homicidis, quos ab aris ipsius auelli, mactariq; iussit Deus, maxime si ad crimen accesserit. At nisi consulo peccatum sit, nec opus quidè apud nos asylo est. Nam si quem in alterius necè aut necessitas armauit aut impulsit casus, eius delicti aut veniam lex, aut princeps gratiam facit. Numeret aliquis nunc quam raros in asylo comperiat, quos illic flagitabilis aliqua necessitudo compulsi: contra quanta illic affluit turba proditorum, quos alea, luxus, ac libido exhaurierit. Præterea latronum scariorû, sectorum homicidarû atq; immanium proditorum, quam tetra atq; horrenda colluuias in asylo, velut in pestilentissimam sentinam cõluxerit: id què potissimû in duo, è quibus alterum est vrbis propinquum, alterum in ipsis vrbis visciferibus collocatum. Asylum profecto confirmare, quisquis asylo commoda compararit cû incommodis, eû pronûciaturû poti, quâ tot incommoda perpetiada sint, multo fore cõmodius ipsi etiâ cõmodis caruisse. Atq; hoc affirmo, sic habere se, vt nò accedat alia, in quibus ad perniciè bonorû hoies flagitiosissimi indies magis ac magis abutuntur asylo licètia. Nâ nunc iuuentus improba non alia causa liberius, quam horum fiducia locorum, profundit; perdit, abligurit: quin ditiores aliquot eo prouolant cû tenuiorû bonis. Ibi ædificant, epulantur, oblectât sese, creditoribus interim impune illudentes. Illuc vxores fugiant cum suppellectili maritorû duritiam eorum libidini suæ prætexetes. Illuc fures conuehant quæ furto sustulere: ibique inde viuunt ac triumphant. Ibi noua atrocissima machinantur: inde quauis nocte prorupit, furantur, occidunt, & commissio facinore reuertuntur, tanquam loci reuerentia non tueretur modo eorum vitam ad penitentiam ante actorem, scelerum, sed nona quoq; designandi licentiam in dulgeret. Quanquam, si viri prudentes adniteretur, bona pars huius mali facile

facile tolli posset: Idq; cû bona diui Petri gratia. Reliquum quû nescio quis potifex ac princeps misericordes magis quàm prudentes instituerunt, & ceteri deinceps religioso metu pertulere, nos feramus censeo quatenus ferat ratio, quæ nò eo vsq; suffragatur asylo, vt nos prohibeat illustrissimû inde ducem ipsius bono producere. Cuius loci priuilegium nullû in eo locû habet: ego certè hunc asylo verum ac natiuû vsum esse semper sum arbitratus, vt eorû corpora tuerentur, quos aliqui maneret malum tum magnû, tû in primis meritum. Nam vt declinetur immeritû, non est cur implores peculiare cuiusq; loci priuilegium. Etenim ne cuiquâ vsquâ inferatur iniuria, eâ immunitatem leges, mores, natura cuiq; loco exequo tribuit: nisi quis aliquè nouit locum, in quo maleficia fas est perpetrare. At vbi ab ipsa lege periculum est, ibi verò præsidium à priuilegio petendum est: indeq; ego malum natum altumq; asylo verum sum putem. A qua necessitate illustrissimus iste dux abest procul. Cuius fidem erga principem sanguinis necessitudo probat, cuius erga reliquos omnes innocentia tenera declarat infantia, ne quis illi opus asylo putet, in quod ascribi nec potest quidè. Neq; enim ad asylû sic, quæ admodû ad baptisma, cõfugitur, vt suscepto copatrûq; vicaria voce beneficiû imperretur, sed cuius bono datur, ipse supplex flagitet, ac precetur oportet. Idq; adeo merito cû cõpetit nemini, præterquâ ei cuius mens facinoris cõscia in digu egentq; talis auxilij facit: Quæ ergo voluntatè habet ille puerulus, qui sibi inutile munimentum ab asylo postulat, qui se eo proueheret ætatis vt vsum eius loci posset intelligere, profecto non parû irasceret ijs qui illic manèdum ei suaderet. Vnde nunc eximere nò repugnât vsq; adeo nihil mihi videtur formidandum, vt in eos quoque quibus verè asyli ope opus est, aliquâto tamè magis audèdû quâ solemus censeâ. Nâ si quis eû subducat se cû alienis bonis, quid ni regi liceret à fugitivo ablata domino reddere, sine vilo priuilegij præiudicio? Ea verba ferè qui è clero aderant, siue assentabantur duci, siue ita vere sentiebât, cõfirmare. Sic diuino iure cautû, vt obætorû bona in asylo confluentiû dispartiantur creditoribus, relicta tantû libertate corporis, quorû labore victû quærirèt. Credo vos, inquit, illè, verè dicere. Quod si mulier eo transfugiat perrepta mari, sed tanquâ perterrita, mihi certe videtur inoffenso diuo Petro maritus è medio Petri tẽplo coniugè iniecta manu protraherè. Alioqui si nemo inde deduci potest, qui se dixerit ibi manere velle, certe puer quispiam qui à præceptore fugerit ibi relinquendus est. Quod exèplû quanquâ leue vt esse videri possit, tamen hæc nostra causa est aliquanto leuior. Nâ illic quanquâ puerilis metus est, est tamen aliquis: at hic omnino nullus est. Et profecto antehac sepe viros asyli immunitate vfos

audiui, sed pueros nunc primû audio. Quamobrè vt aliquando finia, quisquis id facinoris admiserit, vt opus ei asyli ope sit, is ibi maneto. Sed hic illustrissimus dux ibi dimittèdus nò est qui neq; ætatem habet, qua possit istud petere, neq; malitiam, propter quâ possit promereri: cuius neque vita, neq; libertas venire in discrimen vilo iure potest. Per iniuriam vero prope minus potest, fratre rerû summa potient: ipse opibus potens, amicis etiam potentior, quippe patruo clarissimo, nobisq; omnibus in salutè atq; incolunitatè eius incubètibus. Postremo qui ex asylo quèpiâ ipsius bono cõmodo que protraxerint, etiam si vim fecerint, hos ego tamen asylo vim fecisse pernego. Huic ducis orationi cum laici quotquot aderant, tû verò clericorû pleriq; nihil etiam mali suspicantes assensere, eoq; discessum deniq; vt in redderet vltro, vi deducendus ex asylo videretur. Cæterû verbis ante visum est quâ vi experièdum. Cardinalis ergo è consilio in asylo restâ contendit, vnaq; aliquot è nobilibus, siue dignitatis eius viri habita ratio est, siue protector huc respexit, vt ex tot præsentia procerum regina colligeret nò ex vnus esse hominis sententia quod tum agebatur, siue ne ausus quidè est târè vni credere. Quanquam suspicantur aliqui, si regina, quod expectabatur, filiu obstinate pernegare pergeret, mandatû seorsim quibusdâ è comitibus illicet vt inuitæ per vim eriperent, neu tẽpus alio amandandi darent. Cuius rei consiliû post eû sermo è habitû agitatura videbatur, modo ad id suppetere spatium. Igitur vbi mutuo in conspectum venere, Cardinalis exponit rem atrocem videri nobilibus, vnicû regis fratrem ab eo seiscitum, ab illa velut in carcere adseruari: quo ex facto vt nihil super ipsorû infamiam queratur, consequi tamen & consulari apud exteras omnes gentes inuidiam, ipsi nimirum principi, cuius germanus vnicus narretur in asylo delitescere, ne patria quidè interim exèpta calamitæ, tanquam populum tam immanè gignat & efferunt, vt fratri etiam à fratre imminet periculû. Proin se ad eam ab rege, proceribusq; missum, vt ipsa sua in eâ fide atq; amore recta & salutaria consuleret. Eius generis in primis esse, vt ducem emissum ex illis latebrarum angustijs angustissimæ principis aulæ, iucundissimo fratri consubernio redderet: Id si ita fecisset, & regni rebus publicè, & amicorum communiter, & priuatim suis rectè consulari. Sed regi in primis atq; etiam duci perquam rem gratam facturâ, quibus maxime commodum sit iucundè simul viuere. Ad hæc regina: Haud equidè negarim inquit, honorandè pater, optandam filio huic meo conditionem esse quam affers, vt videlicet perpetuo cum rege versetur, & conuiuat fratri: cæterum contra quoq; rem ego neutri parum incommodam censeuim, si ambos aliquot adhuc annos tueretur, atq; educaret mater, estimata vtriusvis ætatula, sed huius præ-

fertim minoris, cui præter infantie teneros annos (quæ & ipsa curæ nõ õscitantis indiget) febris etiã neuti quã leuis accessit, cum qua diu conflictatus, adeo nuper potius remissius egrotare cœpit quã reualuit, vt ego nemini mortaliũ omnium eũ audeã præterquã mihi vni credere. Quandoquidẽ & rerũ medicarum periti aiũt, quod vel tacentibus illis quotidiana probant pericula, neminẽ in morbũ nisi duplicato periculo recidere. Opinor quod priore conflictu fatigatã natura minus recentes vires ad secundos congressus adfert. neq; diffido tamẽ inueniri posse qui sint ad salutẽ eius partes suas diligenter obituri. Sed neminẽ vsquam esse reor, cui aut penitus exploratum sit quid eius natura ferat postuletq;, quã ego, quẽ cũ eo frequens & assidua semper vixi: neque qui vel minus remissẽ, vel magis indulgẽter puerũ sit curaturus, quã mater. Ad hæc Cardinalis: Nemo, inquit, ibit inficinas regina clarissima neminẽ vsquam esse, qui viua te sit accommodator tuorũ vitę liberorum isthac præsertim ætacula moderandæ, neq; procerũ quisquam est omniũ, qui non ambo optet in tuis manibus oculisq;, potissimũ enutriti, modo tu adduci posses eo in loco viuere, qui & illorũ amplitudini maximẽ cõueniat & minimẽ alienus sit à dignitate tua. Sin tibi ipsi persuaseris in hoc asylo delirescẽdũ, cõmuni omniũ sententiã iudicatũ est, longẽ magis ex vsũ esse ducis cũ regiliberũ in dignitate ac splẽdore viuere, vtriusque bono ac cõmodo, quã cũ illius damnos, huius inuidiã, certe vtriusque dolore miseram tecum vitam in latebris & squalore ducere. Neque enim vsquẽ adeo necesse est puerum ædudari à matre, vt non interdũ incidat occasio, qua alibi eum ali præster. Nam & quum olim charissimus filius tuus tunc designatus rex profecturus esset in Valliam, sui, patriæque commodi causa, procul abs te victurus memini eam rem pro egregia prudentia tua te quoque ipsã approbante fieri. Non admodum approbante, inquit illa, neque tamen hæc causa simile quicquam habet cum illa, cum & alter tunc esset incolumis, & alter nunc infirma valetudine. Quo in statu cum sit cur tam auide conetur eum protector ad se trahere, neque eo equidẽ satis demirari. In quo si puer (absit omen verbo) citra vllam eius culpam periret fato, facile tamen posset in suppitionẽ fraudis venire. Tam quod rem neque per se inhonestã, etiã si abesset necessitas, & nunc tam necessariã vt veniam facile mereretur, etiã si paulũ ab honestate desisteret, ille quod cuiq; proclive est orationis deprauatã atrocitate, dum ipsam hanc meam pro filio sollicitudinẽ tristibus verbis inuadit, metumque meum interpretatur malitiã: neq; mihi natoq; salutẽ, sed sibi & proceribus inuidiã queri. Hęc ego certe non admodũ inique fero. Vtinam non maioribus erumnis distringerer, quam vt vacaret verbis commoueri: Neque tamen

fatis video, quomodo ipse secũ cõstet: nõ qui incolumbia mihi simulat esse omnia, idem egrẽ me retinere sustinet vel filium, & qui vbius tutam me esse fingit, is ne ibi quidem finit, vbi & latronibus tutum esse quiescere. Nam quid iniqui habet, me si modo libera sum, vbi mihi licet, viuere: aut cur inuidiosum fuerit puerulum manere cum matre? Nam quod istud minus honorabile futurum contendit tum sibi, tum proceribus omnibus, tum ipsi denique principi: ego certe contra censeo, nemini esse non honorificum ibi ducem relinquere, potissimum vbi sit credibile habitũ iri exactissimã salutis suæ rationem, quam hoc habendam loco me hic manẽte nemo opinor dubitat: è quo non est consilium adhuc exire, neq; in discrimen post reliquos cõsanguineos meos conijcere: qui vtinã hic mecum essent in tuto potius, quã ipsa cũ illis foris in vitę verfarer periculo. Sub hæc verba: Ergo, inquit quidam ex nobilibus, qui comes eo venerat Cardinali, nõstion aliquid regina, cur eorum cuiquam debeat imminere periculũ? non cur debeat, inquit illa, vt ne cur in carcerem quidem trudi, in quẽ trudentur tamen. Quamobrem non est quod mirerẽ, si metuum ne qui immerentes in vincula coniecerunt, ij dem ad innocentiũ perniciẽ sint incubituri. Tũ Cardinalis nutu linguacẽ illũ admonens vt cõticelesceret, ac ea in re ne pergeret vterius, mox reginam super amicorũ casu solabat, nempe excussa & cognita causa nihil fore discriminis, de se ipsã vero vanissimũ esse quod metuat quippe cui neq; mali impendat quicquam, neque intentari queat. At istud qui confidam, inquit? Num innocentie cõfidentia? quasi vero illi nocentes sint. An quod illorum inimicis sim fortasse minus inuisa quibus illi vel maximẽ propter me inuisi sunt? An securam præstet sanguinis hæc necessitudo cum principe? Sed quoto cognationis gradu absint illi, quibus iam vides quã nihil prodest cognatio, quæ ne exitialiter obstidit mihi vel in votis est. Quamobrem & ipsã me inter hæc septa continere statui, nec filium hinc emittere, donec spes aliqua affluerit meliorũ. Nam illũ quo magis impensẽ quosdam hoc agere video, vt tam leuium rerum prætextu in sua potestate habeat, eo nimirum ipsa vehementius quoque horreo à me amittere. At contra, inquit ille, quo tu regina magis pertimescis amicis eũ tam propinquis credere, eo vicissim alij magis metuunt apud te relinquere. Ne muliebris iste frustra cõceptus timor in mentẽ tibi subijciat, vt aliquo eũ ableges lógus. Sunt qui negant etiã fratres ius esse tibi à rege distindẽdũ, cũ nihil ad asyli rationem faciat simplex atque innocens ætas pueri qui neque iudicio præditus sit quo possit implorare, & malitia careat, propter quã illo possit indigere. Itaq; nec infringi quidẽ cõsentis hęc loci priuilegiũ, si inuitẽ quoq; eũ tibi hinc ereptũ eãt, quod te

obstinatẽ

obstinatẽ commo dis tubrũ, refragatẽ fortasse facturi sunt. A deo anxius est protector amantissimus eius patrus, ne tu, dũ vanos tibi metus fingis, animo in certã perniciẽm aliquod eimittas puerum. Ita ne, inquit illa, adeo filitum amat meũ, vt nihil æquẽ vereatur, ac ne elabatur aliquo manusq;, eius euadat? timet scilicet ne emittã, hinc lógus eũ, quẽ sic affectum nec possum quidẽ citra salutis dispendiũ, cui adeo accuratẽ consulere me quidã nõ libenter videret, hinc ne eũ emitterẽ, crẽdo vt in dispositos in itinere casses immitterẽ? liceat certẽ, quod ad hanc rẽ attinet in vtrãuis aurẽ dormiat. Nã vbi ego illũ sperẽ tutũ, si hic deserẽ? Est ne vltus vsquã locus hoc vno sanctior? cuius immunitatẽ nec tyrannus quisquã hæctenus inuẽtus est tã impius, qui nõ sit veritus violare? Atque ego certe confido diui Petri sanctissimi huius asyli prædis numẽ, nõ minus potentẽ vindicẽ aduersus asyli sui violatores hodieq; fore, quã olim fuit. Sed puerilis ætas priuilegiũ nõ capit: pulchrẽ scilicet, quasi verõ locũ quos fontes recipit, infontes excludat. Nã quod arguitur asyli beneficio nõ indigere puerulũ, vtinã nõ egeret, nec egeret certẽ, si per se tuta esset aduersus sceleratos innocentia. Adeo me protector (qui superos procor vt protectorẽ se probet) stupidam arbitrat, vt quorsum eius phalerata redat oratio nõ sentiã? Asyli latibulum principis maiestãtẽ dedecorat, conciliat infamiam proceribus, inuidiã principi, ex vtriusq; cõmodo esse vt coniunctim habitent, maximẽ cum princeps egeat collusoribus, quod ego superos omnes obtestor vtriusq;, vt collusor obtingat felicior, quã is qui callidis cõsilijs præterit tam grandibus verbis personatas ineptias, tanquam nusquã reperiri possit qui iocetur cum principe (si modo hoc ipse vacat) nisi frater (cui per valetudinẽ non lubet ludere) ex asylo, id est, extra munitiones suas, vel ut lusus eliciatur. Perinde quasi pueri tantam habeant rationem maiestãtis vt ioco sint potius quã admittant impares, aut tanquam ludere nisi cum fratribus suis nõ possint, quibus id ætatis pueri minus plerumque oblectantur quam alienis. Sed puer hic loci beneficium implorare non potest. Quid si implorantẽ audiã? Sed fingẽ nõ posse, fingẽ non velle, imo recularẽ, imo vt exeat vehementer instare, tamẽ quisquis illũ vel volentẽ inuitã mihi abtulerit, eum ego planẽ contentõ sanctũ hoc asylũ temerare. nisi putemus vn de sacrilegiũ sit æquum mihi abducere, inde fas esse abtahi filium. Quin nisi me periti fallunt, filium cui nullũ hæreditatẽ prædium obuenit, operẽ cuiquam militaris obnoxium Angliẽ meã matri tuendam credunt, & quisquã hinc mihi pupillum abstrahet meum inoffensa sacri loci libertate? Quod si neque meum ius eum tueri possit, neq; ille suũ petere tamen cũ tutela eius ad me pertineat, quis me nõ videt petere eius vice posse, nisi forte lex bonorum tãtum haberi tutelã velit, nõ etiam

corporis, cuius vnus gratia curat lex salua vt pupillo bona sint. Quod si quid ad obtinendũ puero priuilegium exempla valent, haud longẽ petitus indigeo. Nepe hic ipse locus, in quõ nũc stamus, qui nunc an puerõ vsui esse possit disputatur, alterũ olim filitum meũ videlicet ipsũ principẽ & nascentem exceperit, & vagientẽm textit, & prosperiori fortunã (quæ nũc præcor vt ei sit perpetua) conseruauit. Neque enim quod omnes intelligitis, asyli nunc primum incolumis sum, erecto quondam è regni solio, atq; exulante marito meo, grauida huc cõfugi, hic regẽ peperi, hinc reduci ac victori merito gratulatura prodij, hinc infãntẽ filiũ primis parentis amplexibus obtuli. Cui nunc regnãnti vtinã tam tutum palatium sit quã hic locũ, olim regnante hoste fuit. Quo ex loco alterũ etiam filium mittere non decreui neque cuiquam vtrumque credere, illi præsertim ad quem vtroq; deficientẽ regnũ successioni iure deuoluetur. Nemo timores meos excutiat maternẽ sollicitudinẽ, fas est etiã vana me tuere. Quãquã ego in hac re nihil sum publica lege cautior quã si periti vera narrat neminẽ vnquã admittit tutorem eius, cuius interitu sit hæreditatẽ aliquanto minorem etiã regno lucraturus. Aduersus quæ pericula certissimũ ac propẽ vitũ est in huius immunitate loci præsidium è quo is quẽ habeo me volẽte nõ exibit, quod si quis inuitã (quod nõ opinor) abstraxerit ac sanctissimã asyli religionẽ duxerit violadã ego superos eius prædis obtestor idẽ vt asyli prædiẽ immunitate egeat carẽat facultate interceptus præoccupatũque omniũ sacrarũ sedũ prohibeatur aditu nã ingressum extrahi ne inimicũ quidẽ vellẽ Cardinalis vbi vidit se multũ vrgẽdo nihil promouere sed illã magis magnĩq; incẽsam, postiora quoq; duriora iacere tristibusq; verbis fidẽ protectoris inuadere, quã ille quã integrã credere grauatim audit insimulari. Denique respõdit haud diutius se rem verbis extracturum si libeat illi puerum ipsũ in manus dare fidem ipsos suam eum saluũ & incolumem fore obstricturos. Sin retinere sciat discessuros ilico nec verbum addituros amplius in eam rem in qua vel prudentiam eorum suspectã illẽ vel fidem habeat. Prudentiam si rerũ ignari & minus creduli fidem si prudentes alienæ perfidie administri putarentur. Sub hæc regina velut deliberabunda conticuit, cui cum cardinalis ad abeundum parator reliquis videretur & protector ipse in palatio adesset cũ fatel litio cogitare apud animũ suum cœpit palam seruari filium in asylo non posse, celandũ verõ spem non esse subducendo illinẽ nihil oportunum cum neque tempus suppeteret neque quo mitteretur prouisum esset imparata omnia adeo securam nuntius hic oppresserat nihil minus cogitantẽ, quam in asylo inferendã vim cuius nũc obfessos exitus oẽs cernebat nec vllam puero elabendi facultatem nisi per-

dispositos in insidijs milites dari aliquando cōtra (vt in perditis simis etiā reb' fieri solet) sperabat non esse fortassis tam inclementē patri in nepotes animam quam ipsa concepisset deniq; si non vanus eius timor esset certe ferū fore. Præterea cardinalis animū satis exploratum habuit, nec minus compertā nobilitū aliquorū qui simul venerunt fidē quos vt verebatur ne falli possent, ita sibi persuaserat non potuisse corrumpi. Igitur si filiū omnino dimissura sit præstare censuit sponte vt illum tradere quam inuita videretur rata fore vt id non nihil ad conseruādum puerū curā atq; industriam eorum quibus iam tradebatur accenderet si ipsa sua manu filium in eorum tutelam fidēq; deponeret. Pro ducto igitur in mediū & constituto coram puero: viri inquit clarissimi neque adeo impudens ipsa sum vestra & prudentiæ disidā, neq; adeo suspicio sa vt de fide dubitē cuius meæ fiducia id hodie documentū dabo, quod si alterutra desideretur, in vobis æternū sit mihi rei q; publicæ vulnus inflēturum. Simul manu puerū apprehendens, En hic quem vultis inquit, meum atq; Eduardi charissimi olim regis vestri filiū, quem ego nō ambigo, nisi vobis eū credere statuissem huius loci posse sancta religio ne tueri. Tamen istud etiā minus ambigo esse aliquos meo sanguini infelto vt si quid eius scirent sanguinis in ipsorū corporibus contineri nō cunctarentur suis ipsorū manibus exhaurire. Ad hæc periculo nostro didicimus quā facile cognationis adfectū omnē execranda regni sitis extinguat: frater fratres è medio tollit, liberiq; per pulso regno, atq; adeo ita parentes ad imperiū affectāt, & nepos de patre securus est: Meorū certe liberorum alter alteri præsidū est, dū seorsim afferuātur, vteruis in columis vtrūq; seruat: eoq; nihil periculofius, quā ambos vni cōcredere, mercator siquidē parū cautus haberi solet, qui vni nauiculę fortē semel vniuersam cōmittit. Tamen hunc vobis in manus do, fratresq; simul in illo vtrumq; vestræ cōmittō fidē: ab iisdē vtrūq; rursus corā Deo atq; hominibus repetitura. Prudentiæ vobis multū in esse scio, fidei plurimū, opū ac potentie satis: nec deerunt qui hac in causa sese libet vobis adiungēt: Vnū tātū per vestrā fidē, perq; mariti mei memoriā, per meā erga filios sollicitudinē, atq; in nos fiduciā vos obtestor, vti quē admodū ego vobis nimū timida videor, ita ne vos vicissim pl' iusto securi stis. Statimq; ad puerulū versa: Vale dulcissime, inquit, fili. Superi tibi curatores adhibeant, imo ipsi curam habeant: matrem semel saltē amplectere, atq; exofculare digrediēs, incertus an idem vnquā licebit: denuo simul os admodū ori, cū cruce eū consignās auertit sese, ploransq; à plorante discessit. Quē cardinalis, comitesq; eius exceptum, recta in palatiū, vbi protector cum proceribus eorū reditū operiebatur, per dispositos tota via saellitū ordines adduxerunt. Adductum protector

amplexus, atq; in vnas è terra subuehens, aduenisti charissime nepos, inquit ad domino gratus, nimirū oibus, mihi lōge profecto gratissimus. Tū inde continuo Londinū itur ad principē: diuersabatur is in episcopi palatio, vnde protinus ambo mediā per vrbe celebri pompa faustis vndiq; acclamationibus, & clamantiū vota frustraturis arcē ingressi sunt, vnde nūquā eos pedē retulisse constat: igitur vbi protector, vtrūq; puerū petitus esset, maiore fiducia eū alijs aliquot, tū præcipuē duci Bukyn-gamiæ, aperit sese: quenquā nō ignoro multis visum totius eū consilij ab inde ab initio participē fuisse. Protectoris amici quidā autorem etiā eū suscipiendæ rei extitisse tradunt vltro ad bloncestressen missō protinus ab Eduardi morte clandestine nuntio. Sed alij, quibus exploratus est eallidū protectoris ingeniū, negāt ante cōmunicata postrema quā priora cōfessisset. Cæterū coniectus in carcerē necessarijs reginæ, & vtrūq; in filio in suas manus productū reliqua minus timide quibus poscūlare videbatur aperuisse, duci q; potissimū, cuius acensione dimidia parte suas vires auctiores fere intelligebat, p homines astutos, & tractadurū rerū artifices rē insinuat. Proponitur ei cognotorū causa, princeps iratus, etsi quādo licuerit futurus vltor: qui seri dimittatur instigare: hēsurā etenim semper carceris & vinculorū memoriā. Sin trucidetur, haud dubie mortē illorū ei curæ fore, quorū curæ dolori fuit. Ad hæc ptenitendo nihil profici, redimēdæ beneficijs offensā nō relicū locū: at esse nēpe facilius perditurū quā seruaturū principē, quē eū frate vna cognatisq; eo iā iniectos videat, vbi ptektor oēs posset vno nutu tollere nec dubiū sit, si qd noui moliminis intentaretur, an furū: Quē, vt erat credibile, occultū sibi præsidū ita duci exploratores struxisse, etsi aduerfaretur, infidias: idq; fors ex ijs quos minime suspicatur: eum namq; rerum statum, eos animorū habitus esse, vt cui confidas, quē timeas, statuer certo nō possis. Talia suggerendo fatigatū ducis animū eo perpulere, vt quā viā ingressum iā sese esse pœniteat, eadē tam pergeret: & quando semel cōperat, gnauiter vsque infisteret. Itaq; scelestissimo protectoris cōsilio cū resistere nō posset, fautorē se sociūq; adiunxit, malūq; publicū statuit, quando nequiret corrigi, quā maxime posset in suū bonū vertere. Cōuentū est, vt protector opere ducis ad vsurpandū regnū, filiū quē vnū habebat legitimū cū illius filia matrimonio coniungeret. Ad hæc Herfordiæ comitatum, quē dux velut hæreditarium appetebat, neq; Eduardo superflite potuit obtinere perempta lite concederet. His illius postulatis protector magnā vltro thesauri vim, regisq; supplicatū adiecit. Igitur vbi inter eos cōuenit, quō magis à suis cōsilijs oculos animosq; hominum auerteret alio, quæ ab inaugurationē noui regis pertinerent, magnifico apparatu multis in speciem ne noctu quidem in-

dē inter missō à labore operatiū ad ornabatur ineam celebratē. Proceres per omni regni partē euocati frequētes aderant. Cæterum protector ac dux, vbi Cardinalē atq; Cæcellariū cū Eboracēsi archiepisc, comiteq; Darbiæ atq; Eliensī præfule, nec nō Hastyngo cubiculario, multisq; alijs nobilibus collocauerāt de ordine, ritu ac solēniū insigniū regis cæremonijs lucturos. Ipsi interiū subducētes sese cū hijs quos sui propositi participēs babebāt, alio in loco lōge diuersā tractabāt. Cui cōsilio quāquā pauci adhibebātur, ijdēq; minime futiles, spargi tamen suspicio cepit, ac mulitare populū, tanquam rebus haud diu bene permansuris: quum nec sciret quisquā aut quam ob causam, aut quo autore metueret, siue animis ingentia mala secretiore naturę vi præfagientibus, pelagi in morē, spōte sua exēstantis aduerfus instantē procellā, siue vnus quispiam aliquid odoratus multos suspitione impleuerat. Quāq; nō nihil ipsa res etiā quātūvis dissimilata cogitationes hominū excitauit: siquidē paulatim quisq; ab arce regia dilabi, in protectoris aula esse, ibi frequētia, celebratisq; versari silētiū ac solitudo circa principē, plerisq; eō diuertentibus vnde negotiorū expeditio sperabatur: quibusdā etiā admonitis, parū tutō regē se frequēturos, quibus nihil necessarij negotij esset. Sic vbi multa signa cōcurrere, partū casu, quædā indutria ad vltimū efficeret, vti nō plebs modo (quę temerē quouis agitur) sed prudētēs quoq; atq; aliquot etiā proceres expericifcerētur, ac rē notatē. Hactenus tamē vt disputaret verius quā diffiderēt, cæterū dubitē comēs, qui in multarū rerū vsū cōsensuerat, prouideret illa suspēctās. Hastyngo, quod erat mutuo sibi secretorū cōfēij, compellato: Bina hæc mihi haud placent, ait, seorsim habitū cōsilia: nēpe dū nos in altero cōmunē rem simpliciter & aperte tractamus, qui scias illi quibus de rebus in altero clādestine musitēt? Tace, inquit Hastyngus, & minime dubita, dū vnus quidā illic aderit qui nunquam abest, ne verbū quidē vnquam dubium sic efferri possēt non citius ad me perferatur, quam loquēti excidat. Hæc ille de Catesbio innuebat, quo valde familiariter vtebatur: neque tantum sibi de cuiusquam in se amore fideq; promittebat, vt cui perinde sese ratus est charum, ac de iunctum sibi illum intelligebat, nēpe quē opibus admodum atq; autoritate promouerat, & erat qui prouehi haud difficulter posset. Nam præter egregiam Britannicarū legū peritiam, accessit corporis amplitudo, & oris decor, species insignis, vt idoneus non ad agēdas modo causas, sed ad magnas etiā res gerēdas haberetur. Ingenij vero tati, quantū homini tā nullius fidei nō optasset: quippe cuius vnus dissimulatio totā eā quæ illā cōsecuta est malorum pestē, cōsiliū Cuius fidē nisi secut' fuisset Hastyngus, Stantlæus, comēs q; Darbiæ, cæteri q; earū partiū nobiles, ad primam statim fraudis

suspitionē discessissent, & discessu suo oīa eorū clandestina, & nepharia cōsilia turbassent. Cæterum Hastyngus dum nimium illius vnus fide nititur, cæteri cunctantes perfidia illius tum demum captos se sentire cōeperunt, quā tā dānare iam, nō etiā vitare potuerunt. Sed & protector quoq; & dux Hastyngum mira ne quid suspicaretur mala, amicitia simulatione lactabant: quāquā illi creditur ex animo amatus, huic inuisus, neutri ad hæc cōsilia commodus. Fertur Catesbius à protectore missus, vt animo eius callide pertentato expereretur, an pertrahi quoquo pacto hominē posse ad suas partes speraret: Jāpera omnia & contraria retulisse. Pessimē etiā cesserat, quod Hastyngus hinc in familiari colloquio iactantia suæ fiducia aliorum formidines aperuerat: Veritus ergo Catesbius ne multo contra suam simulationem mouendo ac fatigando proficerent, neu consilia quæ iam proreperere videbantur cuncta eriperent, censet maturandum facinus, occupandos dum dubitant, illum quæ stia fecti non possent amolendū. Quod eo suast audiū, quū Hastyngi principatus, quo tum plurimum pollebat, in Lancastrensi comitatu sibi destinabatur. Cuius rei detestabilis ambitio Catesbium ad ineundam execrandi sceleris societate impulerat. Igitur consultantibus paulō post in arce proceribus, quo eos protector cōcucauerat, ipse serius veniens in cōsiliū exuo sat tarditatē: Tū hilaris, ac prope iocanti similibus accubuit protinusq; in Elissem, versus episcopum: pater inquit, fraga tibi in hortis auidio insignia nasci, non grauatim: scio ferulū vnum tot nobilibus in prandium, velut simbo lum tuum cōferes. Vtinam, inquit ille, maius aliquid tā facile possim quam hoc, libenter faciam: simulque ministrum qui adferret eremit. At protector, velut nescio quid necessaria rei in proximo facturus cubiculo, statimq; in cōsiliū redidurus egreditur, proceribus interim tanta eius festiuitate oblectatis, quantam haud temere ante in illo viderant, simulq; humanitatem benignitatemq; animi laudantibus, ille non diu moratus reuertitur: sed mirum quā totus ab illo mutatus, qui modo tam lætus exierat nēpe nunc contrā tristis, toruus obducto supercilio, corrugata frōte ad morsu labro, minabundus, supētibus vniuersis quæ illū intēperies tam repente corripuisset, hoc vultu se in sellam conijciens, vbi paululū tristi silentio pavidos expectantiū animos suspēdit, in hæc verba prorupit: Quæ supplicia cogitentur illorū digna sceleribus, qui nec nō sanguine modo tam propinquum principi, sed eius, regniq; huius protectorem, impijs actibus machinantur tollere. Ad hæc verba omnes qui aderant attoniti atrocitate rei cōtūcere, volentes tacitē secū quis tanti flagitij conscius esset: cuius sibi quisque expers esse videbatur. Sed Hastyngus, cui præsumptus in se protectoris fauor animos loquēti fecit,

ultima meritos exempla respondit, quicumq; essent. At huius, inquit ille, sceleris machinatrix est fratris vxor, inuebat reginā. Cui qui fauebant, ad eam vocem miro pauore desigebantur. Sed Hastyngus, cui vni cædes imminabat, cœpit recreari: quum id malum, quod amicorum cuiuspiam intentandum pertimuerat deriuari, ad inimicam cerneret. Cæterum animo non nihil anxio requirebat secum, cur se protector hanerē celasset, quem cōsciū esset ab opprimenda regina nō abhorreere, nec rationē inire poterat cur hoc dissimulatū oportuerit apud se, cuius conscientia protector fuerat vsus in captiuos reginæ cognatos, ea ipsa die in quo adferuabantur oppido truciādos, videlicet haud opinantis in eandē propemodū horā sibi vicissim alio clanculario consilio constitutū necē. Interim protector: videbitis, inquit, vt hæc sceleris mihi cū vxore Shori, atque alijs præstigiaticibus fascinatū corpus magicis veneficijs exhauserit finitū subducta in cubitū manica brachiū profert, admodum haud dubie macilentum, sed quale tamen ab initio fuerat. Tum vero meritō præter conscios cuncti expauescere, reputantes materiam tantum rixæ primum, deinde cædis quæri. Nam brachium illud macilentum probe noverant & reginam ab magicis præstigijs longe abesse, etsi minus abfuisset, Shori tamen vxorem nunquā fuisse in societate consilij vocatā mulierē, propter libidinem quidē famosam, à magicis artibus autē alienissimā, tū sibi maximē omniū inuisam vt pellicē olim: nā & regi in primis charā. Igitur iā Hastyngus Shorē cōm memoratōne percussus (nā eā deamare forebatur) sit talia, inquit, ausē sint, merito certe sunt puniendē. Ad hæc ille: Quid tu mihi, inquit, si ego tibi fecisse aio: idq; si defendas, duello tecum proditor approbauero, manūque fortiter velut iratus incussit, in mē sam, iāq; ad ostiū proditio clamabatur, simulq; ad hoc intenti signū satellites irrupentes, armis totū locū cōpleuēre. Protector ilico manū in Hastyngū iniecta. Ego te læsæ maiestatis reum faciō proditor, inquit. Me ne, inquit, o protector: te (inquit) ipsum o proditor: statimq; Middeltonus quidā in Darbię comitē securim librauit, sic vt nisi propere sub mensam dilapsus euitasset istū ad dentes vsque caput fuerit diuisurus quippe quem sic quoq; celeri lapsu istū declinantem, extrema tamen acies cōsecuta vertici impacto vulnere totū truoere perfuderit. Inter comitē & percussorē hunc lis de prædijs oli, atq; hinc inimicitia vetus intercesserat. Nā comes eū de possessione, vi ne an iure incertū inuitū certe doiecerat, vnde ille plus ausus, quā imperatū est in aliena causa, suo dolori seruiebat. Iamq; reliqui proceres episcopiq; comprehendebantur, & ne mutuo consultarent, alij alio amandabantur. Sed Hastyngū protector iussit ad mortē se componeret, ac si quid cum sacerdote vellet, accersendū quā primū cu-

raret, nam ita diu, inquit, Paulū propitiū habeam, vt non ante cibi quicquā gustaturus sim quā tibi caput amputatū videā. Ergo ille nihil se reluctando profecturū sciens, adducto quē locus ille offerebat sacerdoti confessionē criminū qualemcunq; fecit: nā prolixiorē tēporis breuitas non admittebat, protectore iā ad prandium composito, & vt caput illi præcisum esse audiret intento. Quamobrē vrgente Bukyngamię duce (quē ille suppliciter intueus vt sui miseretur oblectabat) vix temerē facta confessione, prodegitur in mediā planicię arcis, atq; ibi super trabē ædificio reparando delinatā deposita ceruice, luctuosum insons vitæ finē recepit. Corpus amici cū capite Vindeforā vectū haud procul ab Eduardi charissimi sibi principis osibus humauerē operēpre tū est cognoscere, quæ somnia mortē eius præfagiata antecesserint: siue monita talia putada sint à deo missa vt cauētur insidię, siue ineluctabilis fati præuia signa, aut aīa futuri præfaga, sopitis somno sensibus, imminētia fata cōfusus imaginibus adumbrās, futuros rerū euentus præmonstrat corpori, tam primum ad medium eius noctis, quam læthalis ius sequebatur ab Stanleo minister anhelus domini sui verbis hortatur, vt se quā primū de lecto proripiens fuga inita imminente periculo se subduceret: nam domino obiectā per quietē terribilē, magniq; mali speciem, vtriq; ipsorū, nisi fuga præueniretur, exitiosam, vt verebatur futurā. Visum enim aprū prostratos ambos appetere dentibus: Hastyngū repente confectū, ipsi vero sic lancinatū caput, vt sanguis vberim in sinus efflueret. Hanc imaginē animo eius tā altū impressisse terrorē (quum aprū reoedetur protectoris esse insigne) illi planē delibatum sit discedere: etiā ante lucē, ille itineris comes sit futurus, plus adhuc vię priusquā considerarentur emensūros, quā vt confectū eos si qui persequerētur possent. Vach, inquit Hastyngus, adeo ne meticulosus est, vti ad vana somniorum deliramenta contremiscat, quæ vel ipsius bilis animo figurat, vel diurna cogitatione reddit dormienti? Superstitio est mirum, propeque adeo impietas, inania isthæc nugamēta curare, quæ si futurorum omnino signa putet, cur non cogitat rata posse etiā fugiendo fieri, vel multo certe potius si retractos ex itinere (vt fugiētibus nihil est fidū) iure nos aper inuasert, tanquam sceleris conscientia fugitiuos. Quare aut nihil est vsquā periculi, nec certe est aut illic etiam amplius. Quod si omnino sit, malo tamen aliena vt perfidia cecidisse, quam vel culpa vel ignauia nostra videamur. Proin abi, ac manendum nobis renuntia. Nam ego virum illum (quem ipse probe nouit) tā certū fidūq; mihi, quā dextrā hanc manū habeo. Fecerit (ait ille) deus verum istud, vt euentū cōprobes: atq; ita discessit. Ad cuius nuntium manēte Stanleo intra decem horas proxime consequentes correpti ambo

negle-

neglecto somnio, fidē fecere. Certū est quum iam in arcem tenderet, paulū abfuisse quo minus ter intra breue spatium toties offendente equo prouolueretur in terrā, quæ res etsi nullo die non accidat, vel equi vitio, vel insidentis incuria: tamen vetusta superstitione sic est obseruatum, vt denunciare credatur grande aliquod instans in proximo infortunium. Iam quod sequitur, non tam monitio, quā inimici ludibrium fuit. Eques quidā tum perquam tenuis fortunæ, nunc purpuratorum faciliē princeps, ad eum adhuc dormientē venit, officij simulatione comitaturus ad arcē: re autem ipsa à protectore missus, vtpote gnarus exitij, vt eius in arcem aduentum acceleraret. Is restitans in viā, & cum notō sibi sacerdote, qui forte occurreret colloquentem quasi per iocum interpellās: Quid tibi tam multa cum sacerdote, inquit, nondum enim sacerdote tibi opus est: rectē insultans breui fore. Sed quiduis potius, quā vanissimam hominis exitio iam proximi securitatem præterierim. In ipso arcis vestibulo non admodum procul ab eo loco in quo caput eius propediem esset amputandum, fortē caduceator illi obuius offertur gētilitio sibi nomine. Ad eius occursum subijit animum illius temporis alterius recordatio, quo eidem eodem in loco similiter occurrenti dolorē ac metū suum cōmunicauerat. Fuerat enim tum reus apud Eduardum factus, accusante Riuro germano Reginæ, tanquā habuisset consilium de prodeundo Gallis Caletō: cuius postie præfectus erat. Quæ tametsi (prout præstia compertum est) mera esset calumnia, indignatē Riuro, sibi illum in eo magistratu prælatum, quem velut destinatum ac promissum ipse sperauerat, tū accusatoris dolo, & nocturna reginæ oratione præoccupatis Regis auribus, inuito tamen sibi magno in periculo versari videbatur. Igitur ingēs eū libido nunc incensit, ibi cum illo de discrimine præterito iam atque euitato colloquendi. Ecquid Hastyngē, inquit (nam id erat etiam caduceatori nomen) meministi quem olim & hoc ipso in loco sermonē cōtulerimus? Memini, inquit ille, admodumq; certē gratulor, ab iniuidis intentas insidias ipsis male, tibi que contra bene celsisse. Quanto magis, inquit, istud sentias, si ea scires quæ sunt adhuc mihi paucisq; cognita, quæ tu quoque paulō audies posterius. Hoc de capite plectendis eo die, quos antē captos ostendimus Reginæ cognatos, intelligebat: haud quaquam gnarus quā pope ceruicibus idē fatum immineret suis. Quin superis, inquit, hæbeo gratias, vt nunquam æquē mihi dubia res ac tum fuerit: ita vicissim nunquam magis certæ ac melius cōstitutæ fortunæ meę quā modo sunt. O denfam mortalitatis caliginem tum demum maximē sibi tutus videbatur, quū tamen post momentū ferē temporis perijt miser. Vir celebri apud suos loco, vtpote equestris ordinis, illustri & antiqua familia natus,

familiæ gloriam à maioribus acceptam ipse rerum belli domiq; gestarum laude cumulauit. Vitæ fuit paulō remissioris, populo ob comitatem gratiofus, regi ob fidem in primis charus, artibus & insidijs malitiosorum hominum expositus propter generosam quandam animi simplicitatem sibi præidentem, & à dolo maximē alienam. Insidiantibus facile obnoxius, vtpote ob innatam animo audaciam. Cædis huius fama repente per vrbem primum, inde quaquaerfsum peruolauit. Sed protector ilico ab facinore patrato, vt aliquid saltem haberet quod tegendo sceleri suo prætexeret, præfectum vrbis, ac senatores aliquot accessit ad se in arcem iubet, vbi veniēre, ostendit sibi duci que instructas in eum diem insidias, quas ipsi quum nihil minus opinantes paulō ante prandium deprehēdissent, in ipso conatu ad eas opprimendas coactos arma subito qualiacunque corripere. Vt aliquam veri speciem habere viderentur quæ dicerent, stabant ante oculos milites aliquot multo situ & rubigine loricas, prout in subito exorro tumultu fieri solet, gestantes. Cæterum deprehēsis insidijs gnauiter ac strennuē propulsato periculo, pluribusque coniurantium captis, ipsorum benignitatem vnus Hastyngi supplicio contentam (cui parci sane maximo ipsorum periculo non posset) reliquos omnes seruasse poenitentia. Ad hæc illi, simulantes se credere que dicerentur, extollere fortitudinem, laudare clementiam, & incolumitatem gratulari, quom tacitē interim apud se facinus simul & auctorem abominarentur. Protector eodem etiam commēto ratus delinendum populū, caduceatorem interea cum edicto iam olim in id parato miserat, à quo ad tubę sonitum commota plebe, locis maximē celebribus eadem fere præconis voce prænunciarentur. Sed addita in Hastyngum, quo supplicium eius æquius audiretur, velut præter noxā eam flagitiosi multa consilij conatu punitū, ne quem forte tumultum eius liberādī causa perditū, & proditōnis conscientia stimulatū parricidæ concitarent: quorum nūc spe merito illius supplicio prouidenter oppressa nihil restare periculi, quo minus omnes boni sub optimo principe quietissimē sint victuri. Iam hoc edictum, quod intra horas duas ab eius nece pronunciatum, & prolixius erat, quā vt vel temere dictatum tam breui temporis spacio potuerit describi, & tam ambitiose compositum, tam polite membrana descriptum, vt ne duplicato quidem temporis interuallo apparari possit: vnde quibus facile pensens elaborati commentū perspicuam vanitatem, nempe quā rem videri volebāt modo primum repente comperisse, eius rei poenam deprehendebantur antea meditari. Sed inde protinus in Shorę domum irruit, extrahitur ipsa, & truditur in carcerem: direpta bona per iram felicet, atque ad protectorem comportata, velut in multam maleficij magi-

gici, cuius cum nullum in illa signum posset hærere, ne per iniuriam afflictæ videretur, tandem in id descenditur criminis, quod nec ipsa poterat negare, quippe quod populus tam sciuit verum, quod nemo tum demum tam atrociter obiectum ei non risit, nempe quod impudicitia e nomine famosa esset: vnde effecit protector, vt in diui Pauli templo magna celebritate Senatu Londinensi prodeunte supplicatum, vt nudis pedibus & cæreū accensum manu gestans (qui mos est illic agentium publicam pœnitentiam) crucem & psallentiū chorum præcederet. Cæterū illa vultu gressuq; tā cōposito incedebat, & quanquā neglecto horrendiq; cultu, facie tamen adeo venusta, præsertim cum decentissimā in cædidas eius genarubedinē pudor adfunderet, vt in gēs illud dedecus haud parū ei laudis gratiæq; conciliauerit, apud multos corporis eius potiundi magis quam animo seruandæ cupiditatis flagrantis: quanquā & boni quoq;, & quibus viua inuisa erant, misericordia illam magis quam probro dignam censebāt, reputantes protectorē illud nō tam odio vitiorum, quam scelerati consilij sui tegendi studio adductum fecisse. Hæc mulier Londini bonis prognata parentibus, bene pudicæq; æducatæ, coniuncta est matrimonio: cætera feliciter, nisi quod nimium festinatio. Nam eam virum haberet multis tum corporis tum fortunæ bonis cumulatum, animo tamen ab eo alienato vixit, quōd prius viro cōiuncta foret, quā virum amare per ætatē posset: vnde reiecto marito facili regi ambientis assensum præbuit, & alioquin tanti proci splendor, & aspectus insolens viri cæteris metuendi sibi blandientis ac supplicis: ad hæc spes apparatus, & mundi muliebres conspicui: deniq; otij, luxus, voluptatum, facili poterant mobilem puellæ animum impellere. Sed eā vbi relinquit cōiunx, rem habuisse cum Rege, vt erat homo modestus, haud se tanto honore dignatus vt principis cōcubinam attingeret, in totum eam Regi celsit. Quanto ciuiliior alijs, quibus haud quam equum in illam ius erat. Defuncto Regi successit Hastryngus, quā etsi viuo illo adamauerat abstinuisse, tamē ferebatur siue reuerentia, sine sodalitia quadam fide permotus. Erat illa insigni cutis candore, totius oris egregia specie prædita, sed o oculis præsertim miræ illecebrę inerant: reliquo corpori nihil quod immutari velles, nisi quis forte optasset altiore. Nam bella fuit magis quam procerca. Talē eam fuisse narrat qui illam in ipso formę simul & ætatis flore cognouerunt. Et illa quidem etsi tanta esset oris pulchritudine, vt omnium facile ad se oculos conuerteret, ingenio tamen adeo festiuo, ac moribus tanta comitate conditis fuit, vt magis propter morum sanitate, quam oris pulchritudinem amanda videretur. Sermonis faciendi egregia artifex, neque silentio rustico, neque immodica dicacitate notabilis. Rex siquidē cū esset solito hilarior, interdum

solebat prædicare meretrices se habere tres, diuersis quamq; dotibus insignes: vnam lepidissimam, alterā altitissimā: tertiā verò meretricū quæ vsquā essent omnium sanctissimā: vt quæ extra lectū regium nō facili alibi quā in templo cōspiceretur. Reliquæ haud sat cōpertum habeo quæ fuerint. Lætissimam hanc esse constat, quā dicimus eo nomine charissimā, qui quum alias nō nullas haberet, vnā hanc præ cæteris adamauit. Quin & hæc mulier tantum absuit vt fauore principis in cuiusquam abuteretur malum, vt plurimis etiam bono fuerit. Nam & of fensum regis animū plerunq; leniebat, inuisi gratiam, delinquentibus veniā impetrabat, deniq; multis in magnis rebus suis magno sape vsui erat, mercede plerunq; vel nulla, vel præ exigua, eaq; specie magis quam pretio spectanda, siue facti sui cōscientia cōtenta, seu bene de omnibus merendo ostendere cupiens quantæ apud principē autoritatis foret. Certum est adeo extra inuidiam fuisse, vt præterq; ab vna Regina, ab vtraq; reliqua factione mutuo sibi infesta pariter amaretur. Haud temerē cuiquā illorum autoritate gratiæq; inferior, qui diuersis ætatibus apud suos quiq; principes valentes sola scelerum fama postteris inclarerant, eodiuurniore memoria, quo deteriorē vt beneficia pulueri, mali si quid parimur, marmor in sculpiamus. At eadē adeo olim celebris, amicis nunc notisq; omnibus superstes, annisq; velut in alterū progressa seculo, deleta propemodū etiam sibi longis malis pristini luxus memoria, miseram hodie vitā medicando sustinet: viuētibus tamē ac simulantibus quibusdā, qui nunc ei fuissent aduersę fortunę cōsortes, nisi res illis incolumes ipsa aliquando cōseruasset. Sed vti supra narrare cœpimus, eadē hora qua Londini truncatus est Hastryngus, Antonius interim Vodenilus, Regine frater, Richardus Graius, quos Hamptoniæ ac Stratfordiæ cōprehensos dixim⁹ ad oppidulū, quod à fracto pōte nomē accepit, capite plectebantur, curante cædē Richardo Ratclyffo equite, cuius ministerio protector ad eiusmodi tyrānica facinora vt plurimū utebatur, vt pote valde taciturni, & multarū experti rerū: Ingenij magni, maliq;, sermone rudis erat, habitus rusticus, ad quęlibet atrociam facinora suscipiēda princeps, ab omni aut erga homines misericordia, aut erga superiores reuerētia alienissimus. Is ē carcere productus, ac respondere prohibitus, ne cognita eorū innocentia, ptectori cōflaret inuidiā, indeprauatos, inauditos, atq; adeo nec accusatos quidē celeriter nec ados curauit, nulla alia culpa, quā quod boni erāt, aut vel minus ppinqui reginæ, vel minus fideles principi. Igitur patris rebus his, & nobiliū quos maximē aduēraturos putabat, necatis alijs, alijs adhuc captiuis, tū reliquis ferē Londini agētibus, procul ab suis cuiusq; viribus, deniq; artonitis & percussis omnibus, quū neq; sciret quisquā quorūm res euaderet, aut cui cōsilia crederet, ptector rapiēdā occasione

ratus

ratus est: vnde suspēsis subito pauore omnium adhuc animis, occupandā regni possessionem, priusquam rebus plenus excusis, & communicatis consilij in diuersa discedendi spacium firmatis partium copijs esset. Cæterum in hoc hærebatur quinā color rei tam sceleratæ prætexti posset, quo leniretur inuidia. Huic consultationi plures adhibebat, quos spe præmiorum facile ad se traductor vsui sibi sperabat fore, vel viribus pollentes vel ingenio. In his Edmundum Shaum, Londini præfectum, velut ingentium præmiorum spe sollicitat: sperantes fieri commode posse, vt ille sententias confirmaret. E clero delecti, quibus apud plebem authoritas conuocando quæsitā fuerat: Potissimum verō Ioannes Shaus, præficti frater, ac Pynkerus, Augustinēsum fratrum in Anglia Præses. Ambo sacrarum professione literarum insignes: Ambo concionum gloria celebres. Cæterum vtrique doctrina tam infra famam, quam virtus infra doctrinam. Hi sermones si suggestu accuratissimos in laudem protectoris, alter antequam Rex creatus esset, alter post regnum initum habuere, plenos adulationis intolerandæ. Pynkerus in medio orationis cursu desitatus voce descendit, populo id in superos referente, velut sacrilegæ palpationis vltor: Shaus publica omnium ignominia notatus, haud multo post vita excessit, tædio solitudinis, in quam sese pudore publici conspectus abiderat. Sunt & qui Pynkerum negant initio propositi conscium, sed re peracta vulgato more gratiam aucupatum apud cupidum laudis principem. Cæterum vt de illo ambigitur, ita cum Shao constat vsque adeo communicatum consilium, vt ei primæ etiam partes insinuandæ populo re tam mandarentur. Nam ea commodissima incipiendi negotij visa est ratio, si is concione solenni proposita re, & tractata concinnè, labefactos animos plebis ab rege ad protectorē pelliceret. Cæterum præcipua negocij pars in excogitanda mutandi regis causa versabatur, ne tam impium consilium impudenter expositum protinus exploderetur. In eam rem alia alijs conferentibus, huc denique summa reiecit, vt persuaderetur populo, & Eduardum ipsum, & eius omnem sobolem illegitimo esse coitu natam: ita nec illum vnquam iuste regnasse, nec hos ei rite successuros, ea ratione restare protectorem vnum regni capacem, & vnicum Eboraci ducis legitimum filium. Sed obiectum Eduardo ipsi nataliū vitium, fieri non potuit quin & ipsum protectorē perfringeret, vt pote ei cū Eduardo commune: necideo tamen censuit abstinendum. Sed eum locum obliquo ductu, atq; arte tractandum, sic vt dicantur omnia, multa tamen suppressi viderentur: scilicet ne ipsius animus in matrem pius offenderetur. At illud alterum, de filijs Eduardi pro spurjijs habendis, recta atque apertè agi placuit, & quam maximè possit exaggerari; atq; huic rei quam

falsam & olim reuictā, reiectamq; calumniam prætexuit, melius cognoscetur, si quædam altius ab Eduardi conitugio facta repetamus. Eduardus Hærico depositio, potitus regni, Comitē Varuici, virum opibus simul & populari gratiā florentem legauerat in Hispaniam tractaturum de nuptijs cum Regis Hispani filia contrahendis. Sed interea forte venit ad eū Elisabetha Graia vidua, fortunæ perquam tenuis, at materno genere nobilitatis magnę vultuq; paterno impare, sed non obscuro. Ipsa cum in aula versaretur Henrici Reginæ obsequens, nupserat Graio, eleganti quidem ac strennuo, sed honesto magis, quam claro aut potētē: nempe nullo adhuc pacis, bellivæ gradu insigni. Sed eum Henricus postea prælium initurus aduersus Eduardum equitē fecerat: quo ille honore haud biduum gauisus eodem in prælio occubuit. Ergo vxor eius, vt dixi, amisso viro, Henrico victo captoq; ipsa bonis omnibus exuta, relatis videlicet in Eduardum fiscum quod maritus eius ab aduersa parte steterat, cecideratq; habitu lugubri & miserabili, ac aduoluta pedibus Eduardi supplices ei libellos porrigit: tum in se conuersum ac resistantem: videns audituro similem, causam verbis proponit, atque addit præces, vt i prædica quædam haud magni census ob nuptias ei pridem à marito donata reddi sibi iuberet, neque enim quæ sua iam erant facta, vllō viri sui crimine cadere in commissum potuisse, vt modo detur crimē esse, apud quem sacramentum dixerat, in eius fide regis ad mortem vsq; mansisse, nec minus firmam illam, si fata seruassent incolumem, nouo regi fidem seruaturum fuisse. Rex in loquētis vultum defixus, mulieris cōstantiam tanta cum modestia coniunctam mirabatur, orationis gratiam duplicante forma non misereri modo supplicem suam, sed amare quoque incipit: & modo quidem placide respondens bene sperare illā iubēt, breui enim se de re cogniturum: sed paulo post reuocatam de negotio pauca præfatus facili se ostentat fore, modo illa sese non difficilem præbeat: quin vltro plura daturum, si ea vicissim paululum ei quiddam gratificaretur. Illa quā diu per ambiguam regis orationem licuit, dissimulare, scire se quid ille veller: Interim respondere benignè & circumspectè omnia, nec absque honesti cautione promittit. Sed vbi remotis ambagibus ad inhonestā sollicitari vidit, tum verò apertè resistere: verum sic composito & temperato sermone, vt cupiditatem eius incenderet magis quam leniret: quam cum vehementius accensam viderit quam vt facili posset extingui, modo infamiam, modo culpę conscientiam prætextat, orabat vt frustra niti desisteret. Ipsam enim etsi minus dignam existimaret, quæ fieret vxor regis, digniorem tamen se, quā vt concubina eius fieri veller censerē: Regi haud quamquam antè sueto tam obstinatē repelli, nouā illa constantiam

stantia fuit admirationi, qui tam raram castitatem cum eximia venustate coniunctam maximam opum loco ponens, ab amore consilium mutuatus, primo quoque tempore eam sibi uxorem ducendam constituit. Itaque re animo eius altius impressa, quam ut villo consilio euelli posset, ne tamen videretur cupiditate magis suam quam suorum consilium secutus cum amicis deliberat, qui facile cernentes in quam partem Regis animus propenderet, certatim approbant. Ceterum mater eius adeo rem aegre tulit, ut dissuadendo vix temperarit iurgijs, honorificentius illum vultusque rebus consulturum suis haud satis adhuc domi pacatis, si externum sibi Regem affinitate conglutinet. Inde non praesidium tantum stabilendo regno, sed augendam praeterea ditionis spem esse. Nam istud, inquit, coniugium haud quaquam sanè regium, fuerit, ut si quispiam paulò ditior ancillam depereat suam sibi, adsciscat in sociam, quod quoties accidit, etiam qui connubium puellae gratulantur, tamen delirum dominum irident, quanquam haud ita longe supra conditionem virginis quam huius humilitas viduae infra tuae maiestatis eminentiam subsidit, in cuius corpore, indolente animi ut nihil improbo, ita nihil tam eximium esse contenderem idem, ut nò alijs etiam superstit, quae tibi multis praeterea modis congruerent magis. Incommodè certè iunguntur impatia nec vnquam coalescunt bene quae valde dissident. Manca sunt & imperfecta semper disparibus nata parentibus. Sustinere potes ut huic florētissimo quod obtines regno progengeres Ibridas ac degeneres regulos? & tuus sanguis Graij filijs ut fratres generet? Certè si illa tibi alioqui conueniret maximè, qua nunc nihil conuenit minus, tamè sacrosanctam maiestatem principis quem aequè deceat sacerdoti puritatem parem esse ac dignitate proximè accedit, haud quaquam ceseam statim primo coniugio indelebili bigamiae labe polluentiam. Quid quòd tractando alibi matrimonio longius progressus es, quam vnde regredi non in honeste queas, fortasse nec tuto quidè, quippe legato in id Varnice Comite viro totius regni tui secundum te potentissimo, qui nec frustrari labores suos & eludi quae firmavit indoleat, non satis aestimare te video quam valde tuarum rerum interfuerit. At Rex quanquam libenter optabat quam sibi ipse delegisset matri quoque probari, tamen vt in illa rem acciperet, cum quid facturus esset, apud se constituisset, multa serio, quaedam ioco respondit, ut qui solum sese materna curatione meminisset. Tam etsi matrimonium diuina quaedam res, inquit, virtutis ergo contrahi non opulentiè debeat, Deo videlicet amore fidemque mutuam inspirante coniugibus, quod ego certè nobis contigisse confido, tamen hoc meum coniugium si quis vel crassius aestimet vulgato more hominum sanctis vitia praerferentium, is ipse ni fallor in-

ueniet illud non vsque adeò incommodum. Nam ego certè nullius amorem populi potiorrem duco mihi, quam mei, cui haud paulò chariorem ita me spero fore, si cōiugium mearum non videar aspernari. Externorum verò necessitudines principum, quas maternus adfectus tuus potissimum censet ambiendas, vnde nos malorum saepe flumen erupisse vidimus, tamen licebit adiungere, minore cum damno meo, si qui meorum fortè sustineant eum incognitis copulari. Nam ipse certè nec ducere possum quam non amo, nec adamare quā non video, nec fati consulum arbitror futuri incrementi spe quod promittunt quam praestant sepius externa matrimonium, praesentium bonorum fructum corrumpere, quorum quis esse sensus potest eam habenti perpetuam vitae sociam, quam non libenter apicias. Quin accedere mihi vxoris nomine in vltiore ditione nouos titulos ne optarim quidem, quippe cui iam nunc tantum terrae marisque, debetur, quantum adferre fideliter tuerique satis nimirum vnicuique superque, fuerit. At sunt vbiq; nonnullae quae huic meae nulla corporis aut animi dote cesserint, multis exuperant etiam, istud ego neque hercle inficior neque prohibeo sane quominus eas hi quibus sic videtur, fruatur: eoque contra iniuriam est aegre cuiquam esse meoque genio obsequi. Nec Varnici Comitem quem vel tuncque animatum non tam valde formido, tamen haud tam aduerso in me animo reor id illi vt deoleat quòd mihi sentit lubere, neque tam iniquum vt postulet in delegenda cōiuge eius me potius oculis regi quam meis, perinde ac pupillus adhuc sim, à cuius coniugio requiratur tutoris autoritas, quin dispeream in priuatis esse hber, quam rex hac seruitute vellem, vxor vt inuito mihi alieno arbitratu obruderetur. Iam bigamiae labe illa quā tu charissima mater seuerioribus verbis impetere videris nò me tam valde multum territat, obijciat hanc mihi patriae pontificulus ambiēti fortè sacerdotium, nam administrando quantum memini regno non officit. Denique quod habet ex priore matrimonio liberos, id ego per gratias etiā in lucro pono, quoniam mihi quoque, cœlebi adhuc non desunt aliquot. Ita mutuo probamētum dedimus nuptias nobis non infœcundas fore. Quamobrem coniugium hoc quod ipse mihi mihi superis aspirantibus delegi, tu quoque dulcissima genitrix approba, idemque nobis vt scilicet cedat fauētis cōpreationibus tuis adnitere, quae si pergas in praesens aduersari naserur hinc breui ne potulus tibi qui nobis te blâdicij suis cōciliet. Tam eni mater vbi regis animum vidit inflexibilem, ipsa contra fit obstinatio, & dolore spreti consilij sui magis succensa nouam ingreditur viam ad disturbandas nuptias. Erat Elisabetha quaedam gētilico nomine Lucia, puella necignobilis & egregia forma. Eam forte virginem rex corrupit. Igitur vbi nuptiarum appet-

appetebat dies, & pro more populus admodum neneretur, ne si quis obicere sciret eludi sacramentum pateretur mater eius velut exolutura sese pollutorum religionē sacrorū, deslet Luciam filio vere vxorē esse, data fide & firmata cōcubitu. Igitur seu non aufis progredi Pōtificibus, siue nolente rege nuptias suas aduerso rumore conspergi, cui materna pietas auctoritatem pōdusq; tribueret. Interea restitum est quoad cognita re, falsitas eius famae reuinceretur. Accersita Lucia quāquam occultis instructa consilij, ostentata spe vxorē se regi fore, modo fidem cōiugij sibi à Rege datam constanter affirmet, cum tamen proposito iuramento super eam re in iudicio interrogaretur, fatetur nullo coniugij promisso regem obstrictum. Ceterum amoris praesens rursus tantū vt ipsa suum obsequium sperauerit consecuturas nuptias. Alioqui nunquam concubium eius fuisse passuram. Comperta ergo & denuntiata falsitate commenti matrimonij, Elisabetham Graiam ducit Rex sibi in Reginā sociat hostis paulo prius vxorē. Sed Comes Varnicensis reuersus adeo aegre tulit illam legationē suā vt coacta manu regē in exilium expulerit, è carcere restituto in regnū Henrico quē Eduardus ipseus ore Varnici deposuerat. Tātus ille vir fuit & reliquis opibus & populari gratia vt ab vtra parte iactisset in eā nimirū regni gubernacula inclinarēt potens & sibi sumere nisi honorificentius multo duxisset, reges creare quā regnare. Sed immodica potētia rarò perpetua. Si quidem Eduardus cum biēnium abfuisset, regina interea in asylo memorato enixa principē haud quaquam pari manu cum Varnicensi congressus apud Bernettū decem ab Londino milibus capto rursus Hérico, comiteq; magna vtriusq; partis strage occiso, regnum in sua domo sic constituit, vt concuti nisi domestico dissidio & intestina fraude non posset. Haec, vt fors narrata verbosius, ita praetermitti prorsus haud decuerat, ne protector ignoraretur Eduardū filij natalium vitium obiecturus nihil reperisse quod illius matrimonio obijceret praeter excusam olim & antiquatā calumniam. Caeterum id commētum quamlibet frigidum illi placuit cui satis erat aliquid dici, nimirum securo certōq; probationes ab se non exigendas. Igitur postquam initium insinuandae populo rei Shao decretum est, haecenus vt Eduardo, fratremque eius; & Clarentiae totaque Eduardi sobole spurij declaratis, protectoris ad regnum eius ostēderet, taceret voluntatē. Is è suggestu dominico die proximo ad eadem Paali frequentissimo auditorio, quod eius fama viri cōtraxerat, hoc themate sermonē exorsus est. Spuria vitulamina nō agent radices altas, inde praefatus in fundi atque inspirari, semperq; cōtracto rite matrimonio, propria quadam ac peculiarē gratiā, quae in sobolē sanctē conceptam deriuetur, qua plerūq; deficerentur hij qui vago vel adulterino cōcubitu nati,

parentum crimen prauitate sua testentur vsque adeo vt si qui materna fraude celato originis vitio supplantatis veris haereditas, alieni patris fortunas inuaserint, atque occuparint ad tempus, ita tum rem disponēte Deo, erumpente breui veritate, restitui legitimos successores & geminos reddi suae terrae succos, deprehensio ac reuulso vitulamine spurio priusq; altius agat radices. Haec vbi vetulus aliquot cōfirmasset exemplis, protinus in laudes diuertit Richardi nuper Eboraci Ducis eum subinde vocans patrē protectoris, tū admonito populo successione regni perpetuā senatusconsulto ac scito plebis eius vnus, deinceps stirpi decretā ostēdit. Eduardū cōtra ius ac phas Regine copulatū, superstitē Lucia vera eius & in dubitata cōiuge etenim cōtracto cū ea virgine matrimonio, tum (suscepta etiā sobole) consummato, superueniētis forma viduae trāferum actū, fidem libidine posteriorē habuisse, sic nullā eius sobolē regni capacē esse. Hūc locū egit magna cōtentione, nō signis modo & suspitionibus, sed nominatis etiā falso testibus. Ad dit non ignarū se quāto cū periculo dicat, sed ex eo loco loquētibus, in quo ipse stabat veritatē habēdam, vita quoque ipsa potiorē, sibi Ioannē Baptistam authorem esse contemnendae necis, dum illicita regum coniugia redarguat, nec tum admodum mirari se Eduardū nihil habuisse pēni legitimos ne an spurios relinqueret, quippe nec ipsum, nec fratrem eius Clarentiae Ducem satis certo natos patre, ut qui notos quosdam homines è familiaribus Eboraci Ducis magis oris specie referrent, quā ipsum Ducem. A cuius etiam generosa indole dicebat Eduardum longè degenerasse. Caeterum protectorum virum omnium quos sustineret terra clarissimum non vita modo, sed vultu quoque ipso patrem referre. Hic est, inquit, vnus atq; vnus Eboraci Ducis, verus & indubitatus filius, haec illius viri nota facies, haec certa forma, atq; ipsa charissimi Ducis pectus adhuc vestris obuersantis effigies. Sed antea iam conuenerat, vt dum haec verba dicebantur, protector interueniret, ita fore vt putetur eam concionator haud humano consilio, sed diuino quopiam adflatus numine protulisse, tum vt ea re permotus populus, Richardum Regem illicet ingemineret, sic visum iri posteris diuinitis in regem illum quasiq; miraculo delectū. Verum id cōsiliū sine negligentia protectoris, siue nima concionatoris diligentia longè alter cecidit atq; constitutum est, nam dum vterq; metuit, ne superuentus eius illa verba in quae debebat incidere praeniret, altero moras in via nectēte, alter ita dicēdo festinauerat, vt eo loco toto perorato in alias res, neq; similes, neq; affines ei descēderit quā iam protector transiret. At cōcionator vbi conspiciatur in gressum, relicta ea re quā tū tractare ceperat, repēte velut attonit' nullo ductu ordinē, sed ineptissimo recurfu illa verba repetit denuo. Hic est

vnus atque vnicus Eboraci ducis verus & indubitatissimus filius, & quæ sequuntur. Inter quæ verba protector committat Bukyngamiæ ducem ad locum in quo reliquum sermonem audiret per medium incedebat populum. Sed illi tam longè aberat, vt illam regis nomine publico clamore salutarent, vt attoniti perstarent immobiles, stupore tam pudendæ concipiens. Cuius author postea quum amicum quendam rogasset, quidnam de se sentirent ac loquerentur homines, quanquam satis è sua conscientia intelligebat nihil boni, tum vbi omnia sinistra accepit ita percussus est, vt paucis post diebus mœrore contabuerit. Sed quoniam quod tam audacter iam ceptum erat pari audacia vrgendum videbatur, vno tantum die post eum sermonem interposito Bukyngamiæ dux nobilium atque equitum non exiguo comitatu stipatus plurius fortasse quam sciretur. quid ageretur Londini in curiam venit, locum & elegantem & maximæ turbæ capacem tum conuocato in curiam populo dux ex editiore loco, septus nobilibus & senatu Londinensi, paulum promouens sese, vt erat neque profus illiteratus, & superte natura facundus huiusmodi verba fertur habuisse. Amor vestri, viri Londinenses, effecit vti nos quales enim sumus cognoscitis, huc veniremus ad vos de re in primis magna relaturi, nec magis magna quam omnibus vtili, neque cuiquam vtiliore quam vobis: Etenim quam rem diu maximis votis optastis, magnoque redimere voluistis, eam nunc vltro vobis nos afferimus nullo discrimine vestro, labore nullo, nec vlllo profus impendio. Quæritis ea quæ sit corporum certè vestrorum securitas, vxorum filiarumque in oppugnata pudicitia, bonaque vestra certa vobis atque ab infidijs tuta, quorum omnium quid iam diu fuit quod vocare suum quisquam cetero poterat, tot intentatis laqueis atque extructis decipulis, exactis præterea tam multis magnisque nullo non anno tributis, quorum nem tum quidem finis erit, cum nec regi qua de re exigeret causa, vel populo vnde exolueret facultatum quicquam relictum esset. Sic bonis in dies abradebatur, vt effunderetur in improbos. Quæ calamitas eò processerat vt iam ne consuetæ quidem tributorum formæ sufficerent, sed beneuolentiæ plausibile & populare nomen meris rapinis obrudebatur. Nam questores à quoque non quantum ille sponte sua dedisset, sed quantum ipsis collibuisse auferebant, tanquam populus in concedendo tributo, vocabulum beneuolentiæ ad ipsius voluntatem regis non ad suam cuiusque bonam retulisset. At ille nunquam mediocri questu contentus, omnem corradendi prætextum ad summum vsque intenderat. Itaque delicta non sua natura, sed opibus peccantis estimata sunt. Sic minimis quibusque offensis maximæ indictæ multæ, quin linguæ lapsus interdum totis locupletum fortunis redimebatur, aut vt

iræ magis quam auaritiæ seruitum videretur, læbatur morte, dum leui cuique culpæ prætenditur lætæ maiestatis atrox nomen. Quarum rerum nemo est opinor vestrum à me qui exemplum exigat, tanquam vobis Burdetti nomen exciderit hominis optimi ob solum verbum quod inter pocula temere exciderat trucidati crudeliter, legibus libidini principis, veluti obtorto collo seruire coactis non minore Markami gloria, qui iudicum primus quum esset, adempto ob id ipsum magistratū restitit, quam æterno illorum dedecore iudicum qui restabant, vt metu vel adulatione corrupti innocentem hominem ipsorum fidei religionique commissum praua legum interpretatione iugularent. Quin de Thoma Cocco loquar equitate ciueque vestro, sed qualem perpaucæ ciuitates habent, qui omnes apud vos honores & ordines ritè consecutus est, & magnificè gessit. Qui vestrum est aut tam rerum negligens omnium vt non cognouerit, aut tam obliuiosus vt non meminerit, aut tam durus vt non ingemiscat eius viri damno, quid damnum dico, calamitati, spolij, atque ex tantis opibus non ægestari modo, sed nuditati quoque, nò aliam ob causam quam quod eum amari contigit ab illis quibus Rex in sensus erat? Sed quis finis erit si viritum recesam, quum nemo sit ex hac tanta frequentia, qui non aut suorum periculo sit expertus, aut suo, familias totas in vltimū discrimen adductas, causa plerumque nulla aut admodum ex sese leui atrocibus subnixis nominibus. Quin nullū tam capitale fuit in quod per meram calumniam facile non impingeretur. Nam quum rex præueniens legitimū regnandi tempus sceptrum vendicaret bello, maximi patuli loco habebatur in diuitem, illi cognatum, affinem, necessarium, amicū, familiarē vel notum ferè vnquam fuisse aliquem, quem Rex aliquando pro hoste habuerat, qui alijs atque alijs temporibus aduersariam sibi plusquam dimidiam partem regni sui effecerat. Hoc pacto dum bonis vestris tendebatur infidiæ, corpora simul in periculum veniebant. Atque hæc quidem pacis tempore gerebantur, quid de his ærumnis dicam quæ ex bellicis tumultibus, velut è fonte malorum omnium in vestram Rempub. profuxerunt: quæ bella vt semper sunt funesta, ita tum demum funestissima cum sunt ciuilia, nec certe vsquam gentium infestius, aut acerbius ciuilibus armis certatum est, quam illo duce & principe apud nos, qui dum inuadit regnum; dum tuetur, dum eijcitur, dum redit ac recuperat rursus, dum depulsores suos vlciscitur, tantum Anglici sanguinis exhaustum est, quanto non olim steritibus subiugata Gallia. Ita populus imminutus aut oppressus est, nobilitatem verò ac procerum quota pars relicta est: Denique alterius dum pecunia petebatur, alterius formidabatur potentia, neutra pars tuta aut quæta fuit. Et quem non infestum sibi timebat, cui formidolosus erat

erat etiā frater, cui pepercisset qui germanum sustulit, aut quis amare potuisset eum, si istud potuit ne frater quidem? Iam quis hoc ferat, quod nemo tamè ignorat, vxorem Shori tam vile scortum plus apud principem quam omnes regni sui nobiles valuisse, quin ex ipsis quosdam magnis in rebus suis vfos meretriculæ necessario magis, quam honesto patrocinio? Quamquam ea satis pudice vixisse fertur, quoad improba libido principis viro eam suo abstulisset, cui nimirum vestro neque inopi, & indolis ac spei bonæ. Cæterum hac in re de qua libentius in defuncti reuerentiam superfederem dicere, nisi frustra taceretur quod omnes norunt, adeo insatiabili cupiditate flagrauit, vt vitæ eius pars nulla minus ferenda videretur. Neque enim vlla fuit vnquam neque tam humilis, neque tam potens virgo, matrona, vidua, in quam semel oculum defixisset, quæ modo forma, vultu, voce, gestu, denique vlla corporis parte placuisset ei, quam non ille statim nullo Dei metu, nulla retardatus infamia persequeretur, vrgeret, opprimeret, irrepabili damno multarū ipsarum, nec minore cum luctu & dolore virorum, parentum, & si quid cuique erat amicorum reliquum, qui cum suapte sint honesti, tam charam habent vxorem castitatem, honestatemque familiæ, vt quamuis potius iacturam ferre, quam talem contumeliam queant. At licet his atque id genus alijs miserijs, vndique regnum mire premeretur, vos tamen vel in primis earum participes fuistis, cum quod non alibi tam copiose exuberat iniuriarum materia, tum quod eratis vt plurimum proximi. Maximam enim animi partem haud longè discedebat ab vrbe. Et tamen vos estis hi, quos præcipuè fouere iustissimis de causis debuerat, non ideo modo quod ab hac ciuitate maximè totius regni celebri multum apud exteros omnes inclitæ famæ accedit principi, sed quod magno cum impendio, periculoque vestro in rebus eius prosperis, aduersisque omnibus amicissimos animos, eximiam fidem, singularem semper operam præstitistis. Cui tam pio affectui vestro in Eboracensem domum, quum is qui maximè debebat, minimè sese gratum gesserit, restat nunc saltè qui superis annuentibus faciat diligentius. Quod ipsum ne nesciretis, eadem totius huius nostri ad vos negotij causa est. Quam dum exponimus quæso vt ceceptis attendite. Non est opus satis scio eadem vt ipse recenseam denuo, quæ tam nuper doctor Shauis exposuit è suggestu vobis, vir vt longè facundior, sic author lógè certè quam sum ego grauior. Neque enim mihi tantum ipsi arrogo, vt mea perinde valere verba postulem, atque eius, qui ipsum Dei verbum prædicat populo, præsertim tam prouidentis, vt melius nemo quid sit dicendum intelligat. Porro tam religiosè, vt certum sit, nihil eum cõtra suasturam quam sentiat, ex eo præsertim loco, quem

nemo bonus vnquam mentiturus ascendit. Igitur ab hoc tali ac tanto viro didicistis, huius administrandi regni ius Richardo Gloucestriæ duci potentissimo, atque omni virtutum genere florētissimo deberi, nempe quum patri suo clarissimo duci, cuius sanguine lata lege regnum firmatum est, is nunc superfit vnus, qui ritè queat succedere, cum ob illegitimas Eduardi nuptias, quibus nullam potuit sobolem nisi spuriam gignere, tum aliam ob causam, quam vt ille significauit potius quam explanauit: ita & ego intactam modo prætereo, adductus pudore ac reuerentia protectoris adeo in matrem etiam talem retinentis pietatè, vt grauam in eam sinistra quicquam ferat etiam cum bono publico dici. Eas ergo res cum & proceres & bona ex parte populus perpenderent, & simul animaduertissent non bellicas modo virtutes, sed omnes præterea moderando imperio appositas artes in vnum hunc virum ita diuinitus collatas esse, vt solus ad regnum natus videri possit, haud ferentes amplius spuria sobole regi sese, nec tam acerba malâ diutius inueterascere, magno de creuere consensu supplicare protectori, atque eius obsecrare clementiam ne ipsorum respuat preces, nève in se recuset onus administrandi regni suscipere, quod non è iure magis suo quam reipublice fecerit commodo. Sed eam rem dubio procul haud libetèmitter. Qui gnarus pro sapientia sua perpendat facile quanto plus curarum quam commodi secum ferat imperium, præsertim ei, qui sic decernat gerere, quemadmodum illum sat scio gesturum si ceperit. Quod ego munus prædico vobis haud quaquâ puerilis esse ingenij, idque ipsum certè sensit sapiens ille, qui dixit: Veh regno cuius Rex puer est, eoque magis & vestræ fortunæ gratulandum, & superis habenda est gratia, quorum benignitate prouifum est, vt is quem ipsi regno destinauerunt non ætatis modo maturæ sit, verum admirabilem quoque prudentiam, magna cum rerum vsu ac summa domi forsique parta virtute, gloria coniunxerit. Qui tamen si tantum onus vt dixi, grauam sit in se suscepturus, tamen eo vt speramus adduci posse facilius, si vos quoque ciues honestissimi, ciuitatis huius regni longe clarissimæ statueritis nostris in hac re postulatæ vestras preces adiungere. Quod vos vt faciatis, quamquam pro sapientia vestra non exiguum spem concepimus, tamen etiam vehementer oramus, idque eo certè confidentius, quod præter has nostras preces (quas ipsas quoque pro nostro in vos studio nonnihili habituras momenti credimus) non toti modo in publicum regno profueritis tali diligendo principe, sed vobis quoque seorsum ipsis egregiè commodabit, quorum ille officij imperium semper acceptum feret. Hæc dux quum dixisset, expectauit protinus vt manibus pedibusque vndique illi applauderetur,

vtque Richardus vna omnium voce rex salutaretur. Sed contra tantam suam spem cum altum vndeunque silentium animaduerteret, propius insularans praefecto: Quid sibi hic habitus vult, inquit, opinor, inquit ille, non satis exaudita illis orationem tuam. Id quidem, inquit Dux, corrigetur facile: statimque aliquanto contentiore voce quam antea eadem alijs verbis, alio rursus ordine repetebat: verum adeo dilucide ornateque, voce, vultu, gestu tam accommodo, vt quisquis aderat, fateretur facile nunquam ante audisse se tam malam causam tam bene perorata. Caeterum siue admiratione, siue metu attoniti, seu quod alium quisque loquendi ducem sequi, quam ipse praere malebat, omnes ex aequo radebant. Praefectus igitur eam re non nihil & ipse perturbatus, in vnum se cum Duce, & consijs quibusdam colligens, negavit moris esse quidquam proponi cuius alterius, quam recordatoris voce. Inde natam fortasse taciturnitatem, ne quid suas consuetudine immutare viderentur. Appellant recordatorem Londinenses ibi eum, qui praefecti assessor est eruditus patrijs legibus, ne quid in reddendis iudicijs, imperitia peccetur. Id munus recens inerat Vilmansonus quidam, vir honestus & grauis, quem, quum haud vnamquam adhuc allocutus populum fuerat, male vrebatur tam inauspicatum initium. Caeterum iussus dicere, malum sibi metuens, si recusaret, eadem etiam ipse proposuit denuo, sed ita sermonem temperans, vt ducis omnia verbis acciperentur dicta, non suis. Sed nihilo fecius durabat idem populi status, non aliter quam sileri concubia nocte solet, obticentis, vultuque adeo immobili, nullo vt signo prorsus vllum animi sui sensum praese ferrent. At Dux non nihil offensus quod eius orationem tam aduersis auribus animisque excipissent, conuersus ad praefectum: Quid sibi vult, inquit, silentium istud tam cōtumax, statimque ad turbam respiciens: Viri Londinenses, inquit, nos ea de re ad vos relaturi venimus, quam in rem neque auxilio admodum vestro neque consilio egeamus. Poteramus enim proceres & reliquos regni populus suffecisse diligendo principi, nisi noster in vos amor suauisset, ne vos ab eius tractatu rei excluderemus, in quam adscitos ac socios esse vestrarum, tam valde rerum, vt nullius aequē retulerit. Hunc animum nostrum vos aut parum cernere, aut parui pendere videmini, quem ne responso quidem dignum censuistis. Quin vno saltem verbo respondeatis, potentissimum Gloucestriae Ducem, quem caeteri alioquin omnes proceres, populisque delectari sunt, vos ne in Regem adscisci vultis, an non? Responso namque in vtramvis partem dato discedemus, haud amplius molesti vobis hac de re futuri. Ad hunc sermonem excitatus aliquantum populus, multis-

tare inter se, & audiri sonus magis quam verba, qualis ex aluo redditur emigraturis apibus, quoad ex vltima parte curiae, qua se ministri quidam Nashefeldi huius consilij participis conglobauerant at tergo, repente clamor tollitur, Richarde Rex ingeminantium. Cives retro ceruices admirabundi fletere. Sed clamantibus adiungunt sese famuli quidam nulla Richardi cura, vt in turba sit, ac pueri lati nouandis quomodocunque rebus. Sed Dux tametsi displicebat illud, quod nullum honestum ciuem in ea parte videbat, factum tamen commodē pro se inuertens, indistincto rursus silentio iucundissimum illum clamorem dicit animi in designandum Regem, adeoque alacris in vnum consentientis, vt ne quidem sit auditus, qui contra dixerit, quem tam eximium affectum vestrum nos, cum erit opportunum, sic faciemus, vt audiat, idem vt vobis haud dubie in magnum aliquando bonum vertat. Sed interim vos oramus vt crastina die priter omnes maiestatem eius aedemus rogaturi, quod vos ei tanto cum consensu derulstis, idem vt suo consensu habeatur. His dictis descendit ipse, caeteri discedunt: pars aperte macti, multi simulata laetitia, nec decant ex ipsius ducis comitibus, qui quum premeret mœsticiam, quam non audebant ostendere, non poterant, vertere in parietem vultus coacti sunt, dum animi dolorem per lacrymas egerent.

Igitur postridie nobiles, eiusque magna frequentia adeunt Protectorem, qui Londini diuersabatur, missus intro nuntius, ait: Proceres omnes Senatum, populumque Londinensem pro foribus esse, qui eius expectant expectantem colloquium. Sed is primo dubitat progredi, incertus quid sibi vellet ea turba, quae sic superueniret inopinanti. Hanc Protectoris cunctationem Dux ad se allatam ostentat caeteris, vti scirent quam longe adhuc abesse Protector ab huius cogitatione propositi.

Caeterum remisso nuntio, magnis obsecrant precibus admitti, adferre ea quae nisi apud ipsum non sunt prolaturi. Prodit ergo tandem, nec adhuc tamen planē se illis credit: verum ex ambulacro superne despiciens accipit & reddit sermonem. Tacentibus igitur vniuersis, Dux ab equo sublimis, primum petit vt liceret ipsis quae vellet libere citra vllam eius offensam proloqui, quamquam enim nihil meditentur, vnde non & illi decus & regno commodum proueniret, tamen quum incertum sit quam in partem illius amplitudo esset acceptura, nihil ipsos nisi imperata venia locuturos. Ad haec Protector, vt erat in tali re perquam benignus, atque affabilis, tum cui mirus ardor inerat cognoscendi quid vellet, annuit, atque hortatur, ne dubitent

ne dubitet quicquid decreuissent edicere, sibi verò animi in eos sui conscientia persuasum nihil in se quenquam cogitare quod non gratia magis sit, quam venia dignum. Igitur dux ea demum protectoris oratione securus, ausus est rem cum suis causis exponere, tandemque immensam eius implorare clementiam, ne regnum tam diu tot intolerandis malis afflictum negligeret, proceres, populumque ipsius aduolutum pedibus pro consueta eius benigntate respiceret, procumbenti in se vnum patrię subijceret humeros, rem publicam prope dirutam ac proculcatam erigeret, manus scepro tandem velut temoni nauis diu sine perito gubernatore fluitantis apponeret, caputque illud venerandum pateretur onerari diademate, neque adeo dominationis tempestates horreret, neque delectetur immodesta modestia, vt suae quietis causa, neglecto ocio publico, regnum sibi humano iure debitum, ab superis illi destinatum defugeret, equo tanto plus honoris, ferret ac minus sollicitudinis, quanto populo imperaret ipsius amanti & illius imperio subesse cupidissimo. Protector vbi verba ducis accepit, vultu haudquam annuente respondit, quod nec ipse nesciret vera esse quae ille retulisset, se tamen eo fuisse affectu in fratrem, eo in liberos eius esse, ad haec tantam habere honoris sui rationem, quam tribus etiam coronis anteferet, vt inducere in animum non posset, illorum postulatitatis satisfacere. Neque exterarum gentes, quibus res quo pacto gereretur minus compertum foret, ex aliorum cupiditate ipsum quoque aestimaturas, ita suam famam venturam in periculum, quasi regnum non iure debitum perinuriam occuparet. Sed tamen se non modo eorum postulatitatis ignoscere, verum etiam voluntatibus egregie in se propensis habere, habiturumque gratias. Caeterum orate vel sua causa, quem in se animum gererent eum totum consignarent principi, cui ipse parere quam regnare mallet, nec tamen operam consiliumque suum, quatenus Regi liberit vti, defuturam nunquam Reipublicae, quam etiam non nihil exiguo sue procuracionis tempore (quod Deo non sibi referebat acceptum) subleuasset, vel eo praecipue quod improbos quorundam conatus, qui eam perturbassent antea, quo minus iterum vexarent, ipse sua partim industria, sed plurimum diuina prouidentia compressisset. Tum dux habito paulisper cum suis colloquio, rursus ostendit rem eiusmodi esse quam inceperat, vt etiam si esset integra, tamen vellent eam magnis de causis aggredi, nunc verò longius progressus quam vnde sit regrediendum. Denique patribus populoque certum, non passuros amplius spuris Eduardi liberis subijci sese. Proinde si delatum vltro non aspernetur imperium, vnum esse ipsum omnibus omnium votis expetitū principem. sin omnino desinit respondere se non suscep-


turum, facile ipsos inuenturos quempiam cui respublica curae sit. Haec verba Richardi animum tam valde a regno abhorrentem sola flexere, cogitatis si recusaret ipse, nepotem nihilo tamen magis regnaturum. Igitur ego, vt, inquit, doleo animo tam obfirmato decretum vobis Regem hunc non ferre diutius, sic inuitos vos a quoquam regi neque posse video, neque fas esse sentio. Certē quod ad me attinet, quamquam alium neminem esse scio, cui regnum hereditate iure debeatur, pluris tamen has voluntates vestras, quam omnes leges, quarum vis omnis a vobis pendet, facio: quorum quoniam tam conspirantem in me consensum perspicio, ne vel parum fortis videar in capescenda republica, vel vestram in me beneuolentiam non agnoscere. En hic in me hodierno die procuracionem vtriusque regni, Angliae, Galliaeque suscipio. Alterum vt defendam & amplifcem: alterum, vt vobis subijciam, atque in potestatem vestram reducam: nempe administrationem eorum duritaxat meam duco, ius verò fructuum, ac proprietatem vtriusque omnem vestrum, haud dubie publicam. Quem ego animum quo die habere desiero, eo die precor, vt superi mihi non regnum hoc vestrum modo, sed vitam quoque ipsam vt indignam, quae retineatur, eripiant. Hanc orationem eius alacris excepit clamor, Richarde Rex ingeminantium. Proceres cum Rege (sic enim ab ea hora vocari cepit) concedunt intro, populus discedit domū variē adfectus, multaque super ea re secum disserens. Sed plurimis in ore erat impudens illa simulatio, sic agentium loquentiumque, tanquam protector de eo quod agebatur nunquam neque audisset, neque cogitasset antea, quum interim nec ipsi quidem dubitarent neminem esse tam stupidū, qui dubitaret rem omnem de composito geri. Sed alij morem causabantur, & receptam in rebus humanis consuetudinē, qua sic oporteat maximas quasque res legitimis quibusdam perfici caeremonijs. Nam & eum qui creatur Episcopus bis rogari nūm velit, bis postquam sancte negare, tertio vix adducti posse, vt dicat nolentem velle, quum interim vt nihil soluat Principi, tamen ambitum penē declarant emptae Pontificis bullae. Iam cum qui Imperatoris personam agit in tragedia, populus nō ignorat forsitan esse cerdonem? Tamen tantae inscitiae est illic scire quae scias, vt si quis eum vocet qui verē est, non qui falso fingitur, veniat in periculum, ne ab personatis satellitibus malo ioco bene vapulet, & id quidem merito, qui totam fabulam sit aggressus intempestiua veritate turbare. Sequente die magno cum comitatu venit in forum, non illud Londinense, sed maius atque augustius, quod est in palatio apud occidentale coenobium, vbi ab omni parte regni promiscuae aguntur causae. Ibi quum in ea sede collocasset se, quae regium tribunal, ob

id vocatur, quòd iudicia sic in eo foro excercantur, ac parem obtineant auctoritatem, tanquam ipsius ore regis prolata, pro concione rursus ostendit ex eo loco potissimum possessionem sese regi capere, vnde Regis ore populo iura redduntur, quod ideo faciendum censuisset, quum sic sentiret leges exequi, easq; administrare, id sit demum Regem esse. Deinde proceres, mercatores, artifices, denique omne genus hominum, (sed ea collegia nominatim, quæ Britannicis student legibus) oratione quàm maximè potuit populari conciliat. Postremo ne cuiquam iniuriam cum faceret metus, simul vt benevolentiam pareret insidiosa elemètia, mala dissensionum oratione explicans simul & concordie bona, ostendit se omnes erga quoscunq; inimicitias ex animo delere & deponere, omnes omnium in se offensas condonare publicè, cuius rei vt manifestam omnibus fidem faceret, iubet ad se

accerfiri Foggum, quem diu capitaliter oderat, adducto ex asylo proximo (nam illuc timore eius perfergerat) in populi conspectu ei dat manum. Rem vulgo acceptam ac iactatam laudibus, prudentes pro vana habuere. Inter Remigradum vt quemque habuit in via obuium, ita semper illis ad seruilem prope adulationem se demisit, admissi conscius, ne sic quidem securus tamen, aut quibus ad blandiebatur, confidens manum à capulo non referre, & circumspèctare vndique, velut percussurus. Cum post ludicram illam electionem regnare cepisset, coronatus est, eaque celebritas magna parte illo ipso apparatu peracta, qui nepoti eius coronando fuerat destinatus.

* * *

HISTORIA REGIS RICHARDI TERTII, FINIS.



AD CONVITIA

MARTINI LUTHERI, CONGESTA IN HENRICVM REGEM ANGLIÆ, EIVS NOMINIS OCTAVVM, PER THOMAM MORVM CONSCRIPTA. ANNO DOM. M. D. XXIII. Quia tempestate cum liber omisus erat, Thomas Morus, procaci ac scurrili Lutheri libello, eodem orationis filo paradam responsonem iudicauit, ipsumq; esse quibus intemperatissime vsus erat in Regem, coloribus vicissim depingendum, vt si quid male loquendo voluptatis cepisset, id rursum male audiendo amitteret. Ceterum quum haud quaquam personam, dignitatè quæ suam lasciuos iocos & quandoq; etiã immodestos decere intelligebat, non suo, sed Guilielmi Rossæi alieno nomine librum exire voluit. Guilielmus Rossæus.

Ioanni Carcellio suo S. D. P.



ITV mi Ioannès bene vales, bene est: ego quidem valeo. At vereor vt satis valiturus fuerim: ni prope me ex vrbe prouissem rus. Cæperat enim non oriri modo pe-

stis Romæ, verum etiam grauius inualescere. quum ego vix adhuc bene collocatus ibi, rursum trepidus ac sollicitus, huc me cogor subducere, ad lapidem plus minus vicesimum, exceptus atque inuitatus, ab hospite omnium humanissimo, & seorsum in Anglorum gentem omnem, in quam patertium genus refert animo, quantum vix quisquam credat benigno. Hic dum versor, hospes quodam die, en, inquit, Rossæe librum quendam ex vrbe reces missum mihi: quæ te opinor valde videre velle: vt quo, Lutherus vestro respondeat regi. Ain verò, inquam, nihil profectò legerim, libentius. Nam principis libellum, iam ante annum legi ac relegi Venetijs: qui non vni mihi talis visus est: vt opinionem cõceperim, nunquã tam stolidum fore Lutherũ: vt respondendo redderet manifestum: quàm improbam atque absurdam causam tueretur: quæ nullum defensionis colorem, qui quidem probabilis videretur, omnino posset admittere: simul hæc dicēs, auide corripio ac resigno librũ vbi lege reincipio, proh Deus bone, quantum furoris barathrum, quantum furiarum voraginem reperio. Dispercam, si inter densas ac perpetuas phreneseos Lutheranae tenebras, vllum inuenire qui vi sanioris animi interuallũ. Nugatur, rixatur, scurratur, ac ridet: sed ridet planè sardonius, cõscius nimirũ, nõ in libello regis inuenire se, sed in capitulo suo quod rideat. Nam interim deprehendi eum, quædam, in quæ falsus videri posset, affingere. Hospes igitur, vbi me legentem auscultasset diu, non sine crebra interrim atque aperta significatione stomachi (erat enim neq; alienus à literis, & animi cum

ciuiliter honestum in primis pij) quid tu, inquit, mi Rossæe nebulonem istum blasphemias istas patieris intulit ferre? qui non modo Regem tuum stultis incelsis conuicijs, sed in Cæsarem quoque ac Pontificem, in principes omnes Germaniæ, in bonos atque eruditos viros omnes, in omnes denique diuos impius furcifer obscenissimis obprobrijs inuehitur? Hunc tu scurram talia patieris inulta ferre? Inulta ne inquam, quo pacto, qui omnium vice vlciscitur ipse sese? Nam quæ grauior vltio possit optari, quàm quum eo dementia sit adactus, vt impie conscientiæ furis agitatus, mentis inops, & ad insaniam dissimulandam impotens, ita sibi vi abreptus sit, vt sua manu per omnes paginas atq; omnes propemodum parietes perscribat, insanissimũ nebulonem, atq; impudentissimum scurram esse Lutherum. Nam Princeps meus, in quem præcipuè nebuloscurratur insanus, augustioris est animi & altioris consilij: quàm vt demētissimũ scurræ deliramentis quicquam moueatur. Neq; dubito, si Lutheri liber haberet aliquid quod sit responso dignũ, quin rex illustrissimus pro egregia illa eruditione, quæ illi ad reliqua regiæ maiestatis ornamenta velut præcipuum quoddam lumen ac decus accessit, facillè sitita responsum homini: vt mortales omnes intelligant, seruata dignitatis suæ reuerentia, & causam piam strenuè, & impium nebulonem lepidè, ab optimo atq; eruditissimo principe esse tractatum. Quam rem Lutherus, quum ex eo libro quem scripsit in eum Rex, magno bonorum omnium plausu, magno malorum dolore, didicisset: de industria sic adornauit istũ libellum suum, vt sperare posset neminem fore mortalium, nedum principem, qui nenias tam insanas esset vlla rescriptione dignaturus. Atq; ita vltimus pugnae restaret esse videretur. At ego, inquit, hospes illum sua spe falsum velim. Quorsum istud, inquam? Quid faciet qui rescribet? aliud ne, quàm explicabit orbi, Lutherum esse scurram sycophanticum? At istud iam du-

iam dudum conclamavit ipse. Nam quid aliud aduersus Catharinum? Quid aliud aduersus doctos alios, aduersus scholas publicas? Quid aliud aduersus Germaniæ principes? Aduersus Caesarem, Regem, Pontificem? Quid aliud è turri sua Babilonica, velut ex altissimo suggestu proclamauit in totum orbem: quàm esse sese deuotum inferis, inuisum superis, humano generi nebulonem noxium, ac denique mortalium omnium petulantissimum, & pestilentissimum scurrâ? Itaque, mihi mire placet prudentissimum cardinalis illius, sanctissimum consilium: qui Pontifici huic verè omnium sanctissimo iussit, vt Leonis decessoris sui sententiâ, de supprimendis Lutheri libris ita moderaretur: vt eorum lectionem librorum, qui sanctitatis & modestiæ fuce latenter insertas hæreses, bonis ac simplicibus viris commendant, Ecclesiæ penitus interdiceret. Babilonicam verò, & qui sunt eiusdem furfuris: qui nihil habent aliud: quàm verè scurrilla iurgia, & bonorum omnium auribus abominandas hæreses, prostrare passim legi; permitteret. Neque enim periculi quicquid fore, ne bonus quisquâ libello corruptatur eiusmodi: qui sine ratione rixetur, & numeret magis quàm probet improbissima quæq; & orbis christiani consensu damnatissima dogmata. Illud verò prouenturum commodi: quod pessimus quisque, quem à legendis hereticorum scriptis, nullum potest edictum cohibere, desinet incautis imponere: quibus nunc periuadent callide, quicquid sentiunt bonis odio esse, id vel non scripsisse, vel non ita sensisse Lutherum: sed hominem innocentem, per emulorum inuidiam, falsam subire calumniam. Nam quæso te, quisquis huc ipsum leget libellum, quo regi respondet nebulonem, quum nihil in eo reperiet rationis: quum omnia principis argumenta constare videbit: quum istum cernet deprauare multa: mentiri multa: dissimulare fortissima: scurriliter tractare omnia: quid illum putas esse sensurum? An adhuc desideraturum esse responsi quicquam: quod verberonis ostendat amentiam, tanquam lucernam accendo postulet: cuius ope conspiciat solem? Accedo, inquit, mi Rossee tibi, re non egere responso, si quis in vtrâque partem intendat oculos. Sed quotum quemq; futurum putas, qui quum Lutheri librū perlegat, ea sit futurus diligentia: vt inspecto contra libello principis, collatis vtrinque verbis ipsis, eruat Lutheri sycophantiam, ac non potius ex alterius opere, de vtriusque ferat sententiam: persuasus neminè esse tam impudentem scurrâ: vt (quod isti perpetuū est) aduersarij verba de industria deprauet. Nam eo minus istud suspicamus: quod ea res & facile possit coargui: & semel deprehensa probri summū atq; indelebile dedecus inurat authori. Proin tu, si me audies, non respondebis modo: verum etiam respōdebis ampliter. Citabisque, & conferes vtriusque verba fideliter: deinde red-

des oratione tua virtutes Lutheri conspicuas: vt locus nullus non sit illustris, in quo velerat imprudens, vel studio calumniatur, vel dissimulat stolidè, vel scurratur nebulonice, vel bacchatur scurriliter, vel mēitur impudēt, vel rixatur improbè, vel blasphemar impiè, vel ridet phreneticè, vel dolore ringitur, vel ira disrumpitur, vel madidus indormit, vel ebrius altum iterit, vel sobrius ac vigil insanit. Nec istud mi Rossee, quicquid est quod metuas ne dū stercorea Lutheri scripta, velut Augei stabulū exhauris, & sua in eum iterora regeris, tuum simul nomen impures: atque in periculum venias, ne non satis habuisse videaris honestatis & modestiæ rationem. Etenim tam immodestum nebulonem, qui nec aduersus homines, nec aduersus superos tēperare sibi potest à scurrilibus conuicijs, si quis non contra tractet ex merito: sed modicè modestèque respondeat: nullus erit mihi crede lector equus, & pius, cui non ista videbitur & nimis ambitiosa, & profus immodesta modestia. Nā istud scio te scio cōsistere: si calamum nebulonem conuertat in te. Sanè verò, inquam, neque enim adeo desipio: vt magis mihi cōsilia laudi fore, si lauder à laudato viro, quàm si in me bacchetur illaudatus, atq; eodem rictu lateat in me, quo rabidus latrat in superos. Quin tu ergo, inquit, rem Deofretus aggredere: facies quod malos vrat, oblectet bonos: nec officium tantum declarabis in tuum principem: cuius ingenium, eloquentiam, eruditionem, prudentiam, corporis incomparandas dotes, animi virtutes excellas, Christianus orbis velut absolutum regis sublimitatis exemplar admiratur ac suspicit: Verum etiam apud seruatore Christum, magnam inibis gratiam: cuius iste scurrâ nomē, si demque subassertionis hypocrisis, penitus molitur extinguere. Quid vis amplius, mi Ioannes? non desiste impellere, donec perpulit. Itaque promissi me facturum: feci, ostendi. Supra meritum modicum laudauit. Orauit me, vt vni atque alteri ex eruditissimis amicis suis: sibi liceret ostendere. Concessi, modo ne sine permissu meo quisquam operaret edere. Nam decreuissè me, rem seruare mihi menses aliquot integram: quū vt exactius tractarem quædā, quod opus ruri subito sine librorum auxilio confeceram: tum quod interea superuenerat exemplum epistolæ: quam rex ad Saxonie duces scripserat: ex qua subuereri cœpi, vt laturus esset princeps: si quis ex Angliis amplius cū isto nebulone contenderet. Rem recepit meæ futuram potestatis. Aufert, ostendit, reddit, horatur ne cuncter edere. Viros, quibus ostendisset eruditissimos in te tisse vehemēt apud se, vt me vel ignaro, vel inuito maturaretur editio. Sed fidem suam liberasse se: cæterum suadere, monere, rogare ne doctorū virorum vota suspenderem: neve nebulonem paterer diutius simplicium hominum ignoratione atq; incitia abuti. Si qui forte forent quibus quæ


quæ absurde scripsit, aliquid esse viderentur: ego me pollicitus istud curaturum, statui protinus librum ad te mittere: vt cuius consilium multis in rebus alijs, mihi sensissimè vtile, eius prudentia in hoc etiam opere, vel edendo vel premendo fruerer. Itaque librum Hermano Prageni tradidi iuueni olim studio tuo, quū istuc inseruiret magistro. Nam is, quod Angliā viderat non sterilem fuisse præceptoris suo: quum nec honestum videretur nec vtile, subinde solum vertere, certus atque obfirmans animo istic sedem figere, instituit in Britanniam remigrare. Aliquot ergo menses ab eius discessu, pendebam animi: expectans indies de mea re responsum tuum. At vbi ex literis, quas x. Calendas Iunias, huc misisti, librum sensi nō esse perlatum, nec istuc delatum gerulū: metuens aliquid accidisse iuueni (nam de fide eius ne adhuc quidem dubito) parabā rursum exemplar: quod, vbi primum liceret comode, istuc mitteretur ad te: quum ecce interim affertur huc, prostrare iam librum meum: & (quod miror) inuētum esse: qui libellum tam illepidum agnōrit, atque adornarit pro suo. Quæ res eo fortasse facta est cōfidentius, quod ego, quoniam ad te mittebam, notus ad notum, nomen meum operi non præscripseram. Eoq; factum arbitror, vt veluti ignorati patris expositum puerum, homo misericors excepit atq; educarit pro suo. Verum nunc te quæso mi Ioannes: effice vt puer cognoscatur istuc non pater: quoad interim diligenter obseruatis, quam de se spem parenti præbeat. Nam si aut parum proberetur bonis, aut princeps æquo animo non ferat, ab Angliā quenquam amplius, cum isto scurrâ committi: sine fruatur qui sustulit. Sin ita, vt optamus, doctis probisque placeat, & regem olfacias non indignaturū: à nobis quoque bene verberatum verberonem: tum te mihi Ioannes obsecro, vt gnatum meum non expositum vnquam, sed nescio qua fortuna in aliquod ignotum litus eiectum, tu mihi denuo, absque vlla eius, qui velut orbem excepit contumelia, vindices ac restituis patri. Vale ex vrbe, nam heri,

huc rerum mearum ordinandarum causa remigraui.

Iterum vale & saluē.
ue. 3. Nonas
Augu-
sti.



IOANNES CARCELLIUS
GVILIELMO ROSSEO
SVO S. D. P.

 D. III. Idus Septembris, reditæ sunt nobis à te literæ: quas ego & libentissimus accepi: & diligenter etiā atq; etiā perlegi. Quæ quidē tuæ literæ, nunquā non gratæ ad me perueniunt. Verū hoc tempore, quantum mearum rerum status ferebat, etiam iucundæ fuerunt. Tum quia significarent ea, quibus mihi nihil optatius potuit accidere: id est, te mortalium omnium mihi charissimum saluum esse & incolumem, tamen non nullo metu perturbatum, grassantis istic & ardescētis passim thorni pestilentis: atque iam in Italia quoque reperisse, qui istas tuas virtutes perspiciant, & admirentur, ac merito fauore prosequantur. Tum quia longo desiderio cognoscendi quid rerum generis ipse, quo ante torquebar, iam veluti diuturna sit, expleto, his perfectis literis paulum animo acquieui. Male enim timueram, nequid aliter ac vellem tibi contigisset: propterea quod abs te tot mensium spacio, nihil quicquam acceperā. Siquidem annus paulo minus agitur, ex quo tempore, illam recepi abs te epistolam: qua me tui Romam itineris certiores fecisti. Atq; ab illo tempore, nunc primum vbi sis, quid agas, ac quid valeas audio. Quæ res sane tam mihi molesta fuit quàm pro mutua nostra charitate esse debuit. Eoque magis eram sollicitus de te quod neque ab istis publicis interueniens aliquid discere licebat: quum tamē alios nostrates propemodū omnes, narrare mihi possent, quo quisque loco ageret. Quin, neq; Hermanus cui te scribis literas & librum ad me dedisse, huc venit, nec quid de eo sit factum audiui vnquam post eius à nobis discessum, qui fuit statim ab obitu præceptoris sui: cum tamen sæpe de illo quæsierim ex ijs, qui cum eo vnā ministrabāt (adeest enim hic vnus & alter Lōdini). Etenim amabam profus iuuenem, ob egregios mores, eruditionē non sperendam, ac vel in primis, ob singularem & spectatam fidem. Propter quam præceptoris fuit charissimus: Inueneramq; ei (si aut remansisset hic, aut redisset) conditionem aliquam non penitendam. Vereorque iam, ne quid grauius fuerit in causa cur fidem non præfiterit, quàm: quod noller, iuuenis quantuis precij. Ceterum tandem perlatum est liber tuus (vtinam prius) qui magno stupore vt vere dicam, animum meum verberauit meum: quod iam alienum nomē omnium opinionibus, quotquot opus viderāt, nedum meæ infederat. Qui, etiam cum schedas tuas in manibus tenerem, vix demum potui Rosseum meum in illis agnoscere. At quemadmodum, qui ingenti aliqua rei, seu bonæ seu malæ, ac inopinata nouitate, repente sunt percussi, diu pendunt in dubio: nec cito possunt animis suis

persuadere, id quod aut ægrius est, quã vt verũ velint. aut iucundius, quã vt sperare possint: ita huius pulcherrimi facti nomẽ, tã præter expectationẽ meã, tã subito in nouũ heredẽ trãscriptũ, idq; in eũ quẽ vt maximẽ optabã, tam præclari facti autorẽ existerẽ, eũ patriã cõiuniter, tum priuã nostrã amicitiaẽ causã, ita minimẽ expectabã: magnã mihi admirationi, ac penẽ res incredibilis est visa: nõ quĩ te lóge etiã maioribus parẽ, adeoq; superiorẽ & ego norim & alij existimãnt, sed vt dixi, quod alter tã astute in hanc se possessionẽ, veluti derelictã, insinuãret: vt iure optimo eius esse videretur. Iã quod ad ipsũ spectat opus, tale profecto est omniũ doctorũ atq; proborũ sententia, quibus ostendi cõpluribus, vt summo omniũ studio sit apud nos excusum denuo. Mihi vero ita placuit (si quid meo tribuis iudicio) vt, quoniã erat cõtinua oratione cõscriptũ, in capita diuiserim: titulis adiunctis cuiq;, scholiãq; in spacio marginali ascripserim, indicẽq; apposuerim: quo facilius singula lecturis occurrerẽt. Proinde ista te libero cura, quẽ sit doctorũ de eo sententia futura. Quippe qui non minus sedulo me ad eius emissionẽ sunt hortati hic, quã, ex tuis literis intelligo, te istic incitãtũ. Nonnulli etiã vitro pollicentes pecunias in sumptũ eius, quoniã typographi grauatim quicquã aggrediuntur, nisi si quis eos volet indenes prætare. Porro de rege nihil est, quod vereamus: qui vt est eruditionẽ singulari, limatissimõq; iudicio: ita non dubito, quin idẽ sit de libro tuo senturus, quod cãteri præstantes eruditione viri. Quanquã, eũ primũ huc alatus esset, Lutheri aduersus se libellus, eiq; cõmonstratus, nihil illi quidẽ aliud quã irrisit, stulta verberonis ac scurrilia conuicia. Cũque rogaretur, quid de illo nõ solũ impio, sed etiã, tũ furãte, sentiret: respondit sibi quidẽ videri dignũ Lutherũ: qui pro petulãtia ac nequitia sua, precĩ ferret: quiq; in omnibus conuiujs produceretur: si conuiuas oblectaret morio. De respondendo autem ad eius meretricia iurgia, se nec ita fœdaturum personam suam, vt conuicijs cum eo velitarẽ: nec ita ineptijs operam & oleum perditurum: vt cum eorationibus modeste agerẽt: qui omni rationi & modestiã bellum indixisset. Sed nec cuiquam authorem fore, vt cum ipso manum amplius confererẽt: si quis tamen vellet eius insaniã retaliare, in freniq; linguã frenũ iniicere, non prohibiturũ se. Itaq; curã librum tuo nomine edendum, & cõpositori suo tanquam postliminio asserendũ. Tũ exemplari eo, quod abs te accipi, diligenter cum alteris collato vbi quid aut mutatũ aut insuper additũ per te comperimus quod in exẽplis nostris non habebatur adijciendũ curãuimus. Iam quã ipse, in eo elaboraueram de ijs nihil mutauit: ne aut typographo aut mihi tantã perirent impensẽ. Nec mutabo posthac, si tibi meũ hoc factum probatum fuerit. Sin aliter tibi videbitur: ego

quicquid tu statueris confirmabo. Præterea quam ad me epistolã dediti: quãq; mihi librũ donas (qui tuus est amor erga me) præfationis vice anteposui, eiq; nostram hanc adiunxi: vt posteriquoq; intelligant, quantum tibi debeã. Vale, & cõmunẽ istic familiares nostros ex me saluta. Iterum bene vale, Londini. xv. Cal. Octobris.

IOANNIS VITALLI LONDINENSIS carmen in Lutherum,
Missus ab extremis liber iste Lutherẽ Britanniã,
 venit in exitium tela secunda tuam.
 Maximus, Henricus rex, & fortissimus heros,
 Corporis insignis, ingenijq; bonis,
 Et vera fidei defensor acerrimus idem,
 Concusit vires antẽ Lutherẽ tuas.
 Fusus & afflictus (frustra tamen) vsq; repugnãt:
 Et victor dici, dein male sanẽ petis.
 Non aliter quam qui superatus ab hoste palastra,
 Victoris collo pendet ab ipse sũ.
 Ac se delectum minime, contemdit ab illo:
 Succumbat quamuis iam resupinus humi.
 Destruit hæc rechina Rosses tibi, neu modo quisquã
 Tam solida falli possit ab arte facit.
 Hic ira consilium tibi det egit ordine totum,
 Imo adeo infanti propositum cerebri:
 Vt videant quã sis folide sceleratus, & omnes
 In stolidum iactent talia verba caput:
 Ecce triumphali Luther hic sublimis ab axe,
 Fertur, iosephus spargite stercoribus.
 Dignus honos homini, qui fude vincitur: & se
 Victorem bucca buccinat ipse sua.

NICOLAI PACHETI AD LUTHERUM carmen admonitorium.
Accepe, quo tutus mihi iam videre, Lutherẽ,
 Accipe, quo solo viuere posse modo:
 Vndiq; si potis es patrios occludere sinus,
 Intret vt ad mystas ne liber iste tuos.
 Nam tua traducit sic dogmata falsa libellus,
 Sic aperitq; tuos iste Lutherẽ dolos,
 Vt semel in tota fuerit si plebe receptus,
 Hæc in noticiã prodierintq; tuis,
 Non vllus precibus tibi sit locus inde relictus,
 Quo minus à populo dilaniere tuo.

LAVRENTII NEVLLI EPITAPHIUM in Lutherum omnibus bonis iam mortuum.
 Qui stetit in cœlum quondam cœliq; parentem,
 Iecit & in sanctos qui maledicta patres.
 Qui leges hominum contempnit, & omnia iura,
 Et nullo voluit viuere consilio.
 Sed quantum libuit, tantum lucisse putauit
 Ac nil pro sancto, nil habuitq; pio.
 Contegit hæc cinerem factum brevis vna Lutherũ,
 Tartara pro meritis incolit vmbra suis,

LUTHERI SCRIP-

TA AD QVENDAM NOBILEM BOHEVM:
 QVA SVAM IPSE INVIDIAM AC LIVORIS
 REM, TVM IN PONTIFICEM, TVM

in ipsũ Casarem, ac Germania principes viros vniuersos, prodit:
 quos omnes improbißimis conuicijs & contume-
 lijs improbus incestit.



GENEROSO ET NOBILI

VIRO, D. SEBASTIANO SCHLIK COMITI
 IN PASSVN, DOMINO IN
 Elbogen, etc. suo in Christo maiori Martino
 Luther Ecclesiastæ VVitem-
 bergensis.



GRATIA & pax in cordes sperare triumphum mea fuga, sedisimã suã
 Christo, terius & ignominiam honestatur, qua toto orbe celebrantur
 amplius annus agitur sese prãruditate & pauore animi, non audere in cõ-
 (generose comes) quod spectũ vnus Lutheri prodire. Quid putas hæc fragi-
 furiosus Papisarum les bulla faceret, si & ipsi cogeret corã aduersaria
 populus me insimulat Casare & hostibus prãualteribus fissere? Scilicet, in
 quo ad Bohemiam, mille diuerticula sugeret miser, qui nũc in cunicu-
 idq; mirum in modum lis suis sicut soricos musitant, Lutherus meditatũ
 stit audire, scilicet ho fugam. Sic & rex Angliã, hoc libro multa salua
 blaterat de fuga mea in Bohemiam, homo sapiens,
 scilicet qui credit ideo, suum librum esse victorio-
 sum & dignẽ scriptum, si ad Bohemos Lutherus fu-
 gerit, tam vecors & mullebris est stolidi regis in-
 uidia. Ego vero, quamuis ardeat animus videre Bo-
 hemiam, & religionẽ papisticã monstris tã odio-
 sam, tamen hæcenus abstinui & abstinebo, nõ quod
 opprobrium nominis metuum, quod celeberrimã na-
 tionẽ, vilsimã hominum sex, papista cum summa
 perfidia & iniuria inusserant. Nam iustissimã cau-
 sa, Bohemi homicidas istos, & Antichristos papistas
 deseruerunt, postquam innocentem virum Ioannem
 Hussũ, ipsi septies heretici exusserunt, & vitãq;
 speciem à Christo institutam sacrilege damnauerunt.
 Hæc enim causã odij papistici in hanc gen-
 tem, nec aliquando purpurate istius meretricis
 stitũ, agnoscent ferale suum homicidium, &
 damnati Euangelij sacrilegium, quin pergunt fu-
 rorem suum tueri, & opprobrium, quo ipsi coram
 Deo insignes sunt, aliene & innocenti nationi
 imponere. Non ergo opprobrium Bohemici no-
 minis metuo, quã gloria est coram Deo, sed quod
 CHRISTVS me hic posuit: vt torqueam papi-
 stica monstra, dum nihil inuenire in me possunt,
 quod iacta-

Verfist-
 me dictũ

Cæsari
 notã per
 fidia im-
 pingit ne
 sequium
 idoli Romani,
 nihil magis quã fidem
 contemnere, in perpetuam nationis ignominiam
 Sicut iustus est fugitiuus & meretriciosus Lutherus in
 gyrum dentium Behemoth insilire. At illi tremẽdi
 Gigantes quid? Toto hoc triennio, non est inuentus
 vnus, qui ad nos VVitterbergã concederet, & co-
 ram nobis etiam staret, cum & certissimũ sint de si-
 de & tutela (nempe sub Cæsaris sui prãsidio acturi
 omnia) adhuc audent homines effeminati & ex-


Lutheri
 fauor in
 Bohemo-
 mos.
 Omnes
 heretico-
 infimul-
 lat præ-
 ter se &
 Hussini
 heretico-
 cos infig-
 nissimos

59

RESPONDETUR

AD EPISTOLAM LUTHERI INITIO
LIBRI SCRIPTAM.

CAPVT I.



IOTA ista spirat epistola, Thraſonica Lutheri gloriam & in dignitate Romanę sedis, liuidam nebulolis inuidiam. Qua nunc intabescēs, Bohemis quorū dānatas hereses nullo disposito præsidio, tā lōgo itinere fatis caueri possunt. Quę quū ita sint, mirū est profecto Lutero venire aulo nullo suo periculo Vvormatiā, in conspectū principū, vt furoris obstinati triūphū tuū reportaret domū ad cōpotores suos: neminē audere contrā, cū vitæ suę periculo, venire Vvitēbergā, tanto præsertim fructu, nēpe vt cū nebulone certet in eius ipsius theatro, dispositis nebulonum cuneis, qui hæresiarchæ suo, scripturæ verba in adulterinū sensum torquētī, doctorū omniū antiquorū autoritatē irridenti, publicā tot ætatū fidē exhibitā, atq; omnia execranti sacra, ad singulas blasphemias applaudat, atq; ingeminēt euge. Ei verō, qui disputatur venerit, ad quodq; verbū, voce, vultu, pede, manu obſtrepāt; explodāt, exhibent. Cōtra quę, si durabit oīa, & clamores ratione vicerit, digressum deniq; perimāt. Neq; enim nunc eadē rerū est conditio, atque olim fuit, quum disputabat Eccius. Tum enim res adhuc in eo fuit statu, vt valde suę sectę fauerent, nec dū planē scirēt, quā malā causam fouerent, eo quietius, & cupidius audiebāt, quōd se audituros sperabant, quę valde audire cupiebāt: Sed ea disputatio quū nō vndequaq; responderit ipsorū spei: quum tamen essent quædā in speciē nōn, prorsus improba: & nunc eum cernant post per furorem adiecisse talia, quę nullo possit colore defendere: desperata rationis victoria, triūphū collocāt in amentia, nōn audituri quicquam æquis auribus, quod aduerserit iniquis animis. Neque tamen nego, in eadem vrbe, in qua sibi delegit latibulū, multos esse viros honestissimos, multas mulieres bonas ac pias, sed in re seditiosa, magis eminet insana tumultuantū turba, quā numerus etiā maior bonorū & sedatorū ciuiū. Lutherus igitur quū doleat libellis æditis, ita victas ac reuictas suas in sanas hereses, vt nunquā apud suos se victorē audiat, quin interim excarnificetur intus opprobrij sui conscientia, gnarus omnibus vndiq; gentibus, ex libellis vtrinq; inter se collatis, clarissima luce patere, quā turpiter euerfus, ac prostratus iaceat, perterfus tādē ac phorrescēs iudiciū publicū, pugnaturus, velut gallus prouocat in suum sterquilinum,

per execratus est, nūc execrabili viciſſi, & suo ipsius iudicio dānatus, applaudit, & fingit se hereses eorū ignorare, homo aut tā iniquus, vt eorū res ignoratas ante reprehēderit, aut tā infirmæ memorię, vt que tā nup tā acerbē redār guit, eorū oīm subito iā sit oblitus. Et tamē cū illis maxime conetur adulari, post laudes aliquot homo sapiēs promittit tādē, bone Deus honorem qualē, Sodomę scilicet et Gomorræ gloriā. Nā vt illorū mores iustificati sunt cōparatione Hierusalē, ita Bohemorū hereses iustificabit Lutherus collata cū illis nimirum fide Christi. Quam, quo licētius inuadat, atq; blaſmet, appellat vbique papisticā, substituēs pro fide Christi perfidiā suā. Nā cū reijciat Iudaicā, rideat gētiliū, nutet in Bohemica, vix admittat Turcicā, dānet omnino catholicā: quid reliqui fecit tandē, quod esset ratum ac stabile, præter infidelitatē suā? In qua tā superbus exultat, atq; insultat omnibus, vt dubitari non possit, quam totus ex inferis illius spiritum spirat in terras, quę similis ad inferos superbia deiecit ē cœlo. Sed illius epistolæ pretiū operæ fuerit magnificas ampullas expendere, Protinus ab initio cōiuriatur Cæsari, & Germaniæ principibus: gloriatur de sua fortitudine, qui sit ausus ire Vvormatiā, gnarus sibi violatā esse fidē publicā, videlicet homo animi destinati martyrio, propter infidelitatem sine charitate sine qua nec pro vera fide, Paulo teste, valuisset martyriū. Insultat magnifice omnibus, contra suā sententiā sentientibus, hoc est bonis omnibus: quod homines nō audeant ire VVittembergā, & corā ipsius sele maiestate sistere: videlicet quū certissimi sint de fide & tutela, nēpe Cæsaris præsidio (vt ait) facturi omnia: quasi nihil esset latronū in via, qui fere soli sunt Lutheri satellitiū, qui eodē animo in suę factionis gratiā nō dubitēt disputaturos amoliri per insidias cōtra fidē publicā, quo aſo spoliati ac trucidāt viatores, lucri sui gratia cōtra legē publicā. Ille quū veniret Vvormatiā, nōn habebat, quod metueret. Venerat enim, quod fatetur, fide publica, quā si, vt mēditur nebuloset violasset Cæsar: quo tandem præsidio fraternulus, omni supplicio dignissimus, aduersante

Quā nihil fructū habeat cū Lutero corā disputatore. Quātū audeat periculi disputaturus cum Lutero

Cur Lutherus prouocat, vt disputetur corā

quod iactare vellent, in suę incredibilis inuidia respiraculum, Cruciatari Christus sua ipsorum inuidia, & dirumpi propria mæltia. Expecto igitur eos hic & expectabo impotentissimam eorum inuidiam, egregie irritaturus & torturus donec vixero. Si autem me occiderint multo maxime cruciaturus. Sic enim datus sum illis in portentum à domino meo Christo, vt siue me viuificent, siue occidant, nihil gratiæ, nihil pacis, nihil solati, habitura sit furialis eorum conscientia, vt duplici contritione conterantur, & presentis inuidie cruce, æternam mereantur gehēna torturam. Inflat enim mors papatus abominabilis, vt get eum ineluctabile suum fatum. & (vt Daniel ait) ad finē sui venit, & nemo auxiliabitur ei. nā concurrimus vtrinq; illi extremo furore, ego summo contemptu, & vincet audacia mea in Christo nouissimam illorum, & iam pallentem furiam. Aliam vero fugam in Bohemiam non meditor, ne nihil veri vaticinentur sibi papistici Pythones, sed de qua maiorem compunctionis spiritum sint passuri. Hęc est, iuxta illud Moysi: Prouocabo eos in non gente, & in gente stulta irritabo illos. Nam tantū meis libellis breui (propitio Christo) iessicam, vt Bohemi à suo opprobrio liberi, soli autem papistæ sint nomen abominationis in orbe terrarum, vt maledictum & anathema sit, esse papistam. Non quod omnia Bohemorum probem, cū eorum res ignorem, & scētās esse inter eos audiam, sed quod papisticæ

turba illis comparata, fetor & nausea futura sit in toto mundo, qui nihil nisi scētās sunt ipsi, adeo vt soli Frānciscani inter sese ferme sex scētās scīssī sint. Hęc autem ad te scribo heros generose, vt mihi initium huius fugę captem apud te, qui regnas in Bohemia initio confinis Germaniæ, vt per te, tuamq; ditionem procedam in totam Bohemiam. Rex laicus scripsit ad sacerrium suum pontificem. Ego quondam miseratione papa clericus scribere debui ad christianissimum laicum. Audio enim te incredibilis studio seruere in puram Euangelij veritatem, et abominaciones et scandala Romana pestilentia, vndiq; è tuo dominio proſtigare. Mæte virtute clarissime heros, sic abolebitur opprobrium Bohemici nominis, & redibit meretrici in sinum suum, sentina illa mendaciorum & fornicationum suarum, vt reuelentur pudenda eius orbi terrarum ad sempiternam ignominiam. Hoc sit initium fugę meę, hęc spes optimi exempli, quod imitentur reliqui Bohemi heroes & magistratus. Sic nō modo in Bohemiā sugero sed & habitauero in ea, etiā si hic me exusserit illaudata meretricis furor. Inuidiā tamē eius simul et succedero et vicero in Christo. Nihil erit illi amplius prosperum. Christus sic statuit, Amen. Gratia domini nostri Iesu Christi seruet & augeat te optime heros in æternum. Amen. VVitēbergæ. v. Iulij.

Alienissimus qui que ab ecclesia Lutero christianissimus.


eniusmo di laudē Bohemis tribuat Luther.

Iactantia Lutheri.

Cacodæmonem se fore cōminat.

Contemptorem & audacē profite-tur te homo pius scilicet

Quā prouocantem laudat adulari.



Cur scri-
pto poti⁹
quā corā
sit dispu-
tandum.

quillinium, vbi coram gallinis suis cantitet. Ver-
rum neminem opinor esse tam insanum, vt in
locum veniat, quo eum hostis vocat ad pug-
nā, quum non possit æquior esse plancies, in
qua dimicetur, aut minus insidijs exposita, quā
libellis æditis confictatio, in qua neutra pars
caulari potest, aut perperam quicquam excep-
tum à notarijs, aut post corruptum à falsarijs,
aut sibi quicquam non prouium calore subit-
ariæ disputationis excidisse: Sed quod, ex cau-
sæ meritis per ocium quicquid potest, instru-
ctissimum protulerit, id sincera fide prohibet
in publicum. Ex quibus & nunc clarissimè pa-
tet, & indies magis magisq; patebit, quam for-
dido cæno prostratus iaceat, oblitus luto, atq;
obuolutus stercore, gloriosus victor ac trium-
phator Lutherus. Quæ res quum regio libel-
lo tam egregiè facta sit, vt nunquam quicquā
æque Lutherum adegerit in furorem, efficiam
hoc libello, vt omnes Lutherani sentiant, quā
stolidum habeant hæresiarum, qui sua sapi-
entia nihil effecit aliud, quā in fixum ab ad-
uersario telum, suis ipse manibus infixit al-
tius. Sed priusquam aggrediar librū, libet pau-
lisser cum Lutheri rursus redire Vvormatiā,
Cuius magnifica commemoratione quiddam
mihi redegit in memoriam, ex quo vno to-
tus potest orbis iudicare vanissimi nebulonis
& ingenium stolidum, & mentem gloriæ cu-
pidate dementem.

Detegitur Lutheri stult. & ambitio ex honori-
ficentissimis de se, sub alieno nomine,
predicationibus.
CAPVT II.

EXtat libellus excusus hoc titulo: Acta et
res gestæ D. Martini Lutheri Augusti-
niani in comitijs principū Vvormatię.
Is libellus quo loco sit excusus non dicit, quo
autore compositus tantundē. Sed liquet pla-
ne ex ipsa narratione ferre, fuisse aliquem illius
valde studiosum. Verum non ab ipso tamen
factum Lutheri, certissima sunt argumenta
scilicet. Nam quum Cæsar nominetur vbique
simpliciter Carolus: nunquam nominatur Lu-
therus, nisi reuerenter. **DOMINVS**
MARTINVS literis maiusculis, videlicet
magnus heros. Interdū sic: **HOMODEI**
LVTHERVVS. Et quum ij, qui contra lo-
quuntur, prorumpere dicuntur in verba viru-
lenta, de ipso ita scribitur. D. vero **MAR-**
TINVS pro incredibili humanitate & bo-
nitate sua, benigne respondit. Et sic: Pater
clementissimus modestissime respondit. Et
tanquam gloria patri, totum illius psalmi librū
claudit hæc coronis. Deus igitur hominē pi-
entissimum, tuendo & docendo euangelio na-
tum, diuinitate seruet ecclesiæ suæ, vna cum
suo verbo, Amen. Quis ita suspicax vnquam
natus est, vt suspicari possit, qui talia de Luth-
ero scripsit, ipsum fuisse Lutherum? Quis enim

Vide il-
lud.

Thrafo-
nica Lu-
theri glo-
ria.

Thrafo tam gloriosus fuit, quem non puderet
eiusmodi vel cogitare de semet? At nunc, ob-
secro, lector vide, quam penitus homini me-
moriā, ac mentem, inanis glorię titillatio ex-
cussit. Quum totus liber ita sit tractatus, vt
videri possit ab alio quouis esse compositus,
subito suo forex indicio prodit se. Oblitus
enim sui, quodam in loco sic ait:

*His dictis, orator imperij, increpabundo similis, di-
xit me non ad rem respondisse, nec debere in dubiū
vocari, quia olim in consilijs essent damnata & de-
finita: ideo à me peti simplex, non cornutum respon-
sum, an velim reuocare, vel non? Hic ego. Quando
ergo Cæsar, maiest. etc.*

Luther⁹
sui imme-
mor.

Hic vides lector ex rebus Vvormatię gestis,
incredibilem illam clemētissimī patris mode-
stiam, qui sub alieni tubicinis larua, suas ipse
laudes tam modeste buccinet. Vides admiran-
dam prudentiam, qui non potuit cauere sibi
in tam exiguo libello, ne tam stultum institu-
tum proderet, cuius puderet etiā morionem.
*Ea cecitate & amētia percussit dominus noster Ie-
sus Christus, vniuersum istud regnum abhominati-
onis papisticæ, vt iam totum triennium, cum vno
Luthero ipsi insinui vulgi Cyclopes belligerantes,
nec dū intelligere possunt, pro qua re mihi cum ip-
sis bellum sit.*

Mode-
stia Lu-
theri.

Verba
Lutheri.

Aperitur Lutheri insanum insitu-
tum & consilium.
CAP. III.

AIT omnes, qui cognoscunt pontificē:
hoc est omnes Italos, Hispanos, Gallos
& Germanos, & quicquid est vsquam po-
puli Christiani: quos omnes appellat Cyclo-
pas, tam diu belligerantes cum vno Luthero,
Vlisse videlicet omnium prudentissimo, ita per-
terebratis esse oculis, tanquam Iolyphemum,
vt quantum libris ab illo tam multis æditis,
adhuc non possint cernere, quorsum ille ten-
dat. O rem difficilem, & quæ non ex oculatum
Cyclopa, sed Argum aliquem oculatissimum
requirat, ac lyncē, qui Lutheri vias vestiget.
Eisset fortasse res difficilis colubri viam vesti-
gare super terram, nisi odore pestilentissimo,
quaqua versus serperet, erumpente, ac terras
sue teterissima insidente, ipse se nimium prode-
ret. Neque enim nunc horum Cyclopū quil-
quā est adeo cæcus, vt non artes eius, & astu-
tias deprehenderit, quam inani commento fu-
gam pareat ex Æthna, vt ex hac Cycloppum, vt
vocat, elapsus in insula, recte tendat ad inferos.
Sed vnde nullus eum reducat Tyresias.

Luther⁹
videlicet
alter Vllis
fes.

*Non intelligit, inquit, frustra tot libellis à me edi-
tis & palam testantibus, hoc solum à me queri, vt
diuina litera sole regnent, sicut dignum & iustum
est: humana vero inuentiones & traditiones è me-
dio tollantur, ceu nocentissima scandala, aut execio
veneno, & euulso aculeo, id est vi cogendi & impe-
randi, &*

Quo tē-
dat Lu-
therus
Verba
Lutheri.

vandi, & cōscientias illaque addi erepra, libere & in-
differentes tolerentur, ceu qualibet alia pestis, aut
infelicitas mundi. Nam ipsi perpetua insaniam perci-
ti, contra me nihil mouerit, nisi statuta hominū, glo-
sias patrum, & facta seu ritus seculorum, ea ipse
scilicet, quæ nego & impugno, quæ & ipsimet consi-
tentur insida esse. Ego de iure disputo, & ipsi de sa-
cto mihi respondent. Ego causam quero, ipsi opus ex-
hibent. Ego interrogo, in qua potestate hoc facitis,
ipsi dicunt, quia sic facimus, & sic fecimus. Sit pro-
ratione voluntas: pro autoritate, ritus: pro iure,
consuetudo: idque in rebus Dei. Est apud eos ipsos
in scholis suis viciosissimum genus disputandi, quod
vocat petitionem principij. Hoc dicunt & docent
vsque ad cænos, vsque ad sepulchrum, tot sudoribus,
tot sumptibus miserum homines.

Et de rege paulo post.

Hic vero Deus noua sua diuinitatē mirum in
modum insolecens, ac certus quicquid dixerit fie-
ri oportere, aut factum esse, id ex professo etiam re-
statut, velle sese dimittre capitale fundamentum
meum, & alijs relinquere expugnandum, ac solum
adificium labefactare, id est, stipula & seruo contra
rupem verbi Dei pugnare, vt nescias, an ipsa ma-
nia sic insanire possit, aut ipsa stoliditas tam stolta
sit, quā est caput hoc Henrici nostri, forte vt verū
faciat proverbium, Aut regem, aut fatuū nasci oport-
uit. Quis morio enim sic diceret, Ego, asseram sep-
tem sacramenta, sed intactum relinquam principa-
le robur aduersarij? Crederes ab insigni hoste regis,
hunc librum aditum in regis perpetuam ignomi-
niam.

Proponuntur in summa, quæ sunt tra-
ctanda in toto opere.
CAPVT IIII.

HÆC ipsa Lutheri verba lector, in qui-
bus tam impense sibi Lutherus placet
efficiam paulo post, cum ad illius res
ponsum, vt ille vocat generale, perueniam, vt
facile quibus intelligat, ex regis libello sum-
ptis probationibus, nō solum esse falsissima, ve-
rum etiam vix tot habere verba, quot vitia.
Præterea nebulonem istum, non hominū tan-
tum traditiones omnes tollere, et eas qui-
bus deberet obedire, sed etiā tollere traditio-
nes Dei. Nec eo tamen contentum, illas ipsas
Dei scripturas, pro quarū regno se pugnare si-
mulat, quibus potest machinis oppugnare.
Quæ in loco faciā perspicuū, quā in hisse ri-
deat eū disputandi morē, vt contra vnus au-
thoritatem scurræ, regia maiestas opponat au-
toritatem tot sanctorum patrū, tot seculorum
consuetudinē, & publicā fidem totius ecclesię.
Simul & illud cōstare faciā, vitiosum illud dis-
putandi genus in petendo principio, quod tā-
tā eū insultatione deriuat in alios, solā ipsi atq;

unicam fere disputandi formā esse. Idq; ipsum
illi accidere in his ipsis locis maxime, in quibus
illud maxime obijcit atq; improperat alijs: tūc
ista verba, quibus extra locū se iactat, vt legē-
tibus offundat tenebras, nos loco ad id ido-
neo ventilabimus: & paleas istas, quas pro tri-
tico laborat vendere, vento sparsas dissipabi-
mus. Nam quod homo lepidus videlicet ac fa-
cetus irridet regem, quod asseritur sacramen-
ta testatur ex professo se capitale fundamen-
tum Lutheri alijs expugnandum relinquere,
ac solū quod superstruxit edificij labefactare,
tangetur eo loco, in quo solo conuenit: vbi
Lutherus idē rursus similis semper conditū sa-
le reperit. Nēpe vbi tractabitur, quod missa bo-
num opus, oblatio, aut sacrificiū Luthero non
potest esse, propterea quod sit (vt ait) testamē-
tum. Ibi videbis lector, hominis tam festiue
dicacis in facetas facetias, in solū Lutherū lu-
dere. Atq; hæc quæ nūc promitto tibi, ideo di-
stincte posui, vt eorum quodq; suis à me locis
possis exigere. Quorū ita me debitorē consti-
tuo, vt nisi in hoc libello perfoluā oīa, nihil
omnino videar perfoluisse, contentus, vt Lu-
therus in me decantet illud Horatij: Quid di-
gnū tanto feret hic promissor hiatus?

Faleis cō-
parat Lu-
theri di-
gnata.

Respondetur ad id, quod Lutherus fingit se non cre-
dere librū regis ab ipso esse rege compositū, &
siniū ascenditur, quos & quæ præ cla-
ros auctores habeat liber
Lutheri.
CAP. V.

INterea paulisper ea illa percurram, quibus
obiter obiectis ei, sic homo se sapiens expli-
cat, vt id cogitando magis ac magis implicet
atq; inuoluat. Sed prius mirifice se putauit sci-
licet irritaturum regem, si se simularet non
credere librum à rege æditum, ipsius esse regis;
sed Lei videlicet, aut alicuius (vt ille vocat)
pituitosi sophistæ: quasi quisquam Luthere tā
piruitosus esset, cuius pituitam non præoptet
quisquis non platē furit, quam furiosam bi-
lem tuam. Male toxquet nebulonē istū, quod
notor est, & non in sola Britānia celebrator,
eruditio eximia regis maiestatis, cum in alijs
plerisque disciplinis omnibus, tū præcipue in
re theologica, quā vt cuiquā possit persuadere
stolidus, alieno libro voluisse venari gloriam
regem sapientissimum, ex furioso fraterculo,
cum quo magis duxit, opinor, in gloriam con-
tendere, quā gloriosum vincere; præsertim in
tali re, quæ eū per se clara nunquā nō esset, eam
tamen factam sciret aduersarij stultitia clario-
rem. Nec scripsisset, opinor, omnino quicquā
aduersus talem scurrā princeps, nisi pro Chri-
sti honore nihil sibi duxisset in honore: sed ve-
luti pro Christi nomine pugnam detestare
nollet, aduersus infidelium (si fors ita ferret)
vilissimum, sic pro Christi fide, calamo certare
dignatus est, aduersus hæreticorū stultissimū.

Summa
princi-
pis boni-
tas.

I. Verum

Verum video, quid Lutherus velit: optat id quemque credere de libello regis, quod ipse sibi conficius est, & nemo factu nescit in suo. Nam quis ignorat, illius responsione non vnus cuiusquam labores esse? Quod enim vnum caput potuisset vnquam tantum stultitiarum parere? Ipsa mediocritas frenesidis alsiduo tot nemiaram partu fuisset effecta. Sed multae (quod plane oportu est) insanisimorum nebulonum libidines Lutheri factu hunc in formam ac monstrum genuere. Et sicut in computatione solent suu quisque, symbolum conserre, sic in libellum istum stultitiarum farraginem, communi consilio suum stultorum quisque, nugatorum stulte dictum contulit.

Na quu Lutherus regis accepisset libru, atque aliquid eius delibasset, vitiatu gustui cepit salutaris cibis amarefcere. Que quum deuorare no potuit, ia potando cupiens amaricie eius eluere, conuocauit compotoru suoru fenatum. Ibi quanqua opus illud maluisset perpetuis tenebri abditu, tamen quonia celari no potuit, quum calicibus epotis bene firmasset animum grauatiu profert librum. Legi ceptus, asininas auriculas cepit mordaci radere vero. Claudu igitur, ac mox resignant rursus, & iam carptim vertunt, si quid forte reperiant, quod ratione polysit carperet. Nihil occurrit commodum calumniae. Iam vt in rebus difficilibus exquirantur sententiae. Nam & mestus esse senatus cepit, & Lutherus ad restem vergere, nisi quidam eum dextre sic esset cofolatus Bicias. Quid ipsoru referrer, quid scripsisset rex Angliae, aut quid omnino de fide sentiendum esset, qui nihil proposuissent sibi, nisi per tumultum facta seditione, ipsi tanquam capita factionis inclarescere? Vt & ex seductis simplicibus pecuniam, & ex irritatis eruditioribus, caperent voluptate. Qua in re quid nocuerit, quam vera scribat rex, aut ipsoru haereses qua acute refellat. Rescribat tantum Lutherus, & solita sibi insinat via: strenue conuictetur, ac rideat. Quotus enim quisque, futurus sit de vulgo simplici, quibus imponere, apud quos regnare fuerit satis, qui rem tota ab initio aut velit petere, aut repetitam possit expendere. Proinde ne deficiat animo: neu sic desipiat tamen vt decernat ratione certandum: probra tantu & conuicta per omnes paginas, hyberna niue densus, ingerenda: quorum inexhaustus fluitius Lutherus scaturiret de pectore. His armis tutum Lutherum fore, quibus & ferire possit, & referri non possit. Nam generosum regis animum indignaturum, talia in se dici a talibus: honestorum omnium animis indoliturum, tantum impuulicere nebulonibus. Si rescribat quicquam grauius & seuerius, contemnet vulgus: quae res Lutherus fuerit satis. Sin insinuat quisquam Lutherus digna regerere, ridicule fecerit. frigebit enim dictum, quod in illu dicitur, cuius sedior omni crimine persona est. Sed nec parae quequa Lutherus fore, qui

satis fuerit vnus, aduersus decem loquacissimas, & iurgiosissimas meretrices. et tamen ipsos profua quenque virili, no defuturos: atque ita facile victoriam ipsius fore. Isto consilio dato, Lutherus animum reuocare cepit, qui iam fere per posticum fugerat. Verum, quoniam supra solitum sibi morem opus vidit esse iurgij, (quadoquidem in disputatione nihil habebat aliud, quod prorsus posset afferri) hortatur eos, vt eod quisque, propter pergere, vbi stolidoru iurgioru, & scurrilium scomatu, qua venari plurima materiam quirent: quarum rerum, vt quisque, collegisset sarcina, protinus ad se conuerherent: ex illis enim resarurum se responsionis suae farraginem. Cum his mandatis dimittitque concilium. Illi igitur abeunt, alius alio, quo quemque, tulit animus: & se per omnia plaustra, vehicula, cymbas, thermas, ganea, tonstrinas, tabernas, lustra, pistrina, latrinas, lupanaria diffundunt: illic obseruant sedulo, atque in tabellas referunt, quicquid aut auriga sordide, aut seruus verniliter, aut portitor impudenter, aut leno ruppiter, aut balneario spurce, aut cacator obscene loquutus sit. Atque hae quum aliquot fecissent menses: tu demum quicquid vnde decung, collegissent conuictorum, iurgiorum, & scurrilium scomatium, petulantiae, spurcitiae, sordiu, luti, caeni, stercoreu, omnem hanc colluuiem in foedissimam cloacam Lutheri pectus infarciunt. Quia ille totam, in libellum istum suum conuictatorium, per os illud impuru velut comesam merceda reuonuit. Inde tibi lector aceruus ille spurcissimorum latratuum, quibus solis stultissimus libellus impletur, Nam quum de re conatur aliquid, detrahe tantum ornatisima illa scurrilitatis emblemata, statim videbis lector, de tanto verborum cumulo, quam exiguis rerum restet manipulus, & ille tamen ipse corruptus. Quod, vt tibi magis fiat perspicuum: age, excutiamus (vt facturus eram) ea vitia, quae paucis obiter obiecta, multis verbis contendit rejicere. Etenim facilius erit conijcere, qualem se prebeat in oppugnando altero, qui tam belle defendit sese.

Reuincit impudentem vanitatem Lutheri, qui falso scribit regem nullu eius repugnantiam proferre, sed verbo duntaxat asserere, illu sibi esse contrarium.

CAPVT VI.

Prusquam, inquit, ad te ipsam veniamus, prius diluam duo crimina, quae mihi rex Thomisticus, pra impotentia sua muliebri imponit. Quorum alterum est, esse videlicet me mihi ipsi contrarium.

Hoc igitur crimen vt diluat, tanquam magna innocentiae cofcientia magnifice recedet, auditoru ab se libroru catalogu, ne quis eoru venenorum nesciat nomina, quibus conuictus, cona-

conatus est Christianu vulgus inficere. Quos ipsos libros quisquis diligenter inspexerit, tam multas, ta apertas, tam absurdas inueniet repugnantias, vt ei nihil aliud hac librorum recensione Lutherus fecisse videatur, qua si homine iugulasset in spectate populo, deinde vocatus in iudiciu, eos ipsos omnes innocetie suae testes produceret, qui sceleris fuerant spectatores. Sed hic opinor, aliqua iubebit a me proferreri, illarum contrarietatum exempla: & ex illo mari aliquu afferri lagenam, quasi aut opus sit ostendere, quod nemo no videt: aut no olim ei multas ostenderit vir doctissimus Ambrosius Catharinus, & ostendantur in ipso regis libello nonnullae. Quarum si multas hoc loco (vt possum) producerem, Lutheru (quae est hominis veracitatem) no puderet iteru dissimulare productas, & rursus vt producerentur aliqua flagitare. Na cu eius generis multas protulerit vir, vt dixi, doctissimus, Ambrosius Catharinus, iam Lutherus in mori simia, per cachinnos ad vnum respondet aut alterum, reliqua vero tam aperta, vt nec e scurrilium scomatium diuitijs suis inuenierit vllum, quod posset opponere, per dissimulationem prorsus reliquit intacta: & ad id se conuertit, in quo solo valet, vt virulentissimis conuictijs, & insanissimis iurgijs, impeteret sedem Romanam, morionum more, qui, cum ab alio percutiantur, protinus percutiunt alium. An non simili dissimulatione vitur, cum nunc ait regem in suo libello, ne vnum quidem locum proferre, saltem exempli gratia, quo Lutheri inconstantiam conuincat?

Apposita coparatio.

Ambrosius Catharinus.

Impudens calliditas Lutheri.

Verba Lutheri.

SOLVM Rhetoricatur, inquit, gloriosus rex, hoc modo. Lutherus sibi pugnat: quis ei credat? Sic dixisse satis fuit defensori nouo Ecclesiae & nummirecens in Anglia nato. Ceterum ostendisse exemplum non fuit opus, ne daretur Lutherus occasio sese purgandi, & stultum regem pro dignitate Thomistica tractandi.

En scurrilitas nebulonis.

AN Non ista verba nebulonis impudentissimi, quisquis audierit, si neque Lutherum nosset, neque regis librum legisset, protinus persuaderet sibi regem nullam Lutheri contrarietatem vsquam protulisse, sed de industria celasse, vt ea posset licentius dicere, quae Lutherus negaretur facultas defendendi? At idem si Lutheri legisset opuscula, is regem nihil peccasse fateretur, si rei nemini non copertae probatione nulla proferret. Idem si Lutheri nosset vanitatem, non dubitaret, ad se factum, quicquid Lutherus a rege factu esse negat. Quod si librum regium etiam legisset: cum ibi tam multa videret eorum, quorum ne vnum quidem ibi esse scribit Lutherus, quot quantisque modis damnet necesse est, improbilissimi nebulonis mendacissimam sycophantiam. Quam rem vel is vnus locus abunde probauerit: que primum in medium proferat. Vel ob id, quod

vanitatis antistes Lutheri.

post ista, quae cauillando conatur eludere, in quibus se non dissentire dicit sibi, sed mutare sententiam omnium primus exiit.

Nam quum Lutherus in captiuitate Babylonica dixisset, oibus esse preceptu, vt eucharistia sub vtraque specie reciperent: & non ita multo post, in eade pagina diceret, neutram omnino speciem cadere sub precepto: regia maiestas his verbis, quae sequuntur, attingit insignem hominis ita secu pugnantis, amentia.

AT VIDE quae, quam vacillet, ac sibi repugnet Lutherus: vno loco dicit, Christum in cena omnibus omnino fidelibus, non permittendo, sed precipiendo, dixisse: Bibite ex eo omnes. Postea vero, timens ne laicos, quibus in sacerdotum odium adulatur, offenderet, haec verba subiungit. Non quod peccet in Christum, qui vna specie vtuntur, quum non preceperit vlla vti, sed arbitrio cuiuslibet relinquit, dicens: Quotiescunq, haec feceritis, in mei memoriam facietis, sed quod illi peccant, qui hoc arbitrio volentibus vti, prohibent vtraque, dari. Culpa no est in laicis, sed in sacerdotibus. Videtis aperte, quod primo dixit esse preceptu, hic dicit no preceptu esse, sed cuiuslibet arbitrio relictu. Quid opus est ergo, nos illi contradicere, qui sibi toties contradicit ipse?

Quae te per tuas furias, quid habes hic amice Lutere, quod dicas? Cotedes hic te tibi no esse cotrariu, & ta impudens eris aut stolidus, vt idem esse defendas, & vtraque specie omnibus esse precepta, & neutra esse precepta cuiquam? Quod si aut tu ta impudens esses vt peteres, aut quicquam ta insanus, vt ista petenti concederet, tam enim hilo magis posses, ex vanissima sycophantiae tuae laqueis effugere. Na quu scribis, ideo regem nullu cotrarietatu tuaru exepi causa proferre, ne tibi purgandi tui detur occasio: perspicuum est desiderare te, no omnino talem, quae purgari no possit, sed vel tale saltu, qua aduersarius vocaret repugnantiu, in qua tibi facultas esset eius vitij notam, si qua posses arte purgare. Ecce prolatus est a rege locus vnus, qui legenti libru mihi primus e multis occurrerat, in quo tibi tura aperte pugnare conuinceris, vt (quaqua turpiter impudens es) qui locu vulgo notu, stulto silentio dissimules, & improbem adax, qui, quod alij legut omnes, & ipse tato cu dolore legisti, vt ita lectu obliuisci no possis, id nusquam scriptu esse contenderes: adhuc tamen perfricaco fronte non potuisti efficere, vt auderes pro loco non pugnate defendere. Quod si maxime posses: quanquam sic effugeres, ne teneri posses ex eo vno loco tibi esse cotrarius, tam enim hilo magis vitares, quo minus vinceres improbilissimi planeque digni vero nebulone mendacij, qui tato cu saltu iactasti, ne vnu quidem locu a rege prolatu esse, vel exepi certe causa, ne tibi daretur occasio purgandi tui. Quae obre cadide lector (vt ad te misso nebulone reuertar) sufficit hic vnus locus, ad reuincendu (vt dixi) Lutherum impudentissimi mendacij

Verba te-gis.

Lutheri cotuincitur sibi cotrari.

Id quid est est Lutheri.

Senatus combonum.

Bicias potator pri mo aenei dos. Propositu Lutheri ranoru.

Bicie cofiliu strenuum.

qui negat a rege locum esse prolatum vllū repugnantia suā, ne sibi daretur occasio purgandi sui. Sed quo magis adhuc vanitas hominis elucescat, accipe lector & alium.

Scriptit Lutherus in Babylonia sua, sacramentum ordinis esse quiddam nouum, & ecclesie Christi ignotum, recenter autem inuentum ab ecclesia papae: & tamen idem fatetur, esse apud diuum Dionysium, quem non negat esse antiquissimum Stolidissimam istā hominis repugnantiam non praeerijt princeps. Sed ijs verbis acutissime perstringit.

Si solus ex antiquis patribus Dionysius ordinem esse scriberet sacramentum, vel hoc satis esset ad euerndū Lutherū, qui videri vult inuentionem eius sacramenti nouam esse. Repugnat enim esse nouum, quod ab illo fatetur scriptis cōprehensum, quē fatetur antiquum.

Ecce lector, quid non audebit iste mentiri, quem non pudet fingere, nullum locum protulisse principem, quo dicat eum sibi fuisse contrarium, quando hic vnus locus talis est repugnantia, vt ea prolata, tribus ferē versibus princeps totum fundamentū nebulonis euerterit. Neminem vsquam puto tam addictum esse Luthero, quin sit fastidiosus, vtrumlibet horum locorum sufficere, ad coarguendam eius impudentiam, quem non puduit tanta magnificentia iactare, nullum, ne exempli quidem causā, locum a rege prolatum esse, quo Lutherum diceret, dicere sibi ipsi contraria. Nos tamen, vt hac in parte supersint potius multa, quam quicquam desit, adiciemus adhuc locū tertium, adiecturi supra decimum, nisi nos puderet in remanifesta sic immorari. Quō Lutherus vgeri se cerneret apertissimis verbis ex epistola Iacobi, non solum in sacramento vnicionis extremæ, sed etiam in eo, quod eius maledicam linguam, & virulentum pectus pulchre depinxit apostolus: vt princeps prudentissimus & sagacissime deprehēdit, & elegantissime tetigit, æstquare cœpit infania, & cupiens vlscisci se, primum contempfit epistolam, deinde stoccificat apostolum. Posterius istud leges, vbi voles, in ipso regis libello. Cæterum illud prius de epistola tangetur a nobis, quam ita contempfit, vt diceret, probabile esse eam non esse apostoli, propterea quod nihil haberet apostolico spiritu dignū. Ea in re ipsa regis verba subscribā, vt videre possis: an rex nullum profus attulerit locum, in quo diceret, sibi repugnare Lutherū. Regis ergo verba sunt hæc.

CERT E si rationes attulisset Lutherus, quare epistola non esset Iacobi, sed tantum alterius cuiuspiam, qui eodem loqueretur spiritu, potuisset vt quod, ferri. Nunc vero dicit esse probabile, quod sit indigna spiritu apostolico. Quā in re non alium obijciam Luthero, quam Lutherum ipsum: neque enim Luthero quisquam aut se pius ferme, cōtradicit, aut validius, quā Lutherus. Is iugiter in sacramento

ordinis ait ecclesiam, hoc habere datū, vt possit discernere verba dei a verbis hominū. Quo modo ergo nunc dicit, epistolā apostolicā spiritu indignā esse, quā ecclesia, cuius iudiciū (vt ait) in hac re falli non potest, apostolico spiritu iudicari plenam? Quam obrem nunc ita se sua sapientia constrinxit vndiq, vt aut necessario comprobet epistolā esse apostoli (cuius contrarium dixit esse probabile) aut dicat ecclesiam, in scriptura sacra posse dijudicando falli: quod eam posse negauerat.

QVID hoc loco lector apertius? Quam frontem habet nebulo, quem tam aperta negare non pudet? Quid eum necesse est ab his audire, qui locis istis cū illius impudenti mēdacio collatis, vanissimi scurræ scurrilia verba considerent, quando scurratur hoc pacto?

Quando ergo laruam, verbis larutis, sine exemplo ludere sibi in re tam seria & sacra. Ego sine larua sed aperte dico regē Angliæ Henricū ipsū plane mētiri, & scurrā leuissimum mendacijs suis magis referre quā regem. Hoc crimine ego Lutherus, Thomistam hūc virulentum palam accuso, & testibus tum libellis tum lectoribus meis per orbem conuincō. Facessat mihi in hac re maiestas regia & mea humilitas, cum mendace scurrā loquor, regis titulis velato de rebus diuinis, quarum iniuriam aduersus mendacia rueri, pertinet ad quemlibet christiānum. Si stultus rex sic regia maiestatis obliuiscitur, vt mendacijs apertis in publicum audeat prodire, idq, dū sacra tractat, cur mihi non pulchrum sit, mendacia eius rursus in os eius reuerere, vt si quam voluptatem concepit aduersus diuinam maiestatem: mentiēdo, eam amittat veritatem aduersus suam maiestatem audiēdo.

EXPENDE quæso lector æquissimas causas, ex quibus hic venerabilis pater fas esse censet, in regem, veluti suo iure scurrari. Quoniam rex ausus est dicere, Lutherum sibi ipsi esse contrarium, id dictum regis Lutherus in duō partitur crimina, eademq, valde capitalia. Alterum, quod rex hoc dixerit, nullo, ne exempli quidē causā, prolato loco, ne ipsi locus esset defendendi sui. Quā in re quā vanus & impudens sit venerandus pater, tertio salte iā prolato loco vides. Alterū, quod rex eo dicto mētiatur aduersus diuinā maiestatem: At cū nihil dixit aliud rex, nisi quod sæpe iā probauit delirare, & absidue cū se ipso pugnare Lutherū: necesse vides esse lector, vt si hac in parte mētiatur princeps, aduersus maiestatem Dei, maiestas illa dei sit maiestas Lutheri. Neq, enim de alio Deo locutus est rex: itaq, manifeste vides, vt hic reuerēdus pater aperte nobis renūciat Deus, & ipse ore fua buccinatur apothecosis. Imposterum ergo cauendum est, ne hunc nouum inferorum Deū, tam irribilem irriteamus, sed in os carbereum coniectis offis, conemur placare placentulis: & Stesichori more palinodiā canēdo mitiget rex hoc pacto

Diuus

Extrica te Luthere.

Lutheri verba Num sic Paulus mordere solebat Lutheri

An ex te nebulo mendacissime.

Aegre fert Lutherus vel leuiter si bi cōtradici.

Palinodica regi

Diuus Lutherus non est sibi contrarius, non inconstans, non mendax, non improbus, non virulentus, non blasphemus in Deū, non infānus, non nebulo, non hæreticus: sed ipsa fide fidelior, ipso honore honoratior, ipsa prudentia prudentior, Dei vero diuis ipsius reuerētor ipso candore cādidior, ipsa probitate probior, ipso pudore pudētor, ipsa cōstantia cōstātor, & ipsa veritate veracior. Cuius rei vel hoc factis documentis præbet, quod tantis ampullis ausus est iactare, nullum locum suæ repugnantie protulisse regem, ne exempli quidem causā, ne ipsi daretur occasio defendendi sui. Quū ipse non nesciat omnibus aperte clare regē protulisse loca multa, quorum nullum potens defendere, coactus est, impudentissime dissimulare omnia, & negare producta. Quā stolidissima negatione victus est multo turpius, quam vlla vnquam vinci confessione potuisset. Quemadmodum ergo Lutherus pro se petebat lector, vt ex eo regis in se tractando fidem æstimares, quod rex nullum proferat contrarietatis eius exemplum: ita nunc ego te vicissim precor, vt Lutheri vanissimam fidem, ex hoc tā improbo mēdacio, tā conuicta vanitate ex impudentia tā pudenda iudices, certissimum quamcūq, partē hominis excusseris, qualē hac vna in re peripexisti, talem in omnibus esse reperiturum.

Tam arripe aures asine.

æqua potulatio.

Probat Lutherum parum probe resellere notam leuis inconstantia, & crimen stolidā maledicentia.

CAPVT VII.

NAM opere precium est videre, quā pulchre illa ipsa defendat, in quibus videri vult, sibi ipsi nō fuisse contrarius. Quū obiectū esset ei, quod olim moderatius errasset, & de indulgentijs, & de Romani pontificis potestate: postea vero, correptus ira atq, inuidia, sententiā mutasset in peius: homo suavis tueretur se Pauli exēplo atq, Augustini, vt cū illis nemo vitio vertat, quod à malo vertat in bonū: stupidus plane fuerit, qui Luthero non ducat laudi, quod ab scelerato mutauit in sceleratius. Præsertim cum constet omnibus, affante Christo, charitatem illos, & piū erga Deum studium habuisse in consilio: Lutherū nemo nesciat, insufflante diabolo, superbiam immanissimam, odium crudelissimum, inuidiā virulentissimam, consiliarios omnium perniciosissimos adiciuisse sibi. Iis sua foribus homocōmitanter inconstans (vt nemo repete sit deterritus) à malo primum in peius, post gradatim, iam à peiore profecit in pessimum. Et tamen tanquam via versa, peruenisset ad optimum, in arduam illam virtutis arcem subuectus, inde scilicet sibi plaudit vni, & subiectum terrarum orbem despectans, miseris insultat

Sic Lutherus Paulū & Augustinū imitatur

Lutheri consiliarij.

mortalibus ac musto tantæ felicitatis ebrius, tam procul è sublimi non sentit, quantos in se risus è terris excitet eius furiosa stultitia. Quis enim non rideat nebulonem miserimū, tā furiosas efflantē glorias, quasi fideret in Christi pectore, cū clausus iaceat in culo diaboli? Inde crepat, ac buccinat magnificas ipse de se victorias. Inde sese iactat vicisse papam, episcopos, monachos, moniales, missas: ac sese probasse, nihil aliud illa esse omnia, quā mera portenta, idola, laruas, mendacia. & ipsissimā abominationē stantē in loco sancto: & quod furor sit sacrilegi populi, velle per opera corā Deo agere, & nō sola fide. Inde se gloriatur ecclesiam totam calcare pedibus pediculosus fractulcus, & se futurum vrsam in via, & lænā in semita, atq, hostem tam implacabilem, vt hostilem animum, exustus quoq, (nam eū vitæ finem ex hæreseos conscientia sibi præagat in stare) sit conduplicaturus, & cineribus in mille maria proiectus, persecuturus, & fatigaturus ecclesiam. Eodē nimirū modo, quo sodales eius alij cacodemones. Obsecro lector, quis vel ex his furiosis verbis nō videat, furias omnes inferas, excusso homini cerebro, in vacuo sedem sibi fecisse capite? quæ adeo demētant eū, vt sentire non sinat, quā ridiculum ac miserabile toti orbi se Thraionem præbeat, & quod ex eo dē furoris fonte, vnde ista conuitia iurgia, maledicta, blasphemiasq, promanāt, effluit illa quoq, Stygijs paludis vnda, qua sibi videtur homo demens, maledicētis crimē eluere, luto nouæ maledicentia. Nam id erat alterū, quod obiectū sibi conatur hoc pacto propellere.

AD alterum, inquit, vitium, nempe mordacitatis, quo me sugillat rex, respondeo. Primum ei probandum fuisse iniquam meam mordacitatem, & papatum innocentem esse. Ahoqui cur Christus ipse, Ma. xxij. tanta vehementia scribas & phariseos mordet & hypocritas, cecos, stultos, plenos immunditia hypocrisis, homicidas criminatur? Et Paulus quoties vehemens est in concisiones (vt vocat ipse) suas & pseudapostolos, quos adulterantes & cauponantes verbum Dei, canes, dolosos operarios, apostolos Satane, filios diaboli, plenos dolo & malitia, deceptores, vaniloquos, fascinatores & circulatores vocat? An & hos Thomista laruatus mecum accusabit inuidia & superbia?

Et paulo post.

Rex vero tanquam obtinisset papatū sanctum esse, plaustri virulentia & maledicentia sua debacchatur in meam mordacitatem. Stolidū scilicet caput quod abunde cognouit, papatum apud me pro Antichristi regno haberi.

VIDE amice lector, in quas angustias hic cōiecit regē, cui priusquā Lutherum argueret maledicentia, probadū videlicet fuerit, papatū innocentē esse: nec debuit reuerēdus pater

Cursum perstringit impia quædā ac stolidā verba Lutheri.

Lutheri sodales.

Verba Lutheri.

Quā bel le probat se nō inique ecclesie maledicere.

Horū tu Lutheri.

Comunicur Lutherus sibi cōtrarius.

Verbaregis.

Quidē cū eū non puduit in re manifesta sic mentiri?

Nū hac doctrina celo habes Lutheri?

Verbaregis.

Obijciatur Lutherus

Quam g qua Lutheri exigit vide

quam vellet blasphemare papatum, probare prius papatum esse nocentem. Hanc ciuilem prudentiam, longo nimirum vsu didicit, ex more & consuetudine iudiciorum. Vbi quisquis accusatur aliquod patraffe facinus, ilico probare iubetur non fecisse se: nec tam amens vnquam fuit, vt ab illo, qui reum in ius protraxit, facti probationes exegerit. Verum putat fortasse se reuerendus pater accusatoris partibus egregie fecisse satis, quod aliquot iam iurgiosis voluminibus, probris, & conuicijs perdidit Romanæ sedis antistites, quos omnes, nisi rex vicissim doceat fuisse prorsus impeccabiles, iniurius fuerit in reuerendum patrem, nisi permittat eum, citra vllam maledicentiæ culpam, non papas aliquot malis, sed ipsi papatui maledicere. Etiam æquus est, ac peritus accusator, ebrius iste calumniator, vt quia papas aliquot accusauit, ideo petat à iudicibus, vt in eius gratiā dignetur, nō illos quos accusauit, papas, sed ipsum dānare papatum: tanquam si quis probet aliquos esse malos consules, obiurget consulatum: aut propter aliquos senatores improbos, senatum omnem postulet ex omni prorsus vrbe depelli: aut si quis denique propter aliquot Lutheri similes fraterculos, fratrum prorsus omnium totos condemnet ordines. Non potest quantumuis impudens Lutherus negare, bonos & sanctos fuisse Romanos aliquot pontifices: nec est propheta tantus, vt certo possit prædicare, bonos nunquam futuros, quando nec in presentis antistitis aut electione sanctā, aut inculpatā vitam quicquā queat obijcere: & tamen ex aliquot, quos ipsi libet vocare malos papas, ipsum damnat papatum. Sic igitur arguit nobis reuerendus pater, frater, Martinus Luther. Aliqui papæ fuerunt mali, ergo papatus est malus. Quid, si quis contra sic argumentetur à simili? Fratres aliquot Augustinenses sunt hæretici, seditiosi, schismatici, ergo tota fraternitas Augustinensium est hæretica, seditiosa, schismatica. Deinde subsumat sic, sed reuerendus frater, pater, potator Lutherus, est frater Augustinensis, & suppositum fraternitatis illius: ergo frater, pater, potator Lutherus, est schismaticus, & seditiosus hæreticus. Quo pacto possit vestra paternitas ex ista consequentia, quæ tenet per regulam vestræ paternitatis, effugere? Certe non habetis, nisi vnum effugium: quod ante hoc argumentum vobis factum, paternitas vestra vestro fugit ex ordine. Verū tam argutas argutias non intelligit hebes videlicet Thomista rex, sed facile perpendit acutus Sataniſta Lutherus, quum Christi, & Paulus, tam vehementer arguerint, alter scribas, & phariseos, alter pseudopostolos, in quos potestatem habuerunt: ideo sibilicere scilicet, pediculoſo fraterculo, in reges, principes, pontifices, & eorum prætextu, quos ipsi vocare libet pseudopostolos, in apostolatum verum, pro animi sui furiosa libidine quam libet impotenter in-

uehi. Nec illum quicquam illa Christi verba commouent, quæ furialem istam eius petulantiam coercere debuerrant: quibus populū iubet Christus, vt scribis ac phariseis, quanquam malis, tamen propter Mosis cathedrā obtemperarent, nec sedē sanctā spernerent propter seſores indignos. Quin & Paulus ipse per iniuriā percussus à pontifice, quum respondisset, percuet te Deus patres dealbate, admonitus esse pontificem, excusauit se, quod pro malefacto regesserat maledictū. Et iste nebulo se gloriatur apostolis Christi, atque ipsi propemodum Christo, parem, dū propter hominum paucorum vulgo iactatū vitium, in sanctū debachatur officium, & Romani pontificis vere paternā charitatem, furiosis iurgijs & conuicijs retaliat. Vides ergo lector candidè, quam præclarè se Lutherus hac in parte gesserit, qui sic ab se maledicentiæ crimen, & inconstantiā depulit, vt non illa tantum duo sibi retinuerit, sed impudentis etiam stultitiæ, ac furoris adiecerit, quæ nunquā ita poterit eluere, quin gloriosum Lutheri nomen infamatura perpetuo corporis, vt ipse vaticinatur, exusti cineribus, & in mille maria proiectis, in hæreant.

Refellit Lutheri generale responsum, quo contendit nihil certo credendum esse, quod probari non possit euidente scriptura.
CAP. VIII.

HIS igitur criminibus sic ab eo depulsis, vt ventus cæcias à se depellit nubes tandem veniamus autem nunc, inquit, ad ipsam rem. Videlicet postquam ex octo & viginti pagellis, paginas septem tã exiguè voluminis, in tanta re partem quartam ex confesso consumpsisset extra rem: tandem incipit iacere fundamentum, quod haberi vult aduersus omnia, quæ regius aduersus eum liber continet, generale responsum.

Sed hic vide lector, hominis de sua causa male consilij vane vastrum consilium, quod & prodit diffidentiam, & inani succurrit astutia. Audiuit noctem esse pro infirmis copijs: eoque pugnaturus ipse, statim fugit in tenebras. Responſionem comminiscitur, omnis omnibus, ad quæ respondeat, tanquam ad ea singularim respōsurus, in ea parte, quæ se respōdere simulat particulariter. Et tamen quum eo verum est, vix verbum vllum inuenias, eum fide recitatur: Firmisimū vero quodq; mira dissimulatione præteritur. Sed in generali isto responso præcipue, nulla prorsus re propofita, quæ rex obiecerat, conatur animū lectoris dūtaxat in se cōuoltere, tanquā futuro nemine, qui tā stolidā eius solertiam vnquā deprehenderet. Nos ergo lector diuersa gradiemur via. Nam serpentem istum cæcum, & tetris ac tenebrosus latibulis inuitū protrahemus in lucē, & è libello principis excerpta quædam isti respon-

Peritologia Lutheri.

Lutheri sciomachia

Trade hæc me moriæ lector.

Verba Regis.

Et solo Lutheri niti quod damnat.

fioni præscribemus. Deinde responſionem ipsam subiungemus, vt quum vtrumque simul sub oculis habeas, facilius iudicare possis, hac speciosa responſione, quam velut omniū responſionum summam posuit, aduersus illas objectiones principis, ad quas respondere debuit, quam nihil omnino responderit.

PRIMUM in Sacramento Eucharistiæ. Præterea quod in canone Missæ quædā verba velut à Christo prolata, recēsent, quæ nusquā in scriptura sacra leguntur. Et tamen non dubitatur, quin dixerit. Multa enim dicta sunt & facta per Christum, quæ nullus Euangelista- rum complectitur. Sed quædam recente memoria, eorum qui interfuerunt, velut per manus deinceps tradita, ab ipso Apostolorum tempore, ad nos vsque peruenerunt. Lutherus non dubitat, Christum in cœna dixisse: Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. atque hæc vsque adeo pro comperto habet, Christi verba fuisse, vt inde sumat argumentum, neminem cogi ad recipiendum Sacramentum, sed rem cuiusque relictam arbitrio, tantum ad hoc astringi, vt quoties facimus, faciamus in memoriam Christi. Hæc ergo verba non legit apud Euangelistas, in cœna domini. Nam illic nihil aliud legitur, quàm, Hoc facite in mei commemorationem. Vbi ergo legit illa verba: Hæc quotiescunq; feceritis: an non à Patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et rursus: Quum venerit ille, qui est Spiritus veritatis, vos ducet in omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audierit, loquetur: & quæ futura sunt, annuntiabit vobis. Ecclesia ergo, quum tot & tales habuerit præceptores, tot viuos euangelistas, & spiritū illum, qui veritatē inspirat, credetur temerè instituisse sacramentū, & spē in signo collocare nihili? Non credetur potius ab Apostolis: non credetur potius à Spiritu sancto didicisse?

Et alibi de Sacramento Confirmationis. At quum loca quædā Lutherus ipse commemorat, è quibus (quanquam id Lutherus irridet) habere non absurdè potuerit Sacramentum confirmationis institui, cur tam maligne de tota iudicat ecclesia: quasi temere Sacramentum suscipiat, propterea quod in illis locis nullum legit verbum promissionis: quasi nihil omnino promiserit, dixerit, fecerit Christus, quod non complectantur Euangelistæ. Hac ratione, si tantum Ioannis extaret Euangelium, negaret institutionem Sacramenti in cœna domini, de qua institutione nihil omnino præscribit Ioannes: qui eodem Dei consilio non tetigit istud, quo multa alia præterierunt omnes, quæ fecit Iesus: quæ (vt inquit Euangelista) non sunt scripta in libro hoc: & quæ totus mundus non posset capere. Ex quibus nonnulla, per Apostolorum ora fidelibus patefacta sunt, & perpetua deinceps Ecclesiæ catholice fide conseruata. Cui, quare non debeant de quibusdam credere (quanquam non legantur in Euangelijs) quum (vt Augustinus ait) nisi tradente Ecclesia scire non posses, quæ sint Euangelia? Quorum si nullum vnquam scriptum esset, maneret tamen Euangelium scriptum in cordibus fidelium, quod antiquius fuit omnium Euangelistarum codicibus. ma-

nerent sacramenta, quæ & ipsa non dubito Euangelistarum libris esse omnibus antiquiora: ne putet Lutherus efficax argumentum esse frustra suscepti sacramenti, si non reperiat institutum in Euangelijs. Alioqui si nihil omnino recipiat, quod non tam apertè legat in Euangelio: vt tergiuersandi non sit locus: quomodo credit (si modo credit, qui ferè nihil credit) perpetuam Mariæ virginitatem? De qua, adeo nihil inuenit in scripturis, vt Heluidius non aliunde quàm ex scripturarum verbis, arripuerit ansam decernendi contrarium. Nec aliud opponitur illi, quàm totius Ecclesiæ fides, quæ nusquam maior est, aut fortior, quàm in sacramentis. Ego certè neminem esse puto, qui scintillam vllā habeat fidei, cui persuaderi possit, quod Christus, qui pro Petro orauit, ne fides eius deficeret: qui Ecclesiā suā supra firmam petrā collocauit: pateretur eam, Arguē tot seculis vniuersam corporalium rerum signatū a probabili.

Et paulo post de Sacramento Matrimonij. Negat vsquam institutū esse pro signo. Vnde hæc nouit? Quia non legitur, inquit. O rationem fortem, & multarum heresum parentem. Ex hoc fonte venenū hausit Heluidius. Nullum Sacramentum admittis: cuius institutionem nō legis in libro? Quem librum vnquam scripsit ille, qui instituit omnia? De quibusdā, inquis, credo Euangelistis Christi. Cur ergo de quibusdam, Christi non credis Ecclesiæ? quam Christus omnibus præponit Euangelistis, qui non nisi membra quædam fuerunt Ecclesiæ. Quamobrem si fides vni, cur diffidis vniuersis? Si membro tribus tantum, cur totū nihil tribus corpori? Ecclesia credit esse sacramentum: Ecclesia credit à Deo institutum, à Christo traditum, traditum ab Apostolis, traditū à sanctis patribus, per manus deinceps, pro Sacramento traditum, ad nos peruenisse pro sacramento, per nos tradendum posteris, L iij ad finem

Fortissimi argumentum Lutheri.

Talis est Lutherana dialectica.

Vter vestri hic triumphat Lutheri?

ad finem vsque seculi, pro sacramento venerandum. Hoc Ecclesia credit: & quod credit, dicit. Hoc inquam, tibi dicit eadem Ecclesia, quæ tibi dicit Euangelium scripsisse Euangelium. Nam nisi Ecclesia diceret Euangelium Ioannis, Ioanis esse, nescires esse Ioannis. Non enim ad sedisti scribenti. Cur ergo non credis Ecclesie: quum dicit, hæc Christum fecisse, hæc sacramenta instituisse, hæc apostolos tradidisse: quemadmodum credis ei: quum dicit hæc Euangelistam scripsisse?

AVDISTI Lector vnum aut alterum locum è multis, quæ scripsit Rex: in quibus ostēdit multa dicta, facta, tradita esse per Christum, quæ nullus Euangelistarum complectitur: quæ nullis Apostolorum scriptis continentur: nulla scriptura commemorantur: sed eorum recente memoria, qui interfuerunt, velut per manus deinceps tradita ab Apostolorum tempore, ad nos vsque peruenerunt: & Ecclesiam Catholicam, in sacramentis & articulis fidei, à Spiritu sancto & doceri, & gubernari. Atque ista probat, nō ex eo solum, quod alioqui absurdissima quædam sequerentur: sed ex apertis Euangelistarum verbis, euidentibus etiam sacrarum literarum testimonijs, & ipsius præterea Christi. Quid ad hæc Lutherus obsecro? Semoue paulisper lector iurgia, cachinnos, risus, & cōiuitia: nihil inuenies aliud, quàm duas propositiones has. Nihil verum, ac certum esse præter euidentes scripturas: cætera omnia traditiones esse hominum, & cuiusq; arbitrio relicta. Sed interim ad rationes, quas affert Rex: ad auctoritatem Euangelistarum, atque ipsius Christi, quibus probat præter ea, quæ scripto comprehensa sunt, facta, tradita, præcepta fuisse alia, quibus omnino responsum esse oportuit: nihil omnino respondet. Quamobrem qui sic respondet, vt ea, quibus respondere debuerat, omnia relinquat intacta, quid aliud facit, quàm planè fatetur se nihil habere, quod dicat. Quæ res, quaquam per se manifesta est, tamen quo fiat magis adhuc dilucida: Lutheri verba recensebimus: & nubes ac nebulas, quibus inuoluit se nebulo, discutiemus.

Summa libelli Lutheri.

Lutheri verba.

Imo tum magis rationem omnem refugas

VENIAMVS autem nunc, inquit, ad ipsam rem, & more Aristotelis, qui Thomistarum Deus est, Primo generaliter, deinde specialiter, de causis istis disputemus. Summum generale & vnicum robur Henriciane sapientie, in tam regio libello est, nulla scriptura auctoritas, nulla ratio vrgens, sed Thomistica illa disputandi forma, Mibi sic videtur, Ego sic sentio. Ego sic credo. Et vt hic mei Amstorsii recorder, sic disputat stolidus Rex, sicut ille recitare solet, disputasse Lipsenses Theologistas. Vbi quum respondens negasset assumptum opponenti, probabat idem opponens hoc modo. Oportet sic esse. Illo iterum negante, Denno & ille, Et quomodo potest alter esse? Oportet sic esse, pulcherrime, & Thomisticissime,

quin & Lipsicissime & Henricissime. Sic cum ego in meo libello hoc Thomisticū generale principium maxime impetissem, & diuinas scripturas aduersus ritum, vsum, cōsuetudinē, auctoritatē hominum statuissem, Dominus noster rex nihilominus, pro sua Thomistica sapientia, aliud nihil reddidit, quàm oportet sic esse, vsus sic habet, Hæc est longa consuetudo, Ego sic credo, Patres sic scripserunt, Ecclesia sic ordinauit etc. Quod si iterum scripsero mille libros, & probauro per scripturas, vsum et auctoritatem hominum in rebus fidei nihil esse, facile erit & Regi Thomistico, mille libris respondere, & omnis scripturis à me inductis, semper iterare, Oportet sic esse, vsus sic habet, Auctoritas hominum sic dicit, atque aliud nihil. Si autem dixerō, Vnde probas, vsum & auctoritatem humanam valere? respondet, Oportet sic esse, Mibi sic videtur, Sic credo. Nunquid tu doctor es vnus omnibus?

Noli me tiri bone vir.

Certe im probior es vnus omnibus

QVIS non rideat, hominis stolidissimi furiosum, & in ipsius ridiculum caput recidentem risum: quando regem nugatur nihil aliud afferre, quàm, Oportet sic esse: vsus sic habet: Hæc est longa cōsuetudo: Ego sic credo: Patres sic scripserunt: Ecclesia sic ordinauit. Quū nemo nesciat, ipsum Lutherum scire, regem illorum omnium fere nihil dicere. Sed ista dicere: Hoc probat ratio: hoc tradidit Deus: hoc docuit Spiritus sanctus: hoc dicit Euangelista: hoc dicit Apostolus: hoc ipse dicit Christus. Ad quæ omnia, nihil omnino dicit Lutherus.

Intelligis ergo lector, stiptes istos intractabiles, hoc tantum querere, vt sibi solis credatur. Ego postulo, nō mihi, sed apertis Dei verbis credi, illi postulant præarancidus & veterosis sui cerebri visionibus credi, contemptis verbis Dei. Neq; enim ego vel vsam, vel auctoritatem hominum in totum negauis, sed libera esse volo, & indifferentia, quæcumque extra scripturas sanctas scripta sunt, tanquam articulos fidei necessarios fieri recuso ex hominum verbis. Tolerari volo, quæ bene dicuntur, & geruntur citra scripture testimonium. Tolerari autem libere. At trunci isti, nobis articulos fidei faciunt, ex omni verbo patrum, quod tantum abest, vt sancti voluerint suis scriptis tribui, vt nulla maiore blasphemia offendi possint, quam dum per lethargicos Thomistas, eorum libera verba, & facta, in necessarijs articulos, hoc est laqueos mendaces, in perniciem animarum vertuntur.

Verba Lutheri istud nō tacebit Parmes no.

ECCLE Lector, quàm dilucide proponit Lutherus, quid postulemus nos: quid ipse vicissim postulet. Nos videlicet stiptes intractabiles postulamus, vt solis credatur nobis, hoc est solis Italis, Hispanis, Anglis, Gallis, & deniq; solis omnibus, quæcumq; Christi Ecclesia, aut hodie sit, aut vsquā gentiū, vllō vnquā tempore, à Christo passo fuerit. At Lutherus vir æquissimus, nihil postulat aliud, scilicet, quàm vt credatur apertis scripturis, seu apertis-

apertissimas passim trahit in dubium: & aperte torquet in hæreses: & quom vrgetur, audet contemnere: quæ paulò post faciemus ipsa luce clara. Sed interea ventilem illum, quod ait, libera esse & indifferentia, quæcumque extra scripturas sanctas scripta sunt: & tantum libere tolerari vult, quæcumque bene dicuntur, aut geruntur, citra scripturæ testimonium. Istud Lutheri si verum est: cur ad illa nihil respondes omnia, quæ tibi obiecit Rex: è quibus nos plura suis locis allaturi, pauca protulimus interim: quæ quum supra legerit, qui tuum generale responsum istud leget postea, neque tactum tibi quicquam illorum viderit, sed velut surdo dicta, sic præterita, & disimulata silentio, non poterit ignorare, quanta resolutionis idoneæ diffidentia, & veræ defensionis inopia præterierit. Sed nos quoniam te libenter ista fugere videmus, eadem, atque alia itidem talia, quæ dolenter aspicias, iterum tibi atque iterum ob oculos ingeremus. Igitur vt ceppi dicere: si libere omnia habenda sint, & nihil certo credendum, quod non sit euidentem scriptura comprehensionem (sic enim tu non vno loco confirmas) quid tibi vllud Apostoli? State, & tenete traditiones, quas didicisti, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Apostolus, ex æquo seruari iubebat ea, quæ per sermonem tradiderat, atque ea quæ per epistolam. Aliquid igitur traditum est non tanquam liberum, sed quod citra scripturam obligaret ecclesiam. Quid ad hoc dicis Lutheri? Quid ais ad illud Euangelistæ? Multa facta sunt, quæ non sunt scripta in libro hoc. Quæ quo minus ab alijs Euangelistis dicas esse perscripta: negat ea totum posse mundum comprehendere. Quid ergo dicis, illa omnia duntaxat fuisse miracula: quorū etiam multa neciri poterant absque periculo fidei? Cæterum sacramenta, in quibus Ecclesia nō posset absque peccato superstitionis errare, eorū nihil euangelistas potuisse prætermittere? Istud ne possis prætereundere: vides id: quod etiam tibi rex opposuit, Euangelistam Ioannem non tradidisse Sacramentum Eucharistiæ. Quod si contendas, ideo non tradidisse, quia alij Euangelistæ comprehenderant: ea ratione potius omisisset alia, minoris momenti: quæ licet ab illis scripta, tamen ille rursus commemorat. Quamobrem negari non poterit, etiam necessarios articulos inter ea fuisse, quæ scripta non sunt, sed absque scripto tradita sunt. Iā Paulus, quum Corinthijs eodem de Sacramento scriberet: Ego, inquit, sicut accepi à domino, sic & tradidi vobis. An nō sine scripto, sicut accepit sine scripto, tradidit? Imo, adeo nihil omnino tradidisset neque, neque Corinthijs, neque Romanis, neque alij cuiquam populo: si quo tempore scripsit, licuisset alloqui eorum. Quæ res, si fors accidisset, istis omnibus derogasset fidem, quæ nunc in Paulinis legūtur epistolis. Cuius, vt cæterorum quoque Apostolorum, pleræq;

Redactæ in angustiam Lutheri copie.

Frigetiã.

Cōfuta- ther Lu- ther eui- denti scri- ptura.

desiderantur: & quæ supersunt, quædam vertuntur perperam: quædam vertuntur ambigue: nec in gemina lingua vsquequaque concordant exemplaria: & de sensu certatur incessanter. Ita, quod solum agis: nunquā deerit anfa negandi, quod velit: asserendi, quod libet illi, qui nihil admiserit præter euidentes scripturas. Quid illud quæso, quā vim habet, quod Christus dixit? Spiritus paracletus, quum venerit, ille duceat vos in omnem veritatem. Non dixit, scribet vobis: aut foris ad aurem loqueatur vobis: sed duceat vos: hoc est, iustus inclinabit vos, ac flatu suo, corda vestra dirigit in omnem veritatem. At quos quæso, duceat Spiritus sanctus in omnem veritatem? an duntaxat Apostolos, quibus tunc ore loquebatur Christus? Apostolis ergo duntaxat & illud dixit: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Quis ergo dubitat, illud Christum dixisse de ecclesia: quod Spiritus sanctus eam ducturus esset in omnem veritatem? Quid illi, quibus dictum est: Ite, prædicate Euangelium omni creaturæ? Euangelium predicabant ex scripto? & nouam legem Christus sic referri iussit in tabulas: aut in æs inscribi: vt si quid ibi non legeretur: id protinus omne rejiceretur pro nihilo? Ita ne Dei verbum, ab apostolo quoque commemoratū, nihil mouet Lutherum? Ego dabo leges meas in cordibus eorū, & in mentibus eorum superscribam eas? Non dicit in lapide: non dicit in lignis, sed vt legem veterem scripsit in lapide foris, sic nouam intus Dei digito scribet in libro cordis, vt quod minimo tempore durauit in duriore materia, perpetuo durare faciat in mollissima. Sic Deo placuit ostendere potentiam suam. Priores saxæ tabule protinus fractæ sunt: posteriores quidem diu durauerunt: In corde verò quod scripsit, durabit indelebile. In corde igitur, in Ecclesia Christi, manet inscriptum verum Euangelium Christi: quod ibi scriptū est ante libros Euangelistarum omnium. Ibi fidem suam sic inscripsit Deus, vt nulla possint hæreticorum præstigia delere, quantumuis afferat ex libris Euangelij scripturas, in speciem veræ fidei contrarias. Hinc stetit Christi fides, aduersus hostem Christi matris, Heluidium. Hinc stetit, aduersus hostem ipsius Christi, Arrium. Hinc stetit inuicta, aduersus plurimos hæreticorum cuneos, qui eam eodem ariete oppugnabāt, quo nunc Lutherus oppugnat, dum negaret publicam Ecclesie fidem & scriptura probari, aut scripturas esse dicerent fidei cōtrarias. Sed Ecclesia Christi nō dubitauit: quicquid Spiritus sanctus inspirauit Ecclesie, id esse procul dubio verum, siue comprehensum id scriptura sit, siue nulla scriptura comprehensum. Imo si qua scriptura produceretur, in speciem cōtraria, eam fides in corde præscripta docebat, non satis intellectam esse his, quibus ita videretur, quum esset certissimum, neque Christum Ecclesie suæ in articulis fidei deesse, neq; spiritum Dei

Euangelium in cordibus hominum certissimè inscriptum

Heluidi. Arrius.

congregatio, sequitur Papam non esse Papam, nec Ecclesiam esse Ecclesiam. Quod euidenter probo sic. Quia petra & ecclesia sine peccatis esse debent, non subiecte portis inferi. At cum nullus in mundo possit esse talis certo, & infallibiliter, & tamen certa debet esse petra, certaq; ecclesia: sequitur nullum esse Papam, nec Ecclesiam. Cum ergo hac Christi auctoritas repugnet Pape & Ecclesia papistica: manifeste patet, Catharini, & sui Thomae, & omnium, quos inducit, opinionem esse extremam hereticam. Quia hereticus est: qui scripturas sanctas alio sensu, quam spiritus flagitat, exponit, at Catharinus non modo id facit, cum Thoma suo heretico: sed etiam blasphemum sensum eis tribuit appellans petram hominem peccati, diaboli seruum.

Ergo Christus nusquam edificauit quam promisserat.

Diuum Thomae haereticum Lutherum.

EN lector vere maledictam bestiam: de qua dicitur Apocalypseos xiiij. Quis similis bestiae, & quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in caelo habitant. Sed venit tempus quum bestia mittetur in stagnum ignis ardentis, & sulphuris. Interea bene habet, quod prouidit Deus, vt haec tam inuisa & maledicta bestia, semper pugnetur secum. Nam quae fatetur ecclesiam esse certam, sic tamen tractat, vt reddat incertissimam: & quae non cõtetur est humano more sentire, dum sectatur & ostentat abstrusam quandam, ac reconditam sapientiam: crassam istam, & vulgo notam Ecclesiam traducit ad inuisibilem, ab externa ad internam, ab interna prorsus deducit ad nullam: id quod statim videbis manifestum. Sed primum Lutheri, vt tecum ad initium redeam, ex quo preclaros istos syllogismos deducis, quum Christus promittit portas inferi non praeualituras aduersus ecclesiam, quid si quis neget hoc eum promittere, quod tu tibi velut manifestum sumis, nempe diabolum non futurum tam potentem, vt Ecclesiam percellere possit in peccatum? Sed dicamus proba nobis istud Lutheri: quid aliud respondebis, q; vt vicissim quæras à nobis quid significare possit aliud? Nā si aliud significare potest, interea nihil dixisti: quoad ratione aut scripturis ostēderis interpretationem tuā esse veriolem. Dico igitur primū, portas inferi non significare diabolū: neq; enim idem esse portas domus, quod dominū: & portas inferi quod dæmonem. Aliud igitur quippiam hoc figurato sermone sensisse Christū: & licet hoc verum sit, quod neque aduersus Petri sedem, neq; Petro datā soluendi ligandique perpetua successione propagatam potestatem diabolus praeualebit: atque id Christus alibi sit nō vno loco pollicitus, tamen hoc in loco vbi non Sathanā nominat, non inferos, sed portas inferi: nō tam probabile sit eum dixisse de diabolo, quam de quopiam alio aduersus Ecclesiam suam, non praeualituro: neq; enim dæmonem

Quo Lutherus edigat Ecclesiam.

magis dixerim inferi portas esse, quam viam. Quod si quæras, quid aliud esse posito inferi porta, q; Sathan quibus tibi nō ex cõsente meo, sed ex veterum interpretatione de promā. Alteram praesides & tyrānos mundi, qui nascentem persequebantur Ecclesiam: nec praeualere tamen aduersus eam. Alteram portam esse dico, te tuūq; similes, si quis vnquā similis tui fuit, haereticos & Antichristos, qui inter triticum vnanimis & concordis fidei, non desinunt seminare zizania sectarum & schismatū: nec solum diuidere student inconsumibilem Christi tunicam: sed & nomen eius fidemq; subdole per cuniculos euertere. Nam & per haereticos, inferi quos decipitis, velut per apertas & patulas inferorum portas ingrediuntur ad inferos. Sed tamen stabit verbum Christi. Quātumuis impugnetis Ecclesiam, non praeualebitis aduersus eam. Restabit fremētibus & frendentibus vobis Ecclesia Christi.

Quae sine inferi porte illa à Christo commemorata.

VIDES hic bone vir, praeclearam istam demonstrationem tuam, nihil demonstrare, nisi demonstres prius in isto loco, Christū per inferi portas designasse diabolū: quas veteres interpretati sunt illos corporales ecclesiae persecutores tyrānos: & vos spirituales impugnatores haereticos. Sed nunc vt demus tibi, portas inferi significare diabolū, adhuc liceret negare id quod ais portas inferi praeualere, eo in loco pertinere quicquid ad peccatū: sed id promississe Christū, nullas diaboli machinas satis valentes fore, vt fidē ecclesiae, cui Petrum praeficiebat, extinguerent: aut ipsius auctoritatem ac potestatem ligandi soluendiq; possent infringere, sicut adhuc vsu venisse videmus. Atq; istud quā verius vero sit: tamē vt multis modis videas, quā nihil omnino dicas, quā tibi videris dixisse bellissime, demus adhuc tibi, si voles, nō solum portas inferi significare diabolū, sed eam rem, ad peccatum totam pertinere: negabo tamen etiam sic, in illo Christi verbo, hoc esse praeualere, quod tu interpretaris: videlicet vt praeualere sit, in peccatum quomodoquēq; percellere. Neq; enim praeualuit inferi porta contra quēlibet, quem diabolus deiecit: sed aduersus eum duntaxat praeualeat: qui tandem sic deiecit, vt non resurgat in pugnam. Nā nec in duello victus dicitur qui prostratus in terram rebellat tamen: & in pugna conatur assurgere. Quid, quod hoc ipsum videtur portae nomen ostendere: nisi quis ociose positam putet. Nam quum portae sit officium duplex: vt vel intrare conantes excludat, vel inclusos coerceat, & non patiatur exire, nec inferi portae quēquā excludant, (nam volentibus intrare Noctes atq; dies patet atri ianuā ditis, Sed reuocare gradum, supersaque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est) patet profecto quod non aduersus quemlibet quem dæmon pelle, praeualeat portae inferi: sed duntaxat aduersus eum, quem sic tenet inclusum, vt nūquam possit erūpere. Nā qui se proripuit foras, praeualuit

Verba Lutheri. Nullus cedens portis inferi, est ecclesia supra petram edificata: sed secta paparum, cedit portis inferi: ergo secta paparum non est ecclesia.

CEDERE portis inferi, nihil appellat aliud: quam peccare: quod alio declarat syllogismo sic.

Verba Lutheri. Omnis ecclesia peccans cedit portis inferi, sed ecclesia papistarum peccat, ergo ecclesia papistarum cedit portis inferi.

VIDES hic lector, eum manifeste dicere quod ecclesia quae peccat nō est ecclesia Christi: neque de peccato quicquā distinguit: sed ponit simplicissime, aduersus eum praeualere portas inferi, quem in quodcūq; peccatū perpulerint: quod quum dicat, manifeste ponit, omne peccatum esse mortale: & eos qui sunt de ecclesia, in nullum omnino peccatum posse percellere: & qui percelluntur, de ecclesia nō fuisse etiam a nequam percellerentur, de qua

ualuit aduersus portas. Itaque non praeualere portas inferi aduersus quēlibet, quē adiecit in peccatū, vel illud indicat, quod septies in die cadit etiā iustus. Manifestū est igitur aduersus nullū praeualere portas inferi, praeterq; aduersus eū, quē sic incluserint, vt nunq; possit exire: quod, quum nemini contingat in hac vita, patet illud Christi verbum non obsistere: quominus & peccatores in hac vita possint esse de ecclesia. En bone vir praeclearam demonstrationem tuam. Cuius nulla pars quicquam demonstrat aliud, quā stolidam & scurrilem impietatem tuam.

NAM, & ostendit nunc istorum verborum interpretationem, veterum sanctorū sententijs & scripturis ipsis consentaneam: quae plane refellit & cōfutur tuam. Nunc illud addam: quod si faterentur etiam quicūq; legunt vnquam sacras literas, non satis intelligere se quid sibi voluerit Christus in eo, quod dixit inferi portas aduersus ecclesiam suā nō praeualituras: nemo tamen possit nescire sensum quem affert ipse falsissimum esse, & doctrinā Christi repugnantissimum.

QVÆSO te candide lector, istud considera (vt ab isto nebulone reuertar ad te) quod Lutherus non hoc solum dicit, neminē esse de ecclesia, quamdiu est in peccato: qui si tantum istud diceret, & falsum diceret, & impium, sed multo dicit impudentius: & magis impie: quod qui est de ecclesia nō peccat, imo nec peccare potest. Ait enim portas inferi nō praeualituras, id est esse quod in peccatum nō posse percellere: ex quo plane sequitur, quod qui semel sint de ecclesia, nunquam possint in peccatum percellere: & qui in peccatum perpulsi sunt, eos nunquam fuisse de ecclesia: Et, ne quid dubites, eum istud plane sentire, nō aliud omnino dicunt celebres illae collectiones: quibus hoc pacto lutulente syllogizat sus.

eius sententia, si quis adhuc dubitet, expendat & istud quod ait.

Quam cito enim non dederis papam sanctum, tam cito non dedisti petram, neque ecclesiam, sed seminam peccati & Sathanæ synagogam.

Verba Lutheri.

EN interim feueritatem censoris huius: apud quem non satis est, aliquē mediocribus esse virtutibus, sed aut omnino sanctum, aut omnino Sathanā. Quales hic syllogismos offert occasionem hoc in loco colligendi de se, quem, quum non admodum sit difficile probare, non esse sanctum, ipse iam absoluit, & conclusit reliquum, peccati se sentinam esse, & sedem Sathanæ. Sed relinquamus eius sanctitatem in sentina Sathanæ, tu lector expendat quod sequitur.

Etiā sanctus Petrus si praesens esset, quia non posset sciri an sanctus esset, & permaneret sine peccato, ideo necesse est, nec ipsum esse petram.

Verba Lutheri.

QVOD de petra dicit Lutherus, idem dicit & de ecclesia: nam eiusdem ait conditionis esse oportere petram, & ecclesiam, fundamentum & aedificium.

Sicut petra ista nempe Christus sine peccato est, & ita necesse est & ecclesiam sine peccato esse, oportet enim fundamentum esse cum aedificio eiusdem conditionis.

Verba Lutheri.

Et alibi. Necesse est solum Christum esse petram, quod solum sine peccato esse & permanere certissimum est, & cum eo ecclesiam suam sanctam in spiritu.

Verba Lutheri.

QVID illam? nempe esse & permanere sanctam certissimum est, quae est eiusdem conditionis cum sua petra: & de ideo esse contendit, illam & esse sanctā & permanere, quaecunque sit illa: sed non esse certum de illo homine vtrum sit de illa. Et ideo manifeste vides ex his locis, & ex eo quod ait, eos qui de Ecclesia sunt, non posse percellere in peccatum Lutherum aperte ponere nō aliter esse christianos de ecclesia, quā si nō solum sancti sint, verum etiam sancti permansuri sint: nam alioquin interea quidem dum sancti sunt esse ecclesiam. Nam si sanctus Petrus adhuc viueret, incertum esset an esset petra, non tantum quia incertum esset, an sanctus esset, sed etiam quia incertum esset an sanctus permansurus esset.

QVÆSO te lector, quā istud dicit, quā ecclesia relinquit in terris? An nō omnē tollit funditus, & externā & internā, visibilem & inuisibilem, spiritualem & carnalē? Nam quis est vsquam qui non peccat? quis tā spiritualis est, vt in eo nihil delinquat infirmitas carnis? quis tantum habet diuini spiritus, vt eum nunquā quoquam percellat diabolus? An nō omnes peccauimus, & egemus gratia Dei? An non si dixerimus quod peccatum non habemus veritas in nobis nō est? Iam istud miror, quo f-

git interim celebre illud dogma Lutheri, quod iustus etiam beneficiando peccat. Nisi hoc verum est, & illud item, quod tam diu tanto conatu defendit: Omne opus bonum peccatū esse sequitur certe, vt aut nulla sit omnino ecclesia in terris, aut vsq; adeo falsum esse, quod dicit, eam non peccare: vt contra sit necessarium. eā & peccare totam, & peccare perpetuo. Nam cum alio dogmate tollat actus omnes indifferentes: quicquid faciat quisquis est de Ecclesia, bonum opus faciat oportet aut malum. In opere malo quin peccet non est dubium: quod si peccat etiam in omni opere bono, quis non videt consequi necessario, neminem esse in ecclesia qui non peccet perpetuo? tantum abesse vt qui sint ecclesia non cedant portis inferi, si portis inferi cedere sit, id quod dicit iste, nihil aliud quam quomodocumq; peccare. Sic enim nemo non credit.

SED propemodum diuino quid velit. Vult opinor omnino omne opus bonum peccatum esse: quia potest esse occasio superbia: & contra omne opus malum virtutem esse, quia sit occasio humilitatis: & quum quodcunque malum fiat a fidelibus, infidelibus, inquam fide non informi sicut est papistica, sed fide formata secundum formam quam docet Lutherus, hoc est sciendo firmiter, quod nullum peccatum potest damnare christianum præter incredulitatem solam, tunc illud malum qualecunque sit, si stet aut redeat fides, aborbetur in fide sine satisfactione, sine contritione, sine confessione, nisi si quis (vt ait ille) consolationis causa confiteri velit mulieribus. Nam & has etiam sacerdotes nobis consecrat Lutherus. Luthero igitur omnia bona opera sunt peccata: & tamen Ecclesia sue nulla sunt peccata. nā nō solū nō imputatur, sed etiā donatur premio. Nā iustus omnia cooperatur in bonū: & ideo papistarū bona opera, vigilię, elemosynę, orationes, castitas, ieiunia atque id genus alia nihil aliud sunt, quam mera peccata propter infirmam fidem, qua nō confidunt solā fidē sine bonis operibus sufficere, sed Lutheristarum opera mala, ebrietas, adulteriū, rapina, blasphemia, & deniq; totus huiuscemodi malorum catalogus propter eorum fidem firmam, qua confidunt firmiter solam fidem sufficere, & bonis operibus nihil opus esse, nihil sunt aliud, quā virtutes meræ. Nihil igitur opus est ecclesię Lutherane, vt pro peccatis suis precentur: non enim peccant. Sed ecclesia Christi, quam Lutherus disputat peccare non posse, docetur ab ipso Christo peccata sua precibus expianda, clamatque quotidie, dimitte nobis debita nostra.

IAM si Lutherus diceret, ex hac promissa multitudine christianorum, qui subinde peccant, & subinde a peccato resurgunt, eos dūtaxat esse ecclesiam, nō qui nūq; peccat (nā

tales nulli sunt) sed qui sunt extra peccatū, etiā si & peccarint sæpe & sepe peccaturi sint, & eos sē homines in hac vita, mutatione crebra, nūc esse de Ecclesia, nūc de Ecclesia non esse, suo peccato etiā quātuloocumq; deiecti, quanq̄ nulla humana denūtiatio de pellātur, ad huc absurdē diceret. Nam nos quē quærimus, quæ sit illa Ecclesia, cuius autoritate fatetur Lutherus comēdatam nobis esse scripturam sacrā, an dūtaxat illos dicit, qui sunt extra peccatū? Nā his, qui in peccato sunt, nihil esse credēdū: tantisper enim, non esse de Ecclesia. Hac ratione, eidem homini eadem de re crederemus hodie, cras nō crederemus, crederemus in aurora, nō crederemus vespere. Imō ad eō nemini crederemus omnino: neq; enim scire possemus de alijs, quis esse in peccato, quis extra, quum nemo de seipso satis sciat. vtrum sit odio dignus, an amore. Lutherus inuehitur in episcopos: quōd tā cito Christianos excommunicat, quum ipse neminē nō excommunicat citius, si quidem extra Ecclesiā illico eijciat quēlibet, qui quoquo modo peccarit. Qua in re, quis nō miretur Lutheri sententiā, quum Lutheri fratrem videat Iudam traditorem, etiam post conceptum, & perpetratum scelus, adhuc fuisse tamen de Ecclesia, neq; quoad vixit, ex apostolatu depulsum: quanq̄ ipsius Christi voce diceretur esse diabolus. At Lutherus, vir equissimus, nō modo fratrem suum Iudā ab Ecclesia depellit post peccatū, sed nec ipsum, nec sanctum Petrum admittit in Ecclesiā, etiam antequā peccaret. Nam si ante fuissent de ecclesia, portæ inferi nō potuissent eos. vt disputat, in peccatū percellere. Ergo si verum Lutherus dicit, nē tum quidem Petrus erat in Ecclesia, quum ei dixit Christus, beatus es Simō Bar Iona, & tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meam. Nam postea aduersus eum præualuerunt portæ inferi, si præualere est, quod Lutherus ait, in peccatū percellere. Nam paulo post, Christo consuluit ne pateretur, & audiuit ab illo. Vade retro me Sathana. Post & ter abnegavit dominum. Quare, si prævalent portæ inferi aduersus omnes, qui peccant, nemo verō nō peccat maxime, si verum sit dogma Lutheri, per spicuum est in terris Ecclesiam omnino nullam esse.

SED operæ precium est videre: quam sibi tenuiter obijciat, quid sequeretur absurdū, si Ecclesia nihil esset nisi quiddam spirituale, nec sciri posset vbi esset, quanto magis tenuiter illud soluat, quod sibi obijcit ipse.

Dices autem, Si Ecclesia tota est in spiritu, & res omnino spiritualis. Nemo ergo nosse poterit, vbi sit vlla eius pars in toto orbe: quod vehementer absurdum est. Nam ideo papam asserimus, vt certo loco Ecclesiam inueniri liceat. Alioquin, quid docet Christus omnes pascere, & Paulus Ecclesiam regere, & Petrus gregē Christi pascere: si nūq; in orbis certis partibus locis inueniri habitantes, corporaliter fideles? Quis

Quis enim spiritibus prædicet, aut quis spiritus vobis prædicat. Corpus ergo & locum necessario habet ecclesia, deinde inter corpora & loca, aliquem primum locum & primum corpus.

AVDISTI lector, quam tenuiter obijciat tibi: quasi ideo tantum cognosci deberet Ecclesia, vt sciri posset, cui cōgregationi prædicetur euangelium: quum contra multo magis cognoscenda sit ecclesia, vt sciri posset, a quo prædicetur euangelium: vt si alius aliud prædicet, auctoritas ecclesiæ certum faciat auctorem de vero euāgelista, & rejiciat falsum, sicut eius auctoritas, etiam fatente Luthero, certū facit lectorē, quē sint verę scripturæ factæ. Nā, quod ille sibi tanquā ex nobis obijcit, ideo ecclesiam cognosci debere, quo in loco possit reperiri, vt certa sit congregatio Christi, cui prædicari debeat euangelium: istud nescio quis ei fuisset obiecturus nisi ipse: quum nemo tam stolidus sit præter eū: quin intelligat verbum Dei prædicandum esse, etiam extra ecclesiam Christi, & benefacturū, si quis illud prædicet infidelibus. Alioquin male fecissent apostoli, qui fidem sua prædicatione propagarunt apud gentes. Sed istud ipsum, quum tā tenuiter obijciat, audi quanto adhuc magis tenuiter soluat.

Verba Lutheri.

Respondeo. Quamquam ecclesia in carne vivat: tamen non secundum carnem vivit, vt Paulus dicit Gal. 1. & Corint. 1. Ita in loco, rebus operibusq; mundi versatur: sed non secundum hac æstimatur. Christus enim omnem locum tollit, dum dicit. Regnum Dei non venit cum observatione, neque dicitur hic aut hic est. Et ecce regnū Dei intra nos est. Paulus omne corpus tollit, dum dicit. Non est personarū acceptio apud Deum. Sicut enim ecclesia, sine esca & potu non est in hac vita, & tamen regnum Dei non est esca & potus secundum Paulum: ita sine loco & corpore, nō est ecclesia: & tamē corpus & locus, non sunt ecclesia neq; ad eam pertinent. Sicut ergo non est necesse, certū panē, certū potū, certam vestem esse ecclesię, & fidelibus omnibus, licet sine pane, sine potu, sine veste non queant vivere in hoc seculo, sed omnia sunt libera, & indifferentia: ita non est necesse, certum locū, certamq; personam habere, licet sine loco personaq; esse non queat. Sed omnia sunt indifferentia & libera, omnis locus christiano quadrat, & nullus locus christiano necessarius est, omnis persona pascere eum potest, & nulla certa persona necessaria est qua pascat, libertas enim spiritus hic regnat, que facit omnia indifferentia, nulla necessaria quecunq; corporalia & terrena sunt. Et quid hoc mirum? cum ad hoc vt sis, homo corporaliter nullo loco certo, nulla certa persona indiges, sed omnibus locis; omnibus personis homo esse potes. Immo qua res mundi necessario alij adheret & alligatur: a c non potius libere,

& indifferenter, se qualibet ad quamlibet habetur, vt libertate spiritus plena appareat tota creatura, sicut canimus, Pleni sunt celi & terra gloria tua. Quis ergo furor papistarum impissimorū, vt ecclesiam Dei, que omnium maxime libera est, loco suo & persone sue certis & necessarijs alligat, vt christianum esse negent: qui non hunc papam etiam impium, hoc loco habitantem adoravit. Nec inuict quēquam si quemlibet pastorem indifferenter, quolibet loco habuerit. Hac est illa abominatio stans in loco sancto & operatio erroris. Sed de hoc alias.

QVÆSO te lector quid vnquam audisti tale. Nam vt omitam scripturas, tam absurde citatas, vt nihil allegari possit absurdius: nonne sic tractat hunc locum, quasi nos exigeremus, vt sic assignetur ecclesię certus locus, vt alio in loco ecclesia esse non possit? At quęso te, quis vnquam sensit sic certum esse debere, quo in loco reperitur ecclesia, vt idē senserit aliquem esse locum, in quo ecclesia non possit coalescere? quum contra potius credamus aliquando fore, vt nullus in orbe locus sit in quo ecclesia Christi non sit futura, quū tempus venerit, in quo fiet vnū ouile, & vnus pastor. Deinde ita rem tractat pontificiam, tanquam hij, qui Papæ primatum asserunt, sic illud sentiant, quod sit ecclesię caput, tanquam Romanus, non tanquam successor Petri, quū nemo nesciat, eam sedem sedem alias fuisse alibi. Et quamquam verbum Romanum, velut locum totius orbis celeberrimum videtur de legisse Deus, nemo tamen ex his, qui sedis eius primatum asserunt, habet pro dubio, quin, quo cūque transferatur Petri sedes, eodē etiā Petri transferatur auctoritas. At, nec istud quicquam dubitat, etiam si verum est, nullum esse locum in toto orbe terrarum, in quo non possit esse congregatio fidelium, tamen oportere necessario aliquem esse locum, in quo ecclesia certa sit cognoscibilis, & indubia. Alioquin fore, vt neque certum cuiquā sit, quę sint verę scripturę, neq; scire possit, quō pedē tēdat: qui adhuc infidelis, fide cupiat imbui, & dogmata christiana perdiscere.

SED iam opere pretium fuerit, scripturę loca perpendere, quę supra citauit pro se, tanquam ex his manifeste probaturus, ecclesiam in terra militantem, non esse cognitam, istam crassam & sensibilem: sed aliam christianorum multitudinem quamdam, nescio quanti insensibilem & mathematicam. Platonis id eis cognatum, quæ, & in loco sit, & in nullo loco sit, in carne sit, & extra carnem sit, quę tota sit obuoluta peccatis, & tamen omnino non peccet. Nam hic vtrunq; pariter prohibet: quū omne bonum opus asserit esse peccatum, & ecclesiam facit homines, qui non peccant. Sed iam scripturas eius expendamus.

Paulus, inquit, Galat. 1. & Corint. 1. dicit, Verba Lutheri. quod quamuis ecclesia in carne vivit, tamen non secundum carnem vivit.

ROGO te Luthere, an tu aliquādo peccare vocas, secundum carnem viuere? Certè, quisquis sapit, dixerit, secūdū carnem viuere nō & conatur illū, qui dū oblectatur carni seruire spiritui, tamen aliquando carni cedit, ac vincitur conditione fragilitatis humanæ, sed qui voluptatem quærens carni se seruum dedit, & carnis operibus dedicat vitam: hoc est Luthere secundum carnem viuere, non aliquando peccare. Quamobrem, nō secundum carnem viuunt ecclesia, etiā si nemo viuat sic, quin opus habeat assidue precari, vt debita sua sibi remittantur. Et tamē sunt in Ecclesia, qui secundum carnem viuunt, non futuri, quum ecclesia viuat in cælo, quos interim sæpe monet, ac taxat apostolus apud Corinth. eiecit etiam, qui noueram stuprauerat, & recipit postea penitentem. Et idem tamen erat de Ecclesia, post patrum facinus, quoad eū eiecit apostolus.

IAM illud quam validum est, quod ait Christus tollit omnem locum, dū dicit. Regnum Dei non venit cum obseruatione, neque dicent, ecce hic est, aut ecce illic est. Sæpe clamas, Catharinum loqui in equiuocis, & tamen derides distinctiones, vt tibi liberū sit ludere in equiuocis. Nā quid longius abest à proposito, quā hic scripturæ textus, qui loquitur de aduentu Christi ad iudiciū? quando ecclesiam tollit in cælum, quum nobis quæstio sit de Ecclesia, quæ iam perēgrinatur in terris. Sed illud quanto adhuc citas absurdus: Regnum Dei intra vos est, quod haud dubie dictum est de quolibet bono, & sincere christiano peccatore, intra quod non est opinor Ecclesia, quæ est congregatio fidelium.

SIMILIS est vigoris & illud, quod ait: Paulus tollit omne corpus dum dicit: Non est personarum acceptio apud Deum, quasi, quod niam Deus & ex iudæis & græcis vocauit Ecclesiam ad fidem, ideo Deus nec Petri personam præposuit ecclesiæ, nec ipsius Christi, & quia non est acceptio personarum apud Deū, ideo multitudo Christianorum non est ecclesia: & quia Deus neminem accipit in cælum acceptione personæ, sed meriti, ideo nemo tenetur in terra suis obedire præpositis. Lutherus initio cum scriberet, promissit se sua probaturum, aut scripturis euidentibus, aut euidenti ratione, aut interpretatione sanctorum patrum, aut decretis pontificum: postea eo furoris adactus est, vt interpretationem sanctorum tanquam fallacem, contemneret, naturalem rationem, tanquam fidei & religioni aduersariam, sperneret, pontificum leges & decreta, quoniam ipsius hæresibus aduersabatur, exureret, nunc, ne nihil seruare fateatur, iactat se solis credere scripturis, & tamen in ipse scripturarū textus, quos citat, & expende loca, nec dubito, quin facile sentias, eum nō magis cum pontificum decretis, quam cum ipsis pugnare scripturis, nec magis pugnare cum scripturis,

quam pugnat cum sensu communi. Nam quæso te Luthere, qualis est hæc ratio.

Si locus & persona necessaria sunt ad salutem: Verba tunc qui eiusmodi habent & colunt, salui & sancti sunt. Nam in his consequentia à particulari optime valet, cum posterioris sic constet propositionibus: cogor enim & meam dialecticam ostentare istis admirandis dialecticis. Impossibile est enim, vt qui vnum necessarium ad salutem habet, non etiam omnia necessaria simul ad salutē habeat. Et impossibile est, vt qui vnum non habet, aliquid ad salutem necessarium habeat. Quod facillimum est inducitur probare. Sed de hoc alias.

CVM tu Luthere hoc alias aliter probabis, tum nos alias aliter tibi respondebimus. Interea neminem esse puto, qui sapiat, quin te plane videat despere, nisi non satis sapiebat apostolus: nām is & fidem putabat esse necessariam ad salutem, cum dixit: sine fide impossibile est placere Deo: & tamen idem non tecū sentit, quod qui fidem haberet, quam necessariam dixit esse ad salutem, idem protinus haberet charitatem, quam vel amplius fide ad salutem sensit esse necessariam. Nam, si protinus habita fide, sensisset consequi charitatem, cur istud scripsit? si fidem habeam, adeo vt mōtes loco dimoueam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Sed istud videlicet erat in re, quod in eo tempore natus nondum est Lutherus, qui suam ostentaret dialecticā, & docere posset apostolum, talem consequentiā à particulari valere propterea quod propositionibus cōstet posterioris. Sed hoc alias.

QVONIAM igitur certum est, incertū esse, qui sint boni, consequitur, vt hæc multitudo quæ facit ecclesiam catholicam, istam dico, ex qua fides dicitur, & scriptura discernitur, sit multitudo promiscua profitentium Christi nomen & fidem, etiam si professioni non respondeat vita. Iam istud lector, adeo verum est, vt nec Lutherus, qui libenter dissimulat quicquid non potest soluere, potuerit subterfugere. Fatetur enim, Ecclesiam certam esse oportere. Sed ne cogatur illud idem fateri, quod verum est, istam multitudinē esse ecclesiam, quam nunc omnes noscimus, nomine christiani populi, qui fere omnes agnoscunt primatum pontificis, veritatem omnem lapidem, & ecclesiæ suæ spiritualis, signa quædam dat, per quæ vult eam satis certam reddi: quæ signa omnia nec satis certam reddunt ecclesiam, quam præscribit ille & cōpetunt omnia in hanc ipsam, quā ille veram negat, & vocat papisticam. Ita, bis stultus est, qui nec eo peruenit, quo tantopere tendit: & in illud incidit, quod maxime conatur effugere. Ait enim hoc pacto.

Si per petram papa, & per ecclesiam edificatam intelligeretur obediens papæ congregatio, sequitur papæ non esse papam, nec ecclesiam esse ecclesiam, quod euidenter proba sic: Sine peccatis esse debent petra & ecclesia.

& ecclesia, non subiecta portis inferi. At quū nullus immūdo possit esse talis certū & infallibiliter: & tamen certa debet esse petra, certāq; Ecclesia, sequitur nullam esse papam, nec ecclesiam.

VIDES lector, vt hic fateatur, non solū petram, sed Ecclesiam quoq; certā esse oportere. Sed illud obiter quæsto te perpende diligēter. An nō hic manifeste colligit illud, quod si tam euidenter verum esset, quā euidenter falsum est, non modo Ecclesiam istam quam impugnare nititur, sed quantum ad terram attinget, omnem omnino tolleret. Nam pone Lutherus, quamcumq; velis, & eam, vnica ratione tua, bis proba nullam esse. Quod vt tuis verbis utar, euidenter proba sic. Ecclesia sine peccatis esse debet, non subiecta portis inferi. At quum nullus in mundo possit esse talis, certū & ineffabiliter, & tamen certa debet esse ecclesia, sequitur igitur nullam esse Ecclesiam.

VIDES Luthere, quod hoc præclarum argumentum tuum, non magis aduersarium tuum petit, quā te, imo illum nihil petit, te vero perdidit penitus. Nam nos in tuto sumus vt qui negemus id necessarium esse, vt ecclesia dum in terra militat, sit absq; peccato: sed tu qui sentis id oportere, & tamen fateris neminem esse sine peccato, & prædicas etiam bona opera esse peccata, & iustum beneficiendo peccare, tu inquam, etiam si non oporteret ecclesiam esse certam, tamen aperte reuinceris omnem è terris ecclesiam suffulisse: quod rursus, vt verbis tuis utar, euidenter proba sic. Ecclesia debet esse sine peccato, sed nemo est sine peccato, ergo nulla est Ecclesia. Extrica te te Luthere ex hactrica, qua tua te stoliditas intricauit. Sed istud obiter: quum propositū mihi non aliud fuerit, quam vt ostenderem etiā Lutherū fateri ecclesiam debere esse certā. Igitur ad id reuertor, vt ostendam, per quæ signa Lutherus conetur efficere, vt certa videatur ecclesia illa interna spiritalis, & occulta; quam solam definit ecclesiam. Scribit enim hunc in modum.

Quo ergo signo agnoscam ecclesiam? oportet enim aliquod sensibile signū dari, quo cōgregemur in vnum ad audiendum verbum Dei. Respondeo. Signum necessarium est, quod & habemus Baptisma, scilicet, panem, & omnium potissimum euangelium. Tria hæc christianorum symbola, testēs, & characteres. Vbi enim baptisma, & panem, & Euangelium esse videris, quocumque loco, quibuscumque personis, ibi ecclesiam esse non dubites. In his enim signis, vult nos Christus conuolare, vt Ephe. 4. dicit. Vna fides, vnum baptisma, vnus dominus. Vbi idem euangelium est, ibi eadem fides, spes, eadem charitas, idem spiritus est, & reuera omnia eadem. Hæc est vnitas spiritus, non loci, non personæ, non rerum, non corporū, de qua seruanda, Paulus nos præcepit esse sollicitos.

Vbi vero euangelium non esse videris (sicut in synagoga papistarum, & Thomistarum videmus) ibi non dubites ecclesiam non esse, etiam si baptisunt & vescantur de altari, nisi paruulos, & simplices exceperis: sed Babylonem ibi esse scias, plenam lamis pilosis, vtilis, onocrotalis, alisq; monstris, id est magistris nostris eximijis reseruat. Euangelium enim præ pane & baptismo, vnicum certissimum, & nobilissimum Ecclesia symbolum est, cum per solum Euangelium concipiatur, formetur, alatur, generetur, educetur, pascatur, vestiatur, ornetur, roboretur, armetur, seruetur, breuiter, tota vita & substantia ecclesia, est in verbo Dei: sicut Christus dicit. In omni verbo quod procedit de ore Dei viuunt homo. Non de euangelio scripto, sed vocali loquor. Nec de quantis cōtione, quæ in templis de suggestu declamatur, sed de germano & genuino verbo quod fidem Christi veram, non informem, & Thomisticam doceat: quod per papam & papistas extinctum, & suffocatum, per orbem totum conticit. Ideo enim, Christus nihil tanta instantia exegit ab Apostolis, quā vt euangelizarent. Sic à Petro in persona omnium pastorū exegit, vt pasceret oues, id est, Euangelium doceret viuā voce. Quod verbum Catharinus, vere Catharinatiter exponit, non de euangelio, iterum faciens è simplici sensu verborum Christi, quottuplicem visum ei fuerit, quia sciebat euangelizandi significationem, qua sola in eo verbo est, non posse conuenire tot occupationibus mundi oppresso pontifici, ideo singenda fuit alia significatio de regimine dominante, sicut 2. Pet. 11. Prædixit, & sicris verbis, in auaritia de vobis negotiabantur, de qua re nunc super sedeo, abunde alias tractata.

QVId ais lector, an non pulchre se nūc expedit dominus doctor? An nō ecclesiam suam, dilucide certam reddidit? Pōnit Ecclesiam ex solis bonis constare, eam congregatiōnē ait esse certā his tribus signis, baptismo, pane & Euangelio: sed nō illo scripto, nam illud habent & papistæ, sed vocali, nec tamen quouis cōtione, qualis in templis papistarū de suggestu declamatur, sed de germano & genuino verbo loquitur, quod fidem Christi verā, non informem & Thomisticam doceat, sed Lutherana istam, videlicet solam fidem sufficere sine bonis operibus: & quod nihil quenquam damnare potest, præter solam incredulitatem, quia omnia peccata absorbetur à fide, & quod nullæ leges obligant Christianum quenquam: & quod nulla sit libertas arbitrij, sed diuina bonitas necessaria causa sit humanæ malitiæ, & mille articulos huiusmodi, quos papa, & papistæ per orbem totum, perperam conantur extinguere. Certè tali prædicatione certa est Ecclesia malignantium. Verum initio, quem non miseræ sortis nostræ miserescat? Quos tu velut margitas, & corebos irridas, & tuo lepidus arbitrato ludis. Dum per-

Quid sit secundū carnem viuere.

Lutheri.

Verba Lutheri.

& c.

& pium, quum prædicatio, quam prædicat A, vere sit & indubie falsissima.

Sed iam videamus alterâ partē. Si E. nesciat adhuc neq; quæ sint scripturæ veræ, neq; quæ sint vera Christianæ fidei dogmata: sed de sua salute sollicitus, audita Christi fama, velit eius fidē religionēq; cognoscere: tūc dico quod E. veniens in Ecclesiam. A. B. C. D. & audiens A more suo prædicantem talia, qualia solet, apud B. C. D. & videns B. C. D. assentientes, & asserentes hanc esse veram prædicationem. Primum si illa talia essent vera, tamē E. nō posset habere rem pro explorata, propterea quod au dierit A. B. C. D. nō esse nisi minimā particulā eorū, qui profitentur fidem Christi, nec posset ipsis solis auditis certus esse verum. A. B. C. D. aut veras scripturas profiterentur, aut veras vere interpretaretur. nec iudicare posset, virū id quod apud eos audiret verum esset euangelium an non: nec de tanta re tam paucis esset crediturus, nullo permotus miraculo. Ergo, quum E. postea, tot nationes christianas perlustraret, & quantum ad salutis necessitatem pertinet, vbiq; videret eandē fidē, eadem dogmata. Quum ex veterum sanctorū scriptis intelligeret, iisdem de rebus eadem sensisse constanter omnes doctores sanctos, quicunq; fuerunt à Christo passo, in hæc vsq; tempora: iam nō dubitaret E. si qua sit in terris ecclesia Christi vera, hanc esse cōgregationē quæ per Christum cepta, propagata per apostolos, edocta per sanctos, speciali Dei cura perpetuo, per tot secula permansit in vnitāte christianæ fidei. Ergo, si postea redeat rursus E. in Ecclesiam, A. B. C. D. & rursus audiat A. suo more, qualia solet, apud B. C. D. prædicantem, & assentem se prædicare verū, & genuinū verbū Dei: & illos omnes Christianos, quos E. in tot populis audiuit alibi, decipi prorsus, & errare dānabiliter: fieri certe non potest, quin E. quum videat ecclesiam. A. B. C. D. non nisi riuulum quendam esse, ab illa magna dimanantem, & nunc ab ea diuisam, & quum nō aliud quā scripturas admittat, alias tamen scripturas non habeat, sed aliter eas, contraq; tractet, quam tota illa, tot terrarum, tot ætatium tractet Ecclesia, & de earum sensu sibi arroget, contra tot ætatum, tot & tam doctos, tam sanctos interpretes, contra totius orbis Christiani consensum: quem consensum, ex scripturis iā didicit. E. spiritu Christi coalescere: quumque videat, E. apud A. B. C. D. maximis de rebus, multa perabsurda dogmata, nō solū ecclesiæ illi Catholice contraria, sed in publicos etiam mores perniciosissima, fieri, inquam, non potest quin E. certo sit intellecturus Ecclesiam. A. B. C. D. non esse Ecclesiam Christi, nec bonorū cœtum, sed pessimorum scurrarum gurgustium, & conciliabulum Sathanæ, & iam ex his interpretaretur, A. vel alpha esse hæreticorum, vel Antichristum. Sed nec fieri potest, quin, E. quum certo iam & pernorit Ec-

clesiam illam veram, quæ perpetua quadā ferie propagata est, ab ea, quam olim instituit Christus, & semper incorrupta mansit in fide stirpis, facile sit cogniturus, quantacunq; pars ab ea se diuulerit, ramum arefactum fore diuini spiritus expertem, qui nusquam manebit, nisi in sua vinea, in quantum lacumq;, recessis palmitibus, sit redacta. Ecce Lutherus, qui te tā impudenter exclamas Ambrosium demonstratiue conuincere, habes ne quicquam, quod hic possis hincere, quo minus te fatearis, tui generis demonstratione victum, ac reuictū euidētissime, probatumque nobis, & tuam ecclesiam conciliabulum esse Sathanæ, & promiscuam Christianorū multitudinem, vulgo notam, & sensibilem Ecclesiam esse Christi catholicam, cuius milites modo vincunt, modo vincuntur, dum adhuc ecclesia militat in terris.

I A M quum Lutherus tam pulchre pronūtiat de tot Christianis gentibus, quæ obediūt papæ, vt eas omnes asserat esse omnium celestissimos: nec dubitandum esse quin ibi ecclesia nō sit, nisi quis, vt ait, paruulos excipiat & simplices, libenter ab illo quæserim, vbinam gentiū sint illi grandes, & duplices, qui nō quā peccāt, quos verā vocat ecclesiā. Nā sceleratissimā plane, & Sathanæ synagogam esse, totam dicit Italiā, totā Angliā, Scotiā, Hiberniā, totas Hispanias, ac Lusitaniam, & vsq; ad suum euangelium, totam fuisse Germaniā. Nam has gentes omnes, satis constat reuerenter hactenus agnouisse successorem Petri. Nos tamen benignius sentimus de Saxonia, quam serpen-tisistius pestifer infecit halitus: Nam & ibi quoq; speramus, Deū reseruasse sibi gradium & sapientum septies septem millia, quæ non curuarunt genua sua ante Baal. Sed age, magna parte tēporis, quod Christi salutiferā mortē, & Lutheri mortiferū ortū intercessit, sitzæ nationes non faciebant maximam saltē partē ecclesiæ, dic quibus in terris erat ecclesia. Nam etiam si ecclesia non obligatur ad vnam partē terræ, necesse est tamen aliqua in parte sit. Certe, si in istis partibus terræ non fuit iamdiu aut mire pusilla fuit, aut nulquā fuit. Constat igitur, etiam si ecclesia non sit christianorū multitudo promiscua, sed bonorū hominū numerus, aut qui sic respicerint, vt nunquā denuo peccaturi sint, aut qui subinde resurgētes, subinde casuri sint: tātūper in ecclesia celsēndi, quā diu steterint eiecti quī ceciderint, recepti quī redierint, tamē ne sic quidē quicquā cōfecisse te. Nā, & horū certū est multo maximā partē, longo iam tēpore in his fuisse gentibus, quæ se dē Petri reuerētur vt matrē. Neq; enim vsquā est, aut diu fuit alibi, tantū populorū profitentū fidē Christi. Sequitur igitur, vt si nō hæ nationes sint ecclesia, saltem in his nationibus sit ecclesia, aut quod negari nō potest, multo maxima pars ecclesiæ. At hactenus in his nationibus, optimi quicq; maxime paruere pōtiffici, pessimi qui-

simi quicq; maxime rebellarūt pōtiffici, leges sanctissimi viri cōdidērūt, optimi quicq; maxime seruauerūt, pessimi quicq; maxime cōtēpserūt. Sacramenta cōcorditer venerabātur vniuersi, vix vnus, aut alter ē tot populis, in tot ætatibus exortus est, qui quicquā cōtra mutierit, & ijdē sempertorē, nobilisq; milicię. Quæcunq; ergo vera sit ecclesia, quæ quidē sit, aut fuerit, diu in his populis, qui maximū sunt in professione christianæ fidei, dogmatis aduersatur & semper est aduersata tuis. Quod si tibi parū videtur istud, quod plane tua plus quā pessumdat omnia, profer tu gentē aliquā, vbi vnquā in tot ætatibus, ante natū te, tuę probatę sunt hærefes. O tēde apud nos christianos, facer-dos nihil distarit à laico: apud quos Christianos, mulieres admittæ sint ad audiendas confessiones: vbi creditæ sint feminæ sacerdotes esse: & idoneæ quæ cōficerēt eucharistiā: vbi sit receptū, nullas leges obligare christianos, et mille absurditates eiusmodi. Quod si nō potes vt certe nō potes, nō est quod amplius argueris de ecclesia. Nā, quæcunq; tot ætatibus vera fuit ecclesia, siue illa fuit bonorū, malorūq; multitudo promiscua, siue numerus dūtaxat bonorū, siue in his regionibus quæ parent Romano pōtiffici, siue alibi vbi cunq; terrarū, semper cōtra te sensit illa, & tua dānauit insanissimā dogmata. Nā, quod ais papistarum esse figmentū, quod aliud sit iurisdictionis, aliud: fraternalis charitatis officium: & dicis euāgelij, & ecclesiæ nescire iurisdictiones (nā eas nō ais esse, nisi tyrānicas inuentiones hominū) certe nisi tu totus esses potiffici, facile cernereres nō esse prorsus idē iurisdictionē, & charitatis officij, etiā si verū est, nullā esse iurisdictionē christianam, quæ nō ex charitate sit instituta. Sed tamē multa potest, & debet præsentis autoritas, quæ sibi nec potest, nec debet arrogare, cuiusq; priuati hoīs charitas, alioqui si iurisdictioni nihil est oino, cur Paulus iurisdictionē exercuit? Cur hominē tradidit Sathanæ in interitū carnis? Cur planissime proponit. Qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit. Cur seruari præcipit, quæ tradidit ipse? Cur præcepit obedire præpositis? Cur ipse Christus obedire iussit Scribis, & Phariseis super cathedrā Moysi sedentibus? Cur ipse præcepit iurisdictionis exemplū, & flagello vendētes eiecit ē tēplo? Imō cur ipse turpiter dissimulas, inter ipsa verba Christi pasce oues meas, verbū esse, quod te cōfutat? Neq; enī ignoras, sed dissimulas turpiter esse in illa repetitione verbi ποιμαίνω, quod significat regere: sed quū istud nemo non videat, tibi satis est, si te dissimules cernere. Non opinor expectare quenquā, vt ad præclarā allegoriā tuā respondeam, qua scribis tria signa figurari, per duo capita vestitum, in templo Solomonis extra arca extantia: quippe quū nihilominus cōcinne potuisses, eadē figurare per duas Moysi tabulas, aut duo Moysi cornua.

I A M istud, nescio quāti facias ipse, quod bis

immittis in nos, nepe quod in simbolo confitemur, nos ecclesiā sanctā catholicā credere. Ex quo colligis, quū fides argumentū sit rerū nō apparentiū, si ecclesia creditur, & est materia fidei, nullo modo ecclesiā esse sensibilem istā bonorū & malorū multitudinē, quæ cuius apparet & humano sensu percipitur. Hoc telum bis in manū sumis: bis in torques fortiter: siue quod tibi videbatur splendidū, & quod contrectare delectabat: siue quod sentiebas esse tā obtusum, vt sepius oporteret incuti. Hac in re primum miror symbolū, quod vt est, ita debet esse magni ponderis apud omnes fideles, quicquam habere ponderis apud te. Nam symbolum cōstat opinō traditionē esse, nō scripturā: nā nec intra scripturā canonicā numeratur nec sanctorū patrū quicquā, quod scia, quū ei propositū fuisset aliquid probare scripturis, vnquā probauit ex simbolo. Quare, si tu Lutherus, qui toties aduersus traditiones exclamas qui te toties clamas nihil recipere præter euidentes scripturas, ecclesiā credis propter autoritatē symboli, manifeste profecto decedis de sententia, & traditionibus credis, nō scripturis. Nec istud eo dico, quod te hac in parte vituperē. Imo adeo laudo, vellemq; idem vt faceres sepius. Eset enim plaudendū, si incipias aliquando in melius esse mutabilis, qui quauis aura incertior, & quouis folio leuior, subinde te mutas in peius.

Sed interim, te quæso, quid lucraris in causa? Nam quum planum sit, aliam esse ecclesiā triumphantem in cœlo, aliam hīc militantem in terris: quid probasti tu, de hac? si articulus loquatur de illa: vt quum percensuisset quæ de diuina trinitate credenda sunt, & humanitate Christi: tandem speratum credendum premium proponat: credēdum etiam illud, quod alioqui certo sperari non possit. admonitos itaq; mortales, qui fidem profiteri velint vt indubitanter crederent ecclesiā fore catholicā, quæ sancta societate, remisissis peccatis, rediuita carne, redditisq; corporibus, vita frueretur æterna: Sed & in terris quoq; tāctū nō sit incertū quæ sit, aut vbi sit ecclesia Christi catholica, cuius consentientis autoritas certū quæq; facit & de scripturis veris, & de necessarijs articulis fidei, atq; ita certū sit istud, vt hac ratione sit ecclesia sensibilis: tamē & ipsa multis modis pendet à fide. Nam, etiā si sensui patet, quæ sit illa, quæ de fide consentit: sensui tamen non patet, hunc consensum, non humana conspiratione fieri, sed nasci, atque inspirari diuinitus: nam id, nemo nisi fide cōcipit. Iā quæ ecclesiæ corpus sit sensibile, tamē quod Christus eius mysticū caput sit, id quoq; nō sensus ostendit, sed fides. Quin & istud, quod quicquq; sanctus est in terra, pars est huius Ecclesiæ, quæ etiā hīc adeo sancta dicitur, non quod nemo sit in ea, qui peccat, sed quod nemo est in terra sanctus, qui nō est membrum huius ecclesiæ: istud in quā fide docemur non

falsè recitando deprauat, & contra sua verba tanquam aduersarij, potius nugatur, quam disputat. Ait nos, articulos fidei facere, ex quouis verbo patrum, nec pudet tam aperte mentiri nebulonem. Quis, tanquam necessariū articulū fidei, protulit vnquā tibi Luthere, vñ dictum cuiusquam patrum? Certe tāquā probabile proferimus, ac multo magis probabile, quā tuum, vel ob hoc, quod illis pietas aperuit oculos, quos tibi claudit impietas: Illi studuerunt intelligere: tu laboras intellecta corrumpere. Quod si qua in recōstet, veteres olim patres omnes idem sensisse: tantum bonorum consensum vni stolidissimo nebuloni nō dubitamus opponere, quando planum est, per illum spiritum eos idem sensisse, qui facit vnanimis in domo. Eodē modo nugatur, dum tenedia bipenniremin duo genera partitur, hoc modo.

Nā quid faciat impudens?

Lutherus quid antequam tribus interfit.

Verba Lutheri.

Vt falsus es miser fratercule.

Verba Lutheri. Verūque sunt ista, nūquāque non sunt scripta? Ne seui tūto pere bo-ne pater:

Si vsum vel auctoritatem hominum, que manifeste pugnat contra scripturas allegasset, quale est, inquit, quod stolidus rex producit, de altera parte sacramenti, anathema sit vsum, auctoritas, rex Thomista, satan, & angelus de celo.

Imo anathema sit iste abufor, exauctoratus fraterculus, Hulsista, Satanista, de tartaro, qui scripturam Christi sacram in sensum sacrilegum, aduersus Christi sacramēta detorquet: Et hominum bene dicta, male narranto deprauat. Nam quod hic vanissimus nebulos cupidus, ignoratione lectoris abuti, nihil ei proderit, quom ad locum fuerit peruentum, in quo videbis lector apertissimam nebulonis sycophantiam, qui regē fingit obijcere auctoritatem hominum, qui aperte obijcit auctoritatē spiritus sancti, non hominum.

Sin autem eum, inquit, vsum, vel auctoritatem hominū allegat, que non pugnent scripturis, non damno, sed tolerari volo. Hoc tantum adiecto, vt libertas christiana salua sit, & in arbitrio nostro sit ea sequi, tenere, mutare, quando, vbi, quomodo placuerit. Quod si hanc libertatem nobis captiuare volent, & necessarios fidei articulos statuere, anathema sit, qui hoc presumpserit, siue sit insulsus Thomista, siue stupidus papista, siue rex, siue papa, tale est, quod dominus noster rex vrget, pro articulis fidei sua sacramenta confirmations, matrimonij, ordinis, vñctionis, & mixtura aque in vinum.

Expende lector ea, quæ scripsit rex de sacramentis istis, & facile videbis, ac ridebis improbam nebulonis calumniā, qui nihil omnino respondens ad ea, quæ rex probauit, tantum mentitur regem obieciſſe auctoritatem hominum, pro quibus allegauit princeps auctoritatem sancti spiritus. Contra cuius ordinem qui recalcitrar, ac sacramenta, quæ Christus in sacrosancta consecrauit ecclesia, blasphemar, anathema sit, qui hoc presumpserit, siue sit insulsus satanista, siue stupidus potista, siue frater, siue apostata.

Pulcherrimè declarat, quā incepte, imo quā profus amenter Lutherus aduocat atq; applicat scripturas.

CAPVT XII.

Sed nunc operæ precij est videre, qui nihil admittit præter scripturas, & easdem etiam euidentis, quā pulchre scripturas proponat ipse, quas euidenter quisquis videat neq; cælum (quod aiunt) neq; terrā attingere.

Nobis, inquit, aduersus has stipulas, & stuppas Thomisticas, plusquam nimis sunt diuina fulmina, vbi Christus Matthæi. 15. decernit, super omnes traditiones hominum, dicens. Sine causa colunt me doctrinis, & mandatis hominum. Quid est vniuersa fex huius laruati Thomista aduersus vnam hanc vocem Christi, vt alia plurima transcam alias memorata? Si frustra necum est quicquid hominum mandatum est, qua fronte stolidus rex, nobis articulos fidei ex eo faciet? Itaq; hac sola voce Christi, prostratus iacet, infelix & miserabilis defensor Ecclesia Henriciana, cum toto suo libello.

CVIVS expectationem non superat impudens istius nebulonis stulticia, qui Christi verba illa, sine causa colunt me doctrinis & mandatis hominum, fulminat, videlicet homo nugax, & Antichristus, aduersus eū, qui dixit, ac probauit, sacramenta traditiones esse Dei, non hominum Et tam impudentis amentie cōiuctus, iā velut victor ac triūphator exultās,

Hac, inquit, sola voce Christi prostratus iacet infelix & miserabilis defensor ecclesie Henriciane cum toto suo libello.

Et ista præ furore clamat Lutherus, conscius interim sibi, neminē non videre tam stolidè citata scriptura, quam turpiter prostratus iaceat, infelix & miserabilis impugnator Ecclesie catholice, cum toto suo stolidissimo ce rebello. Quod cerebellum tam stupidum est, vt in ea re in qua stultitiam eius omnes rident, adhuc se putet perquam festiue ludere.

Vbi estis, inquit, domine Henrice, producite vestrum egregium contra Lutherum libellum. Quid asserit dominatio vestra, septem sacramenta, Quibus doctrinis, Dei an hominum. Audiatur ergo Thomistica vestra dominatio iudicium, non Luthevi, sed eius, quem tremunt cardines orbis, frustra colunt me doctrinis hominum.

VIDISTI lector aliquando cæcū, qui pugno se cuperet irritatus vlciſci? Verum vt scire possit, quam in partem dirigat ictum, elicit ab aduersario vocem, quam prolata protinus prosequitur verbere, nisi citius alter se subduxerit, q̄ vt à cæco possit attingi. Hūc cæcum mihi videtur agere Lutherus, sed ita, vt nemo vnquā magis egerit ridicule. Nā quū rex appellatus eius respōdet ad dextram, ille contra ictum projicit in

Verba Lutheri. Quā sobrie semper loquitur hic pius pater.

Verba Lutheri.

Quin tu os istud impium abstines à fide Christi.

In quorū gratiam Lutheri neget sacramētū matrimo-nij.

videlicet saluator camel.

Verba Lutheri. Istic vester filius est domi-ne frater

projicit in sinistrā. Itaque, specta quæso, quāmfestiuiter Lutherus hunc ludit ludum. Cogitannunc videre te illum, obcæcatis oculis intantum stare, ad ingerēdum colaphum. Vbi estis, inquit, domine Henrice? Hic in proximo. Adhuc inuitat, vt accedat propius, nēpe vt feriat certius. Producite, inquit, vestrum egregium contra Lutherum libellum. Produco. Adhuc propius. Quid asserit vestra dominatio: an septem sacramenta? Assero. Adhuc propius paululum. Quibus doctrinis? Dei an hominum? Dei. Iam ferendi certus scilicet, en quāmfestiuè librat ictum. Audiatur, inquit, ergo dominatio vestra. Frustra colūt me doctrinis hominum. Spectatum admisi risum teneatis amici, qui videtis hunc cæcum inscium, quāmfestiuè aberrarit in diuersam partem, sic exultare præ gaudio, vt compos non fit sui, quasi egregium colaphum infregerit aduersario?

Eat, inquit, nunc dominatio vestra, & doceat dominationes papales hanc frustraneam fidem, & religionem, eamq; sicut optime notū, strenuè defendat. Verum ab Ecclesia Dei, os vestra dominationis impurum, & sacrilegum abstinet, qua non nisi verbum Dei admittit.

IMO reuerende pater potator, eat dominatio vestra, & dominabus fororibus, quibus prædicatis confidenda virorum peccata, prædicare perfidam fidem vestram, & religionem ruris Bohemici, vbi matrimonium nihil est aliud, quā crescere & multiplicare, & tanquā canes cateratium coire in Ecclesia. Hæc est ecclesia, in cuius gratiam vestra paternitas, quæ procul exulat à Christi gratia, negat matrimonium esse sacramentum, & ei profus tollit omnem gratiam. Hanc Ecclesiam indicat vestra paternitas, Ecclesiam Dei: & per os illud impurum, & sacrilegum, veram Ecclesiam Christi blasphemar, & verbum Dei labijs mædacio pollutis, cōtaminat: & illa Christi verba, Frustra colunt me doctrinis hominum, velut fulmē & tonitru, aduersus eos iaculamini, in quos non misit Christus, ita fulminatis & intonatis fictitijs fulminibus, & tonitribus aduersus regem, vt olim simili præstigio Cacus aduersus Hercule. Quamobrem seposito reuerēter fulmine Dei, dominatio vestra, quæ Caci pygantis in morem, fictile fulmē efflauit, digna profectō fuerit, in cuius os impurū, & fulminibus efflādis patulū, Cacus debeat aliquis incicare.

Lepidè resellit insulsus Lutheri lemma impugnantis diurnitatem fidei catholicae, illata pariter diurnitate & superstitionis iudaicæ, Turcarum, & Gentilium.

CAPVT XIII.

Sed postquam ita fulminauit scripturis: illico ratione pugnat haud minus coruscā. Ait enim.

Verba Lutheri.

Denique adeo stultum est hoc regis propositum,

vt & cōmuni hominum sensui repugnet. Quis enim non rideat, pro fide nostra christiana nihil asseri roboris per tantos Sampsonas, nisi longitudinem temporum, & multorum hominum vsum? Quæ ratione probabimus Turcarum fidem esse erroneā, qua iam ad milleſimum fere annum durat, ante ortā quāmf Germania ad fidē cōuersa est? An hoc satis est, quod dum per interualla terrarum fenotū, non cogimur cum illis disputare, interim in nostris angulis, quicquid visum fuerit, licet nugari? Sic & Iudeos quis non merito iustificet, huius inuicti Thomista exemplo, cum tanta nos superent longitudine temporum? Et cur gentes per orbem nouum, Christi fidem nō dicuntur, aut hore Henrico Anglie meritis fuisse persecutas, cum idololatria eorum hoc pulcherrimo, & Thomisticissimo argumento, recta & sana fides censeretur debuerit, quod tot millibus annorum, tot regionibus populorum, tam cōstanti vſu firmabatur? Atq; eodem Henrico magistro etiamnum asseramus impiorum hominum errores, esse sanam fidem, quod ab initio mundi illorum superarit multitudine, et diuinitas, & potentia piorum paucitatem & ignobilitatem. Summa. Si hominum dicta valent articulos fidei, cur nō & mea verba faciūt articulos fidei? An ego nō sum homo? Quin noua regis sapientia, omnes homines omnium hominū verbis credere cogamus. Et ipse rex quoque, vt leuetur cura scribendi, sequatur suum principium, & dicat, Homo sum, qui sic loquor, ergo oportet sic esse, nō potest aliter esse. Stulta, ridicula, & verissime Henriciana & Thomistica sunt hæc, quasi res spiritualis metienda sit præscriptionibus temporum & vſu, aut iure hominum, ceu fundus aut pratium aliquod sit.

ECCE lector inuincibilē rationē, quāmf magnificis verbis, quāmf Phormiana fiducia phaleratā, cuius summa est: publica Turcarum fides, per aliquot ætates, & gentilium per aliquot annorum millia perdurans est erronea: & item Iudeorum: ergo & Ecclesie catholice fides publica, per quātumlibet multas ætates continuata, potest esse erronea. O acumen Iudeis, Turcis, & ethnicis plaudendum: Sed quod Christianorum quiuis vider, obtusius esse pistillo. Nam quum infidelium supersticio regatur à diabolo: & ecclesie catholice fides à Deo: hæc est nimirum argumentatio reuerēdi patris, fides populi spiritu mendace gubernati, potest esse fallā: ergo etiam fides populi gubernati spiritu veritatis potest esse fallā. Hæc ratio talis est, & tam fortis Achilles, vt ego nō audeam congressi: Hac ratione, planē prostrati iacet omnes defensores Ecclesie. Illa tamen ratio, quam subiungit Lutherus, & argumentatur è simili, aliquanto est imbecillior, quum ita quæredō colligit. Si hominum, inquit, dicta valent articulos fidei: cur non & mea verba faciūt articulos fidei? nunquid ego sum homo?

Huic argumento saltem responderi potest: Nō inij quod

Rectè mēturus es in caput tuū.

Quia tu omnem fidē merito perdidisti. An te credis ignorari qui sic cōtra tua signēta blateras?

Non scis hanc disputādi formā pater arguator.

Vix, aut certe nōquam.

quod reuerendus pater non est homo, quia nullus asinus est homo: quum ille verè sit asinus, qui adhuc non intelligit, aliud esse hominum dicta, qui ex se loquuntur, aut (quod ille facit) loquuntur ex diabolo: aliud, quod Ecclesia Christi loquitur, quæ loquitur ex Spiritu sancto. Non estis, inquit, vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Alioqui quoniam Paulus erat homo: iam nisi Lutherus esset asinus, videtis planè confessequi, ex asinino Lutheri lemme, quod æqualis authoritatis esset Lutheri verbu, cum verbo Pauli. Sed hoc tamè loco, à solito sibi more deflexit. Consequit enim, quicquid potest obijci dissimulare totum, & præterire silètio. Hic verò, sibi confusus, ausus est id commemorare, quod sibi videbat obstare. Quod eum facillè videtis nunquam fuisse facturum, si non habuisset in promptu machinà, qua posset obicem illu protinus amoliri. Audiamus igitur, quid ait.

Verba Lutheri.

Si dixerint, inquit, suam præscriptionem in hoc differre, ab illorum præscriptione, quod papistarum sit ex Spiritu sancto, illorum ex hominibus.

Turca Lutheri fidei iudex.

Hoc planè dicimus Lutheri nos, quos tu papistas vocas: sed Ecclesiæ fidem ex Spiritu sancto, Turcarum non ex hominibus, sed ex diabolo: quid tu nunc ad ista respondes? Ridebit hoc, inquit, Turca. Ain verò? & tu, religiose pater, habes pro ridiculo quicquid ridebit Turca? Tam belle tuæ fidei, cù Turcæ fide convenit? O Christianu pectus: qui nihil probat, nisi quod Turca comprobat. Nunc video, quare sacramenta subsannas, videlicet ne Turcis videre non satis sapere. Ideo panem restare vis, & vinu in Eucharistia, ne te Turca derideat. Eadem ratione, propediem corpus, & sanguinem ibi negabis in totum: quod alioqui certum esse fidem tuam non posse te satis probare Turcis.

Non dissimile verò.

FIDEM, & religionem reuerendi patris, abundè iam vides lector, quum videas ad quam normam, fidei cõponat articulos: vide nunc isti religioni planè parem sapientiam.

Verba Lutheri.

Dicet, inquit, Turca tibi: quum tu hoc asseras absque scripturis, & sine signis, mera hominum auctoritate, nihil magis efficit, quàm si ego meã quoque fidem esse ex Deo dixerò. Et qua facilitate tu meam contemnis, & ego tuam contemno: & qua auctoritate tu tuam probas, ego meam probò. Quid hic, inquit, fiet? nisi vt moriones etiam intelligant, Henricianos Thomistas, pro sua insigni inscitia, fidem nostram ludibrio exposuisse, & omnem gentium impietatem stabiluisse, dignos quibus os, lingua, & manus præciderentur, ne in æternum aliquid, aut dicerent, aut scriberent.

Tu verò dignus es cui & lingua excutietur, & excutietur detes.

DIXI ne diuinum prorsus esse hominis istius ingenium, qui viderit, quid Turca dicturus sit aduersus eos, qui fidem Ecclesiæ proponerent absque scripturis? Nam si quis asserat

aliquid ex scripturis, tunc facillè videt reuerendus frater, nihil habiturum Turcæ, quod contra possit hifcere. Ita semper consuevit scilicet scripturis Christianorum credere, præsertim si quis eas alleget ita comode, sicut solet iste reuerendus pater. Etenim quamquam alleganti consuetudinem nostram, Turca non dubitaret allegare consuetudinè suã: tamen alleganti scripturas nostras, nõquam aunderet scilicet allegatæ scripturas suas, & aduersus euangelium obijcere Alchoranum: non quin præferat Alchoranũ Machometi Euangelio Ioãnis, quod à nobis ait esse vitiatu: sed ne pudefaceret reuerendum patrem, hominem suæ fidei consonum apud papistas, qui fuerit tam solidus, & asinus ipsa asinitate asinior, vt crediderit Turcam crediturum esse scripturis Christianorum. Iam quicunque scribit, quod Turca riserit, hos reuerendus pater zelator fidei dignos clamat, quibus os, lingua, manus præciderentur, ne quid in æternum aut dicant aut scribāt. Quis illum contra non dignum putet, cuius os aureum, & lingua melliflua, ipsum suadeat domicilium, nunquam conticefcant, & manus eius subseruiens aureis ornentur annulis, vt semper aliquid aut dicat, aut scribat huiusmodi, quod miseris mortales inter erumnas & labores exhilaret, ac relaxet risu? modo sic vsquam abesse impietas, vt adest vbique stultitia. Sed tamè admiror, quo pacto hoc acciderit, vt homo natura clemens ac placidus, hoc loco præter morem suum, sic exandefcat inclementer, vt os, lingua, manus præcideret vellet omnibus fidelibus, quicunque dicant aut scribant quicquam, quod tanquam stultum rideant infideles. Nec interea quicquam aut linguæ, aut digitis Pauli prospexit Apostoli, qui se fatetur, non tantum aliquid prædicare, quod stultum videatur gentibus, verum etiã nihil prædicare præterea. Nos, inquit, nihil prædicamus aliud, quàm Iesum Christum, Iudeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. At id quod in Luthero sequitur, haud facillè dixeris, magis ne stultum sit, an magis impium.

O prudētia venerabilis patris.

Incomitū patris venerabilis.

Quam paru perפי cax estis vbiq; domine fratres?

Verba Lutheri.

Sed hoc agit, inquit, inquietus Satan, vt nos à scripturis auocet per sceleratos Henricos, & sacrilegos Thomistas, & fidem nostram super hominum mendacia collocet. Neque enim iam scriptura sancta opus est, si sufficit nouis hominum dictis, extra scripturam roborari.

SAGACIAM esse putas Lector, quòd Sathanæ propositum Lutherus deprehendit? stupidiior est, quàm qui tatum possit. Sed diabolus ipse dixit. Neque enim intumior Christo fuit eius Euangelista Ioannes, quàm internus est Sathanæ ipsius cacangelista Lutherus, qui nõ vna cœna, sed diebus ac noctibus incubat, super pectus diaboli, imò diabolus nõ incumbit, sed infigitur ipsius pectori. Alioqui nõ potuisset tãta cum auctoritate pronũciare, quòd fides catholica de sacramentis super hominum mendacia

mendacia collocetur: quanquam iam euicit, ne collocari possit super spiritum sanctum, nisi quatenus id probatur apertis scripturis, videlicet ne id non approbet Turca, qui nihil admittit absque scripturis nostris. Cæterum prolara scriptura Christianorum, protinus Turcæ sese sentit & fatetur victum. Qua in re si Lutherò nõ credas, paratus erit iusturandum dare: Turcarum quælibet omnia Christianorum sacramenta, articulos omnes fidei Christianæ, quatenus probari possunt scripturæ Christianæ testimonijs, non minus credere, ac venerari, quàm credit, ac veneratur Lutherus ipse. Neminem ego certè credo tam incredulũ, qui itud Luthero non modo iuranti, sed vel iniurato non sit crediturus. Verum sine scripturis neque Turca quicquam credit, neque Lutherus: ita ipsi inter se belle conuenit. Quam in rem hanc pro se rationem reddit: quod iam scriptura sancta non esset opus, si sufficiat nõuis hominũ dictis extra scripturam roborari. Hic cogit me reuerendus pater addubitare, an quisquã sit vsquam Turca tam stultus, vt dignetur hac sane parte, focius esse Lutheranæ stultitiæ, qui non videt, cuiusmodi sit ista consequentia, Ecclesia Christi gubernata spiritu Christi, tradita certa fide, seruat Christi sacramenta: ergo Ecclesiæ Christi nihil opus est scripturis. Si Lutherus fuisset Euangelistarum temporibus, hac ratione deterruisset eos à scribendis Euangelijs. Nam si tam ea, quæ audiebant homines, ab hominibus tradita credebantur illis, qui ea narrabant à Deo: atq; ita fidem faciebant audientibus, quid opus foret, Euangelistas, eorum quicquam scriptis comprehendere? An ideo videlicet, quia Christus, qui hæc operabatur in Ecclesia sua fidem, aut aliquando foret prorsus deserturus Ecclesiam, aut fidem, quã sine scripto fecerat, sine scripto conseruare non poterat: quum ipse priusquã nasceretur, legem promississet semet in scripturam cordibus: & in carne natus, cum Ecclesia futurum, vsque ad cõsummationem seculi? Hac ratione non puto, futuros fuisse sic deterritos Euangelistas, vt fuerint superfluari à scribendis Euangelijs. Imo & alia multa, & hoc fortassis etiam respondissent. Nunquam defuturum quidem Ecclesiæ suæ Christum, cum qua se promissit ipse, ad finem vsque seculi permanfurum: Nunquam defuturum spiritum paraclætum, qui Ecclesiam ducat in omnem veritatem. Ita vera sacramenta, nec veros articulos fidei vllò vnquam tempore perituros Ecclesiæ catholice: nec errore in rebus tam necessarijs exoriurum, quòd sponfæ spem, ac fidem in ipeicis inanes auocet, atq; deuertat à sponfo: etiam si ipsi nullam vnquam literam scriberent, se tamen haud frustra scripturos esse: etiã si omnibus omisis articulis, & sacramentis fidei, quæ Deus sine scripto, & doceri fecerat, et erat seruaturus, vitam Christi, ac miraculorum partem aliquam, atq; è tam multis aliqua com-

Id nõ est difficile.

Christi certissimi pollicium.

Cacangelista Lutherus.

plesterentur, quæ Christus docuit, ad formandos in grege suo mores, ac virtutes dignas Christiano pectore.

DEINDE cuius impudetiæ est, appellare Ecclesiæ sacramenta noua dicta hominũ, quum illa præter Lutherum dubitet nemo, ipsi esse euangeliorum libris antiquiora? Ita sacramentum Ordinis vocauit nouum. Nouum dixit, quòd panis credatur in carnem versus, & vinum in sanguinem: & illud ait natum esse in tra annos trecentos, quum rex hominis impudentiam, vetustissimorum patrum testimonijs, pulcherrimè redarguit in vtroq;: nec minus in cæteris sacramentis omnibus.

Rursus ostendit, quàm absurde Lutherus torqueat scripturas, quibus probare conatur, nihil certo credendum quod probari non possit evidente scriptura.

CAP. XIII.

SED IAM rursus reuertitur ad scripturas: & noua præfatione anathema creat, ac maledictum, os eius maledicum & maledictione plenum, si quis aliud ponat fundamentum, præter id quod positum est. Quasi id quisquam faciat, præter ipsum, qui Christianam fidem conatur, postis fundamentis suis, è fundamento, quod est Christus, euertere. Sed age, videamus quale fundamentum, quàm aptè concinnet ad ædificium suum.

Ea sunt Lutheri frequentissima argumeta.

Paulus, inquit, 1. Corinth. 2. magna sanxit auctoritate fidem nostram, oportere niti in verbis Dei, vbi dicit, Sermo meus, & prædicatio mea: non in per sua sibilibus humane sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis fuit, vt fides vestra nõ sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

Verba Lutheri.

QUIS audiuit vnquam morionem tam nihil coherentiã, tam nihil ad propositu producere: ita satis putat dicere, quicquid ei venit in buccam: tantum cauet, ne taceat. Probaturum sese iactans, nihil auctoritatem obtinere certam, præter scripturas, producit illud Apostoli: nemo potest aliud fundamentum ponere, præter id quod positum est. Quasi id fundamentum, quod positum est, esset scriptura, & non quod Apostolus illico subiungit, Iesus Christus. Et tibi suis anathematis, ac maledictis subtracto Christo, nititur nos adigere, vt scripturam credamus illud esse fundamentu, non Christum: Aut idem esse scripturã quòd Christum: tanquam idem sit liber de Cæsare scriptus, quod Cæsar. Deinde, quum nemo neget innitendum esse verbis Dei: sed ex his dicamus, aliud esse scriptum, aliud pari auctoritate non scriptum, & vtriq; pari fide credendum: quorum ille tacite contemnit alteru, alterum contemnit aperte: ille velut rem magnam producit, ad falcendum Dei verbu, illa verba Pauli, quæ ne verbum quidem vllum faciunt de verbo Dei, sed de ostensione spiritus & virtutis Dei.

Quæ egrè Lutherus intelligat verba Pauli.

Dei. Et iam, velut re gesta strenue, conuictijs inuadit regem: quod fundat humanæ sapientiz persuasibilia verba. Quasi ipse toti terrarū orbi miraculis inlarescat, quibus an suam prædicationem approbarit Bohemis, adhuc non audio: sed persuasibilia humanæ sapientiz verba, nemo illi (quod sciam) potest imputare, à quibus nullus abest morio longius, quod quo longius progreditur, eo reddidit manifestius.

Verba Lutheri.

Proinde nos, inquit, nostra Ecclesie defensori adheremus, qui dicit Matth. 16. Edificabo Ecclesiam meam, non super longitudinem, neque super multitudinem hominū, neque super oportet sic esse, neque super vsum, aut dictum sanctorum. Denique nec super Joannem Baptistam, nec super Eliam, nec super Hieremiam, aut vllum ex prophetis, sed super solam & solidam petram, super Christum filium Dei. Hoc est robur nostra fidei, hic tui sumus aduersus portas inferi. Hic mentiri & fallere non potest. Omnis homo mendax. Et sancti cum extra hanc rupem agunt, aut dicunt, homines sunt, parvissimum: & solum ac certum verbum Dei, nostra fidei supponendum est. Si quis, inquit, loquitur quasi sermones Dei, Et omnis prophetia sit analogia fidei, Rom. 12.

Cur ergo tu vtrūq; facis?

V. I. D. E. que, vel ex hoc loco lector: quom perducit impius, probaturus nihil esse credendum, præter evidentem scripturam. Allegat istud: quod Ecclesie fides ædificata sit, super solum Christum, & inde concludit, solum Christi verbum esse credendum. Quod, ne quis interpretari possit ita dictum, tanquam nihil credendum sit, nisi quod scriptura sacra complectitur, propterea quod nullū aliud verbum dicat certum esse, quod dicatur à Deo, sensum istum planè tollit ipse fidem auferens, non solum Ecclesie consuetudini, & vniuersis antiquis patribus, sed nominatim quoque Ioanni Baptistæ, Helie, Hieremie, & cæteris prophetis omnibus, & rationis suæ consequentia, omnibus profusis Apostolis, Hæretico Fausto longo intervallo deterior, qui ex illo Christi verbo, omnes qui ante venerunt, fures sunt & latrones, Moſen & prophetas omnes habuit pro maleficis. Hic verò fidem abrogat, & antiquæ legis & Euagelij proceribus profus omnibus nihil relinquit certum, nisi fortè quæ legitur Christus ipse dixisse, idq; tam evidenti sententia, vt nulla possit in verbis esse controuersia. Nam cæteris vniuersos rejicit, tanquā dubios, quod & mentiri poterint, quom essent homines, & incertum putat esse, quom illa scriberet, in petra ne, an extra petra steterint. Vides ergo lector, hominis impietatem summam, qui suas hereses, quā sciat omnium sanctorum testimonio planè damnatas esse, nihil agit aliud, quam vt vicissim sanctorū omnium auctoritatē tollat, Christo paulisper deferens, donec ad plenum perueniat iniquitas: tum eius maiestatem recta proculdubio temeraturus, quam interim quoque oppugnat obliquè. Nam si sic mendax

Impia arrogatia Lutheri, Faulti error.

Quotū videatur euasurus Lutherus

est omnis homo, & tam incertum, an quæ sancti locuti sunt, aut scripserunt, fecerint illud stantes in petra fidei, vt etiā dubius auctor sit Helias, Hieremias, & Ioanēs Baptista: certè sequetur, vt dubius itidem auctor sit Ioannes Euangelista. Nam eodem omnino spiritu & illi loquebantur & iste. Sed nunc vicissim vide mirificā Lutheri stultitiā. Nam postq; id probauit, quod nullus vnquam negauit, Christum Ecclesiam suam fundasse supra petram, à qua petra (quod nemo nescit) in barathrum Lutherus excidit, rursus ex eo, quod Christ' vnus est fundamentum, probat solam scripturā esse fundamentū: quasi verbum Dei vnigenitum, sit verbum quod libet, in sacris literis præscriptum. An nō isti necesse est, aut nihil esse frontis, aut nihil esse cerebri? Et tamen quom illud comma clausisset, illo Pauli verbo: si quis loquitur quasi sermones Dei, Et item illo, omnis prophetia sit analogia fidei, quorum neutrum quicquam ei dicto cohæret, cui vtrunque subneçit, iam velut acie proſtigata suam sibi victoriam buccinat.

Imo vniuersus deſilij.

Homo victorie audius, Verba Lutheri.

Hæc sunt, inquit, robor a nostra, aduersus que obmutescere coguntur, Henrici, Thomisæ, papisæ, & quicquid est fecis, sentina, & latrina impiorum, & sacrilegorum eiusmodi. Neque habent, quod possint hic respondere: sed consuli & prostrati iacent, à facie verborum istius tonitruū, & expectamus quoq; quid aduersus hæc mutire audeat rex nugigerulus iste, cum omnibus suis sophistis. Stat enim fixa sententia, fidem non deberi, nisi certo verbo Dei, sicut dicit Rom. 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, proinde quicquid vltra verbum Dei producit, hoc nostri sit arbitriū, ceu dominorum, credere, non credere, dānare, probare sicut scriptum est, omnia vestra siue Apollo, siue Cephas, siue Paulus, vos autem Christi.

At tu magis gnorum seclerū ne dum nugarū fator es,

Et quis critiudex quodnā id verbū sit: Lutherus, an ecclesia catholica?

Redi in memoriā patet bone.

Consideremus lector, quorsum tendat hoc totum Lutheri fulmen & tonitru: Christus ædificauit Ecclesiam suam super se. Si quis loquitur quasi sermones Dei: omnis prophetia sit analogia fidei: fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, quid ex his omnibus tandem conficisti Lutherus? Hoc, inquit, confeci, quod stat fixa sententia: fidem non deberi nisi certo verbo Dei, et proinde quicquid vltra verbū Dei producit, hoc nostri sit arbitriū, ceu dominorū, credere, nō credere, dānare, pbare.

V. I. D. E. iam, quā egregius fulminator ac tonitor sis, cui si quis hæc concedat omnia: tuum tamē fulmen ac tonitru neminem profus attingeret, præter te. Te verò totum, tanq; Semelem subito persaret incēdio. Rex, si potes meminisse (nam nullus lupus magis obliuiosus est, si toties obliuisceris, quoties ad ea, quæ te maxime tangunt, nihil omnino respondes) verbū Dei probauit aliud scriptum esse, aliud non scriptum, sed vel ab Apostolis tradita quædam, vel à Christo Ecclesie suæ dicta diuinitus.

Aduerte lector.

Quid ni quū iam cōtēptor Apostolum.

Verbum dei ecclesie certū Lutheri quoq; cōfessione.

Vix fieri potest: vt peior euadat.

At Lutheri opus est euadere scripturam, vt cui Deus ne-

diuinitus. Multa itaq; scripto comprehensa, & multa adhuc nullo esse scripto comprehensa. Sacramenta septem, et reliquos articulos fidei, partim scripto, partim non scripto, sed tamen Dei verbo fulciri: vtrumque verbum ex equo verum, ex æquo certum, ex æquo venerabile. Hæc si vera sunt: quanquā cætera omnia concederentur (quod tamen non conceditur) tui esse arbitriū, in quibus credendis, non credendis, damnandis, probandis, posses tanquā rex, ac dominus regnare: tamen de sacramentis interim, & publicæ fidei articulis, nihil profus quicquam confecisses, nisi aut ea, quæ dixi, falsa sint omnia, aut aliqua saltem pars. Negabis ergo aliud Dei verbum scriptum esse, aliud non scriptum, & contra Euangelistam contēdes scripta esse omnia: contēdes nihil omisissum, saltem à necessarijs articulis, quom præcipuum Euangelistam videas præcipuum omisississe sacramentum? quom Paulum audias, pleuraque sine scripto tradidisse: quom Iacobus clamet Apostolus: Suscipite inſitum verbum dei, quod saluare potest animas vestras: quom scriptura testetur: Vnctio eius docet vos? Negabis vtrumque ex æquo verum, & scriptum verbum & non scriptū: quom sit vtrūq; Dei? Sed negabis videlicet verbum Dei, quod scriptum non est, certum esse cuiquam posse, vel cognitur. At ipse iam olim fallus es, hoc Ecclesie datum esse à Deo, quod potest discernere verbum Dei, à verbis hominum: Ergo cum vtriusq; generis verba Dei sint, & scripta videlicet, & non scripta: potest Ecclesia per te quoque in vtroque genere verba Dei discernere à verbis hominum: Ergo per te quoque, verbum Dei non scriptum certum est à verbis hominum. Nec est causa, cur certior esse possit Ecclesia Christi hodie, quare Euangelij Ioannis iam olim scriptum, sit Ioannis, quom quare quoduis sacramentum habeat gratiam ex verbo Dei non scripto: quod si neges Ecclesiam Catholicam, quam tu vocas papisticā, hoc habere, quom aliquam Ecclesiam hoc habere fatearis: profer aliquam præter hanc, quam appellas papisticam, quæ verba Dei non scripta discreuit à verbis hominum, Imo profer aliquam præter hanc quæ tibi, non dico maiori bustuis, sed tibi discreuit verba Dei scripta à scriptis verbis hominum. Sed ne te, nimium tuis verbis vrgēdo, reddam deteriorem: & te, quod semper soles, reuocare cogam, quicquid dixisti bene: omittito, quod tu concessisti: quero, quid ad illud dicis, quod confessus Petrus Ecclesie nomine, Iesum esse Christum filium Dei viui, protinus audiuit à domino: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cælis est.

A G E Lutheri, hoc verbum, quod confessus est Petrus, quibus evidentibus scripturis didicit: quom nec vlla scriptura Iudæos, satis euidentem docere poterit, nec Petrus idio-

illud certè, quod confessus est, Christus eum dicit, nō scripto verbo foris, sed patris interius infundente se spiritu didicisse. Non fuit ergo certus, hoc verbum esse Dei: propterea quod quod affers: ergo fides ex auditu: quæ so te, an non intus audiuit Petrus quod intus locutus est Deus? An dūtaxat auditur, quod scribitur? An prius quam scripta sunt Euangelia, Christiani non audierunt Apostolos? Ecce iam nugigerule Lutheri, quom nihil opus est, ad ista tua præclara robor quonquam respondere, quæ citra nostræ causæ præiudicium, citra vllum commodum tuæ, licet vniuersa concedere. Tam acer es Lutheri disputator? tatus fulminator es, tam terribilibus intonas tonitribus? Reponatur igitur ab ore sacrilego, in Is diabolici tonitru nō diuinum habuit.

Scriptum est, inquit, omnia vestra, siue Apollo, siue Cephas, siue Paulus, vos autem Christi. Si solus Christus sumus, quis est stolidus rex, qui stis mendacijs nos papa facere molitur? Nos non sumus papa, sed papa noster est. Nostrum est non iudicari ab ipso, sed ipsum iudicare. Spiritus enim à nemine iudicatur, & ipse iudicat omnes: quia verum est. Omnia vestra, etiam papa, quanto magis sordes ista, & labe hominum Thomisæ & Henrici.

DISPEREAM, si phrenetis ipsa, tam phrenetica sit, aut furor ipse tā furiosus: quom sit istud lepidum Lutheri capitellū. Papa noster est, inquit, ergo nostrum nō est ab ipso iudicari, sed ipsum iudicare. Eadem ratione, medicus noster est, ergo non est nostrum ab ipso curari, sed ipsum curare. Et doctōr discipulum est, ergo nō est ipsorum ab illo discere, sed docere eum.

I A M quod ait nostrum est, non iudicari à papa, sed ipsum iudicare, Quid sibi vult illud nostrum est, an vniuersorum dicit? an singulorum? Si vniuersorū dicit, nihil pro se dicit, quia vniuersitas Ecclesie pro papa est, aduersus illum: at in sacramentorum causa multo minus iuuat illū, vbi & populus, & papa tam præsentis, quom præteriti, sunt pro sacramentis aduersus illum. Sin singulorum est, iudicare de papa, de sacramentis, de vero sensu scripturæ sacræ, iam quom ex tot iudicijs, vnus prope Lutheri iudicium sit ex altera parte, quæ prærogatiua debet eius vnus calculus, cæterorum omnium calculis præponderare? Quia spiritualis, inquit, à nemine iudicatur, & ipse iudicat omnes: quia verum est omnia vestra sunt, etiam papa. Non videris tibi lector, audire deliramenta? Solus Lutherus ergo spiritualis est? aut solus papa non est spiritualis? vt aut Lutherus omnes possit iudicare, & iudicari profus à nemine: aut papa iudicari debeat ab omnibus, & iudicare neminem? Quæ non delectes

garit spiritū suū.

Verba Lutheri.

Imò tu stolidi fraterculi mētium in regem.

Tu Sathana nista & heretice.

Potius omnium calculi damnari

delectet hominis tā suauiter infanientis amētia, qui se nō videat, quicquid eblaterat in papam, idem etiam eblaterare in Petrum ipsum, ac Paulum? Nam omnia, inquit, vestra sunt: non dicit papa, sed Apollo, Cephas, & Paulus. Quamobrem sicut Lutherus ait, nos non sumus papæ, sed papa noster est: nostrum est ergo, nō iudicari à papa, sed ipsum iudicare, quia spiritalis omnia iudicat, & iudicatur à nemine: Ita necesse est ei dicere, nos non sumus Petri aut Pauli, sed Petrus & Paulus nostri sunt: nostrum est ergo non iudicari à Petro & Paulo, sed iudicare Petrum & Paulum. Imo adeo non nostrum est, sed meum inquiet, quia spiritalis iudicat omnia, & à nemine iudicatur. Iudicabit ergo Lutherus homo spiritalis hac ratione non Thomistas, & Henricos, sed Petrum, & Paulū, & reliquos omnes apostolos.

I nunc lectōr: & nega è Iouis capite natam Mineruam vnam: quum istius caput vnum videas, tot parturire phreneses.

Quæso ergo Luther, quid de illis sentis.

Verba Lutheri.

Quamquam ego stultus, inquit, sum, & satis ineptus, qui amenibus istis, & deploratis cerebris, toties frustra inculco, & surdis, induratisq; capitibus, sine fructu semper incanto, Traditiones hominum, seu diuturnum vsum in rebus fidei nihil valere.

S A T I S profecto stultus es (vt dicis) nec ineptus modo, sed & amens, & insanus, & cerebri deploratissimi, qui sine fructu velut cuculus eandem semper cantilenam canas: Traditiones hominum in rebus fidei nihil valere, quum ita furdis sis, & indurati capitis, vt milles tibi ad aures inelamatum non audias, Dei traditiones esse, quas tu vocas traditiones hominum, neq; ad ea quicquā respondes, quibus ea, quæ dicis, fuerunt ante diluta, quàm dicta.

Surdus Luther.

Verba Lutheri.

Quoties, inquit, dixi, etiam Augustini sententia solis canonicis libris eum deberi honorem: vt firmissime crederetur nihil erroris in illis esse, ceteros, quāvis libet sanctitate doctrinæq; præpollent, non a quo honore dignos esse.

D E diuturna Ecclesiæ fide, quam dixerat nihil valere, non affert probationem: Sufficit enim aduersus illud Christi verbum: Ego vobiscum sum vsque ad finem seculi. Et item illud, quod spiritus paracletus ducet Ecclesiam in omnem veritatem: & quod Christus orauit: ne deficeret fides ecclesiæ. Aduersus hæc inquam omnia sufficit, quod talia dicturos irriserit Turca. Sed ne quis moueatur quicquā auctoritate sanctorum patrum, affert illud Augustini: ceteros libros extra scripturam canonicam, non equo honore dignos esse, quantumlibet sanctitate auctores eorum, doctrinæque præpollent. Quasi quisquam sancti cuiusquā dictum sic alleget, tãquam scripturam sacram. Et tamen haud dubito, eundem Augustinum, si quid apud omnes ante se sanctos patres legisset, præsertim cum sui temporis fide consentiens, nūquam fuisse dubitaturum, quin id ve-

rum esset, & Christianæ fidei indubitatus articulus. Nam eorū scripta, qui fuerunt ante nos, suorum temporum fidem nobis representant. Neque enim aliter cum defunctis loquimur, vt qua fide fuerint, possimus agnoscere. Ex eorū ergo libris, qui vixerunt, illud deprehēdimus, atque ita comperimus, hanc fidem, quam Lutherus impugnat, non esse, quod ille mētur, nouam, aut alcius nationis propriā, sed multis seculis, totius Ecclesiæ publicam, quam veram esse, & in re tā magni momenti, non posse errare & falli, promisit ille, qui dixit: Paracletus, quum venerit, ipse vos ducet in omnem veritatem. At Lutherus contra, Scriptura, inquit, exigit, vt nulli credatur, nisi soli sibi. Rogo te Luther, vbi hoc exigit scriptura? profer scripturam, per quam Spiritus sanctus prohibet, ne quis ipsi credat, nisi proferenti scripturam. Quum descendit super Apostolos, nihil ne docuit omnino, sine scriptura? omnibus de rebus exegerunt ab illo scripturam? Vni tibi Luther, tam malè fidei est Spiritus sanctus, vt ei nihil sis crediturus absque syngrapha?

H Æ C sunt, quæ pijs ac fidelibus, hoc est, vt ille vocat, surdis aspidibus incantator iste, semper frustra cecinit: qui sine fine, inquit, suas nenas iterat & garrunt. Augustinus, aut Hieronymus sic dixit: Ambrosius sic dixit: ergo Lutherus est hæreticus, quia August. vel Ambro. dicta sunt articuli fidei. Ego certè fateor illam consequentiam non valere, sed hanc opinor valere. Nemo Luthero sic vnquam dixit, ergo Lutherus est impudenter mēdax. At nec hanc negare potest ipse Lutherus: Lutherus negat ea, quæ Spiritus sanctus Ecclesiam docuit, esse articulos fidei: ergo Lutherus est hæreticus.

Quin & isti porci Thomista, inquit, coguntur concedere sapiens, sanctos viros errasse, & eorum auctoritas pro stabilitenda fide, & fulcienda conscientia, etiam cōmunis sensus iudicio satis esse non possit.

V A H vix tandem sensu stolidus, cur sibi tantum sumat Lutherus, cur sibi magis de scripturæ sensu credi velit, ac fide, quàm vniuersis sanctis patribus. Nunc rationem reddidit, videlicet, quia illi sæpius errauerunt, ille errare non potest.

I D E O si quid in quæstionem trahat ipse solus, de quo cæteri consentiant omnes: ceterorum auctoritas omnium non sufficit ad fulciendam conscientiam. Quare? quia nemo est aliorum, qui non possit errare: sed auctoritas Lutheri sufficit. Quare? quia ille nō potest errare: tanquam cæcus aliquis diceret: Nemo est fere videntium, qui non erret aliquando in rerum coloribus, ego errare non possum. Si quis ergo nolit falli, de coloribus, disidat cæteris mortalibus vniuersis, atque vni credat mihi: & hæc est, inquit, aduersus regia illa Thomistarū principia, generalis mea responsio, quam non sani esse hominis, non sanus iuret Oreltes.

Repetit

Sanctorū fidem ex eorū scilicet ptiis deprehēdi.

Lutherus ne Deo quidem sine syngrapha credit.

Verba Lutheri. Quanto magis te merito dicunt errare.

Imo ille potius temper.

Repetit quadam absurda Lutheri dicta, quæ ab ipso in principio posita, auctor in hunc locum distulit.

CAP. XV.

Q UAN QVAM te iam diu lector fastidire scio totum genus, generalis respondentis istius, quam vides esse tam stupidam, vt non mirari non possis, quænam intemperæ temperarint hominem, quum eum non puduerit tanta cum iactantia, tam infame respondere: tamen orabo te, vt aliquid adhuc tēdij deuores, dum verba quædam ab illius libelli principio, in hūc dilata locum, recognoscas, ne ille me causari possit imitari se, & si quid ille robustum putat, id præterire silentio: aut tu me lector cæses, vel tam obliuiscum vt non meminerim, quod initio sum pollicitus: aut tā malè fidei, vt nolim, quod promisi præstare. Porro quo minori tibi res fastidio sit futura Lutheri stulticia, quæ per singulas pene syllabas, asininās profert auriculari, tibi leuabit tædium. Agit igitur hunc in modum.

Iam persoluet auctor que initio est pollicitus.

Verba Lutheri.

Nondum intelligere possunt papista, pro qua re mihi cum ipsis bellum sit. Frustra tot libellis à me editis, & palam testantibus, hoc solum à me queri, vt diuina litera sola regnēt, sicut dignum & iustum est, humane verò inuentiones, & traditiones e medio tollantur, ceu nocentissima scandala, aut exetho veneno, & emulso aculeo, id est, vi cogendi & imperandi, & conscientias illaqueandi, cepta, libera, & indifferentes tollerentur, ceu qualibet alia pestis, aut felicitas mundi.

Tu in memoria lector habeto, quæ ante dixerit. Verba Lutheri.

N I H I L audis hic lector noui, sed idem, quod ante decies inculcatum, in generali eius responsione, decies, vt vidisti, reuictum est & confutatum, ne quid hic opus fuerit, eadē rursus repetere, tantum libuit admonere te, & sub oculis ponere, cuiusmodi res vocet ille, inuentiones & traditiones hominum. Nam eas ipse commemorat paulo post, quum ait.

Alterum genus de his rebus est, quæ sunt extra scripturam, scilicet,

- De Papatu, De consiliorum decretis, De doctōribus, De indulgentiis, De purgatorio, De Missa, De Academijs, De votis monasticis, De episcopis idolis, De traditionibus hominū, De cultu sanctorū, De sacramentis nouis.

Tā egre obfero discernis zizaniam a tritico.

Et si qua sunt similia scilicet zizaniam, per Sathagie obfero discernis zizaniam a tritico. nam, principatum idoli sui Romani, super agrū domini seminata: quibus Ecclesia, non modo potest saluberrime carere, verum etiam, ne consistit quidem, nisi careat, aut pro libero arbitrio vtatur.

S Æ P E audisti lector, eum omnia pro traditionibus hominum ducere quæcunq; non sunt eidentibus comprehensa scripturis. Nūc velut speciminis loco, vides eum producere, non papatum tantum, aut indulgentias, aut

omnia monachorum vota: quæ ipsa tollendo, fati se sacrilegum esse docuisset: sed decreta cōsiliorum, sed doctores sacros, sed sacramenta, purgatorium, cultum sanctorum, & ipsam deniq; missam, quam alibi vocat merum portentum, idolum, lernam, mendacium, & ipsissimam abominationem, in loco sancto stantem. Hæc igitur omnia, nisi saltem libera sint, & indifferentia: cenfer ne consistere quidem Ecclesiam posse: sic autem posse vt runq; consistere, non aliter tamen, quàm consistit homocum peste. Quamobrem multo fore salubrius, vt velut nocentissima scandala, tollantur omnino, papatus, doctores, Academia, episcopi, cōsilia, monachi, traditiones hominū, sanctorum cultus, ac missa, sacramēta, spes omnis indulgentiæ, & metus purgatorij. Nam tum deum Ecclesiā fore felicissimam, si sublato papatu, & cōsiliorum decretis, & monasticis votis, & Academijs omnibus, neq; legibus regatur, neque pareat magistratibus, neq; doctores audiatur, sed adeo liber sit, & effrenis, euangelicā libertate scilicet, vt neque cogatur quisquam, neq; iubeatur, neq; consulatur, neq; doceatur quicquā, nec sanctos colat, & sacramēta contēnat, missam vero, hoc est sanctis cæremonijs oblatū Christi corpus, abominetur etiā, quod quo possit impunius, credat tantum horūm nihil libero se arbitrio facere, sed omnia mala imputet Deo, firmam habeat fidem in promissione Dei, quicquid omnino fecerit, saluum se fore per baptismū, ita si crediderit, beatus erit, & felix. Namque metus omnes, & inextorabile fatum subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis Auerni. Nam purgatorium, nihil miror, si non metuit: non est profecto, cur metuat, qui isthac fide fuerit, & ad istum viuat modum.

Hic vides lectōr, quæ sint Lutheri traditiones hominum.

Quo pacto futurum felices Christiani Lutheri viderentur.

Fides Lutheranæ.

Resellit Lutheri calumniam, qui mentitur falso, regem imputasse ei hæresim hanc, fidem solam sine operibus ad salutē sufficere.

CAP. XVI.

S E D hoc in loco non est omittendum, quod Lutherus calumniatur principem, quasi hæresim hanc, falso imputet ei: Fidem solam sine operibus ad salutem sufficere. Et hoc dicit, regē falso de se dicere, quum ipse rursus idem dicat, in isto eodem libro, quo respondet Regi, in quo verba sunt eius eiusmodi.

Vnus furor est huius populi sacrilegi, vel per opem corā Deo agere, & non sola fide. Unde necesse est Christum negari, & fidem eius exmaniri.

Verba Lutheri.

Q U I D his verbis apertius? & tamen iste, quum idem rursus in geminet, non dubitat, ac si nunquam id dixisset, verum in contrariam semper sententiam dispurasset, Regem nebulo conuictijs impetere, quia dixit, eum id dixisse

dixisse pridem, quod iam dicit denuo.

Verba Lutheri.

Progenies, inquit, ista vipera, ingenium natura refert, & parentum suorum exemplum imitatur. Sic enim & Paulo, cum docuisset sola fide sine operibus iustificari omnes filios Adam: vt scribit Rom. 3. Qui dicunt nos docere, faciamus mala, vt veniant bona. Sed quid manet illos iudicium? quorum, inquit, damnatio iusta est. Quid & ego meo bastifico dicam, de suo mendacio, nisi idem damnationis iudicium?

Istud tibi erit scripturaru calumnia- tor.

QVIS non planè sit impius, qui Lutherum damnet, hominem Pauli sodalem, & qui non aliter stilum temperet, quam quorum linguam temperabat Deus? Nam & rursus ait paulò post.

Verba Lutheri. Audi lector huc Apostolum.

Orbi toti constat me de fide, de charitate, de operibus, semper eadem docuisse, & scripsisse, licet vsu & studio de die in diè magis ac magis proficerè. & easdem res nunc sic, nunc sic tradiderim, aliquando clarius, alibi locupletius, alibi copiosius, et varie tractarem, quomodo & sacra litera easdem res tractant.

Ecce vir facerrimus, qui nobis nouas tradit sacras literas, quibus eam debeamus reuerentiam, vt si quid manifestè blasphemet Deum, æqui boniq; consulamus, certi nos potius falli, & sensum tanti patris nos posse capere, quam virum sanctum, & qui certum se dicit, sua habere doctrinam de celo, quicquã sentire perperam: atq; idè potius credamus, & albũ esse simul & nigrũ, quam diuũ Lutherũ sibi quicquam esse contrariũ. Nam si Paulo, qui ne quis ansam malè sentiendi capiat, interpretatur se, non possit imputari, quod malè senserit. Cur non itidem Lutherus excusetur, qui damnatus malè sententiã, eandè identidè repetit? Et si de Paulo rectè sentimus, cuius pietas facit, ne dubitemus eũ in verbis dubijs, in dubie rectè sensisse: cur nõ impetret Lutherus, vt cuius impietas reddit nõ ambigua modo, verũ eius etiã benedicta propemodũ iure suspecta, interpretemur in bonã partè, quæcunq; scribit aptè male.

Quam stolide Lutherus tergiversetur, de operibus, & fide, impudenter fingens, verba sua perperam calumniari principem.

CAPVT XVII.

NAM de operibus & fide quid sentiat, ne quiquam dubitare possit, subscribã ea, quibus prudentissimus princeps istã nebulõis impietate elegatissime redarguit.

Verba Regis.

NON est, inquit, hoc Lutheri nouum, in rebus notis, tanquam nouis nugari. Qui, postquam hanc fidem verbis multis ostendit: deinde fidei diuitias in hoc extollit, vt nos reddat pauperes bonorum operum, sine quibus, vt beatus Iacobus ait, fides omnino mortua est. At Lutherus sic fidem nobis cõmendat, vt non solũ permittat nobis vacationem ab ope-

Diuis Iacobus.

ribus bonis, sed etiam suggerat audaciam, qualem eunq; facinorum. Ait enim.

Iam vides, quã diues sit homo Christianus, sine baptizatus, qui etiam volens, non potest perdere salutem suam, quanti scunq; peccatis, nisi nobis credere. Nulla enim peccata eum possunt damnare, nisi sola incredulitas.

Verba Lutheri. Noua hæc est religio.

O vocem impiam, & omnis impietatis magistram, ita per se exosam, pijs auribus, vt non sit opus eam redarguere. Ergo non damnabit adulterium? non damnabit homicidium? non perituri? si tantum credat se quisquam saluum fore, per virtutem promissionis in baptizato? Nam hoc dicit apertissimè: neque quicquam corrigunt hanc sententiam verba quæ statim subiungit: imò verius augent, ait enim:

Verba Regis.

Cætera omnia si redeat, vel stet fides, in promissionem diuinam baptizatio factam, in momento subsorbentur per eandem fidem, imò veritatem Dei, quia seipsum negare non potest, si tu eum confessus fueris, & promittenti fideliter adhaeris.

Verba Lutheri. Si ita est cur vitam lesacta?

QVIBVS verbis, quid aliud dicit, quam quod dixit prius? si absit incredulitas, cætera flagitia omnia, in momento absorberentur in sola fide, si confessus fueris Christũ, & eius promissioni fideliter adhaeris, hoc est, firmiter credideris te saluandum per fidem, quicquid feceris. Et quo minus dubites, quo tendat:

Verba Regis.

Contritio (inquit) & peccatorum confessio deinde & satisfactio, & omnia illa hominum excogitata studia, subito te deserent, & infeliciose redent, si in ipsis tere distonderis, oblitus veritatis diuine. Cuius veritatis nomen huius, quod nulla peccata possunt te damnare, nisi sola incredulitas.

Verba Lutheri.

QVÆ Christiane ferent aures, pestilentem hunc serpentis sibilum, quo baptisimũ non in aliud leuat, quã vt premat penitentiam, & baptisimatis gratiã, statuat impune peccandi licentiam?

Cur ergo mortalia peccata appellatur? Verba Regis.

AVDISTI Lector, quid ei princeps imputet: imò verò quid sua ipsi verba impudent, atque id tam aperte, vt ne adhuc quidem colorem vllum inuenierit, quem cõtra posset opponere, & tamen impudens, velut nihil audisset, & idem dicit rursus: & simul quaeritur imputari dictum, perinde ac si nãquam dixisset. Quod si videri vellet sensisse de fide formata charitate, quã necessario sequantur opera bona, quanq; id sensisse non potuit, qui nõ solum toties clamat, sufficere fidè solã, sed etiã remouet opera nominatim, velut profus inutilia, ac manifestè clamitat, nulla peccata, nulla quantũuis ingentia scelera posse dãnare Christianum, præter solam incredulitatè: princeps tamen vt nullum profus effugium relinquere hæretico, rursus audi, quid dicat.

Hoc hominis est qui neq; loqui libens velit, neq; tacero potest. Quo cõfugies Lutheri?

DEINDE quã dicit, quod per opera nõ satisfit Deo, sed sola fide: si sentit, quod nõ per sola

Verba Regis.

sola opera, sine fide, stulte bacchatur in sedem Romanam, in qua nemo fuit vnquã tam stultus, qui diceret, opera sine fide satisfacere. Sin opera sentit superflua, & fidem solam sufficere, qualiacunq; sint opera, tum verò dicit aliud, & verè dissentit à sede Romana, quæ credit diuo Iacobo, quod fides sine operibus mortua est. Videtis igitur, quã in septe se commouet Lutherus, qui sic inuehitur in Romanam sedè, vt semet interea vel stultitiã rebus vel impietatis inuoluat. Quãquam profecto propinquius opinor est vero, Lutherum sentire fidem semper abque operibus bonis, satis esse ad salutem. Nam id illum sentire, cum ex alijs locis multis euidenter liquet, tum ex eo, quo dicit.

Hoc ali quid nihil est.

Verba Lutheri.

Verba Regis.

Opera Deus nihil curat, nec eis indiget. Indiget autem, vt verax in suis promissis à nobis habeatur.

QVIBVS verbis, quid senserit Lutherus, viderit ipse: ego certè Deum credo, & fidem nostram, & opera nostra curare, & neque operibus nostris egere neq; fide. Nã vt bonorum nostrorũ nõ eget, qui Deus est: ita curam habet omnium, quæ faciunt homines: qui aliud ab his fieri vetat, aliud iubet, sine cuius cura, ne vnus quidem passer cadit super terram, quorum duo vancunt dipondio.

Vtripsũ libentius sequatur plures.

ECCÈ, quid vnquam legisti candide lector apertius, quã quod ex Lutherò tibi produxit princeps? Aut quid vnquam vidisti pestilentius? Quod si Lutherus videri velit aliud sensisse, q̃ scribit, cur sua verba ne nũc quidem interpretatur sanius? Si nõ cõset esse peccadũ, cur impunitatè peccandi pollicetur? cur orbè rotũ ad peccandi securitatem inuitat? Si neget hoc habere sua scripta, ecce, princeps produxit loca, quæ & per se manifesta sunt, & princeps tamè interpretatione fecit clariora. Lutherus ostèdit ista legisse se. Si princeps igitur alio torquet eius verba, q̃ debet, cur ipse tã timide rã tantã transilit? Cur ipse vicissim non ostendit, quæ verba deprauet rex, quid assuat per caluniam: quod ipsius verba non habeant? Fecisset istud haud dubie lector, homo versipellis, nisi cõstrictum se vidisset angustius, quã vt quicquam haberet effugij, quo se posset vertere. Nam quod ita quidam conantur eum tueri, quasi non quælibet opera censet contemnenda, sed duntaxat opera legis. Si legè vocat præcepta, quæ Moysi data sunt in tabulis, in eodè luto hæsit. Neq; enim illis etiãnum sufficit fides, nisi se fingat infantibus ista scribere, aut morionibus, quos à præceptis implèdis excipit inficitia. At de cæremõijs legis, aut quomodo vocant legalibus, non potuit ista blaterare. Quippe qui nõ ignorat, neminè esse tam stultum nunc, vt ad ea sese censet obligari. Quanquam frustra laborat eius fautores stolidũ istud dogma quoquã lenire glossemate, non vult Æthiops iste dealbari. Nam quæ colorem recipiet istud, quod non solum conten-

Dic Quilibet colorè.

dit, nihil valere opera bona, sed etiã nihil nocere quæcunq; opera mala. Nulla, inquit, peccata possunt dãnare Christianum, nisi sola incredulitas. Certè si Lutherus quicquã de Christo crederet, nunquam talia fuisset ausus cogitare. Sed voluit videlicet homo mis, mūdum traducere à bonorum operum fiducia, in fiduciam fidei: quasi populus tam alsiduus esset in bonis operibus, vt inde periculum fuerit, ne quisque sibi nimium videretur sanctulus. Ei igitur malo vt mederetur, iubet, vt tantũ credant Christo se saluos fore per solam fidem, & negligant profus, non solum cæremõias, verum etiam opera bona quæcunq;. Imo quolibet oblectetur in libertate fidei, cognoscant, nihil nocere credenti qualiacunq; scelerata. Nulla enim peccata posse damnare Christianum, præter solam incredulitatem. O Sathan Sathan, aperuit regi Deus astutias tuas, quas per os Lutheri moliris, vt evangelica libertas nihil sit aliud, quã infrenata licètia, qua populus Christi præceps decurrat ad inferos.

Taxat Lutheri improbã stultitiã, quã leges omnes censet abrogandas.

CAPVT XVIII.

NAM istius hæreseos, velut appendix quædã est præclara ista sententia: qua leges omnes humanas velle extictas. Imo iam negat, earum omnium vllam obligare Christianum quenquam. Sic enim scribit in captiuitate Babylonica.

Dico itaque, neque Papa, neque Episcopus, neque vllus hominum, habet ius vnius constituenda syllaba super Christianum hominem, nisi fiat eiusdem cõsensu. Quicquid aliter sit, tyrannico spiritu sit. Ideo orationes, ieiunia, donationes, & quæcunq; tandè papa, in vniuersis suis decretis, tam vtilis, quã iniquis statuit, et exigit, profus nullo iure exigit, & statuit, peccatq; in libertatem Ecclesie toties, quoties aliud horum attentauerit.

Verba Lutheri.

Hanc nebulonis infaniam princeps his verbis attingit.

DE LEGIBVS verò, demiror hominem præ pudore, tam absurda potuisse cogitare, quasi Christiani peccare nõ possent, sed tam perfecta foret, tanta multitudo credentium, vt nihil decerni debeat, vel ad cultum Dei, vel ad vitanda flagitia. Sed eadem opera; & eadem prudentia, tollit omnem potestatem, & auctoritatem principum, & prælatorum. Nam quid faciat rex, aut prælatus, si neq; legè potest ponere, neq; positã exeq; sed populũ absq; lege, velut nauis absq; gubernaculo fluctuet. Vbi est ergo illud Apost. Omnis creatura potestatis sublimioribus subiecta sit? Vbi illud: Obedite prepositis vestris, siue regi, quasi præcellitũ; et quæ sequuntur. Cur igitur ait Paulus: Bona est lex? Et alibi: Lex est vinculũ pfectio nis. Præterea, cur ait August. Non frustra sunt instituta,

Verba Regis.

Hoc tibi per commo dũ esset ad heresim.

Verum, sed Luther? hec tolli vellet, vt ma lus impune sit.

Nūquid hūc dam nas Luther?

Disimu las ista Luther?

Hoc tantū agit: vt ne cogatur ipse parere. Acu rem tangit Rex.

instituta, potestas regis, & cognitoris ius, vngula carnificis, arma militis, disciplina dominantis, feueritas etiam boni patris? Habent omnia ista modos suos, causas suas, rationes, vtilitates: & hæc cum timentur, & mali coercentur, & boni quieti inter malos viuunt. Sed de rebus dicere superfedeo, ne videar meā causam agere. Istud quero: si nemo, nec homo, nec angelus, potest super hominem christianum legem ponere, cur tot leges ponit apostolus, & de legendis episcopis, & de viduis, & de velandis sceminarum capitibus? Cur statuit: ne fidelis coniux, ab infideli discedat, nisi deseratur? Cur audei dicere: Cæteris dico ego nō dominus? Cur exercuit tantam potestatem, vt fornicarium Satane iuberet tradi in interitum carnis? Cur Petrus Ananiam & Saphiram, simili poena percussit, quod è sua ipsorum pecunia, paulum reseruassent sibi? Si multa statuebant Apostoli, præter speciale præceptum domini, super christianum populū, cur non idem propter populi commodum faciāt hi, qui successerunt in Apostolorum locum? Ambrosius Mediolanensis Episcopus, vir sanctus, & nihil arrogans, iubere nō dubitauit, vt per suā dicesim, coniuges in quadragesima coniugalibus abstinerent amplexibus: & indignatur Lutherus, si Romanus Pontifex, successor Petri, vicarius Christi, cui Christus, velut Apostolorum principi, tradidisse creditur claus Ecclesie, vt cæteri per illum intrarent, & pellerentur, ieiuniū indicat ac preculas? Nā quod suadet corpore parendum esse, animo retinendam libertatem: quis tam cæcus est, vt strophas istas non videat? Cur ignem gerit, & aquam homo simplex & sanctulus? Cur iubet, velut Apostoli verbis, hominum seruos non fieri? hominum statutus non subijci? & tamen parere iubet, pontificis iniustæ tyrannidi? An Apostolus hoc pacto prædicat: reges nihil iuris habēt in vos: iniustum feratis imperium: domini ius non habent in vos: feratis iniustā seruitutem? Si Lutherus parendum esse non putet, cur parendum dicit? Si parendum censet, cur ipse non pareat? Cur homo versipellis talibus ludit technis? Cur in Pontificem, cui dicit obedendum esse, conuictijs insurgit? cur tumultū suscitatur: cur in illum concitat populos, cuius vel tyrannidem (vt vocat) fatetur esse ferendam? Profectō non ob aliud, opinor, quā vt fauorem sibi conciliet improborum, qui suorum scelerum impunitatem cuperent, & eum, qui pro libertate eorum iam decertat, caput ipsis instituerent: & Ecclesiam Christi, tam diu supra firmam petram fundatam, diuiderent, & Ecclesiam nouam, ex improbis & flagitiosis constatam, erigerent: contra quam exclamat Propheta: Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo.

QVID ad hæc respondit iste? profectō, id quod potuit: hoc est, omnino nihil. Quis enim color dici potest, aut fingi, pro re tā ab-

surda? Et tamē hominē stolidissimū nō pudet, eam toties asserere, tanto supercilio, tanquam aliter sentire sit nephas. At sibi visus est, præclarè moderatus ineptissimam sententiam, quum VVormatię responderit, ita demum legem euangelicam vnam satis esse futuram, & leges humanas inutiles, si magistratus essent boni, & fides verè prædicaretur. Quasi vel optimi magistratus possent efficere, vt aut totus populus Christianus viuere vellet in eomuni, aut mali nolint furari, aut vlla fidei prædicatione possent impetrari, vt nulli, vsquam sint improbi. Si lex euangelica furtum non permittit, certè nec inutilis est lex humana, quæ furtū punit, & obligat Christianos lex humana, quæ sola rerum proprietatem diuidit: qua sublata, nec esse quidem furtum potest. Quod si dicat inde argumentum trahi, quod vtilius careremus ea lege, vnde rerum proprietates nascitur, atque in communitate quadam naturali viueremus, sublata furandi materia, nihil adiuuat causam eius, etiam si quis istud ei concederet. Nam in communi quoque & si viui posset multo paucioribus: tamen vici non posset omnino sine legibus. Nam & certis ordinibus laborandi foret præscribenda necessitas, & legibus coerenda flagitia, quæ in illa quoque vitra grassarentur. Nunc verò si verissimè prædicata fide, sicut verissimè prædicabat Apostoli: ad hæc optimis magistratibus vndique præfectis populo christiano: tamē & manere possent rerum proprietates, & multū manerent improbi, negare non potest, quin lex humana christiano obliget, ne quid ali? eriperet, quod lex alij diuiserit: nec inutilis puniendo sit, si quis furtum admitterit.

NA M quod ait in Babylonica, magistratus bonos & prudentes, naturæ ductu melius rem administraturos, quā legibus: quis non videt, quā sit absurdum? An bonus magistratus minus æquus erit in lege condenda, quā in reddendo iudicio, in quo plura possunt occurrere, quæ corrumpant innocentiam? Vt non illud interim dicam: quod vix vllum iuste redditor iudicium, quod non ex aliqua lege lata redditor. Nam neque lex euangelica diuidit possessiones, neque sola ratio præscribit formas discriminandi proprii, nisi rationi consensum accedat, atque is in communi forma commercij mutui publicus, qui consensum aut coalescens vsu, aut expressus literis, publica lex est. Leges ergo si tollas, & omnia permittas libera magistratibus, neque nihil neque præcipient, neque vetabunt, & iam inutiles erunt magistratus, aut naturæ suæ ductu regēt, & pro imperio quilibet exequentur, & iam nihilo populus erit liberior, sed seruitutis cōditione deterior: quādo parendum erit non istis & certis legibus, sed incertis ac mutantis in diem voluntatibus. Atque istud oportet accidat etiam sub optimis magistratibus, quibus, vt optima præcipiant, tamen populus aduerfabitur, atque obmur-

Stolidissimū dogma stolidè moderatur Luther?

Responde Lu here.

Istud Lutheri dissimula.

obmurmurabit, vt pote suspēctis, quasi non ex æquo honore, sed ex libidine cuncta gubernet. Nunc verò quum Lutherus ipse fateatur, nullos vsquam magistratus inueniri posse, qui non sint homines, hoc est, nec ciuibus, nec sibi satis explorati, quales intra triduum sint futuri: quā prudentem consulit homo sapiēs omitti leges, & cōcta permitti magistratibus, tanquam sic victuro in libertate populo.

I A M illud obsecro, quale est, quod ait: Neque papa, neque episcopus, neque vllus hominū, habet ius vnius cōstituendæ syllabæ, super Christianum hominem sine ipsius consensu. Taceo interī de Papa, & de ipsis, quibus Deus potestatem dedit, vt multas syllabas statueret, quibus populum promoueret in cultū Dei: cōsideremus leges ciuium. Si nemo habet potestatem condendi vnam syllabam super hominem Christianum, sine ipsius consensu: neque Rex, neque totus populus, vllam potestatem condere, quæ valeat in quenquam, qui dissuasit, rogatam. Felices ergo sunt fures & sicarij, qui nunquam sic insaniunt, vt in legem consentiāt, quæ poenas det. Quin hæc ratione non videt prudens pater, quod si omnes ad vnum consentiant, tamen diuini valere non possint lex, quā donec nouus ciuis natus sit, aut inscriptus in ciuitatem. Sed ille nihil aliud sentit verè prædicari hōem, quā ut prædicari, vt sepe iam prædicauit ipse, nempe solam fidem sufficere, non solum sine bonis operibus, sed etiam cum quibuscunq; sceleribus, quæ nullo modo (vt ait) dñanare possunt Christianum quēquam, modo stet, aut redeat fides: Hoc est nimirum, si vel interea, dum committit scelus, credat tamen id, propter fidem in promissione Dei, sibi nocere non posse: Aut si minus firmiter id crediderit in committendo scelere: atque ideo propter infirmam fidem, scelus cōmiserit timidus, redeat saltem fides, peracto scelere: ne commisisse poeniteat, & frustra se conterendo torqueat. Certè si istius Lutherane fidei prædicationi populus haberet fidem, propediem verum diceret, quod nullæ leges obligarent quenquam, sed populus absque lege, quæuis prouolaret in scelera.

O felices fures.

Stolidū Lutheri caput.

Quid aperiarius?

Breuis authoris epilogus.

I A M vides lector, quā sapienter homō prudēs amoliri studeat omnes leges humanas, & quanto cum fructu populi Christiani. Vides item, quanta ratione, quibus scripturæ testimonijs suis decretum suum, contra doctorem omnium, contra bonorum omnium sententiam, cōtra publicum totius orbis consensum. Vides, vt in ea re, in qua vix vlla ratio potuit satis esse fortis, vir iste sagax nullā prorsus rationē afferat, nullū scripturæ testimonium: sed qui alijs falsō impurat, quod sibi solis credi postulent, ipse, vt sibi soli credatur, postulat, contra totum orbem, contra manifestas rationes, contra sacrarum testimonia scripturarum, idque cum populorum omnium summa & inueitabili pernicie. Atque hæc in legibus huma-

nis, quæ verè sunt traditiones hominum. Nam ea, quæ in ipsius catalogo recensentur, tanquā traditiones hominum, atque ideo, vt censet, tanquam pestes aliquæ tolerandæ sint, aut omnino tollendæ tanquam nocentissima scandala: iam ante probatæ sunt, esse traditiones Dei, partim scripturis ipsis comprehensæ, partim viuo Dei verbo traditæ. Atque id probatū est ratione, scripturis, & quod fortissimum est aduersus Lutherū, ipsius cōfessione Lutheri. Nisi aut rursus neget, quod fassus est, hoc Ecclesiā habere à Deo, vt verba Dei decernat à verbis hominum, aut aliam proferat Ecclesiam catholicam: qua docete cognouit Euāgelium, aut probet nobis nihil Ecclesiā didicisse sine scripturis, contra illud Euāgelium: Non omnia scripta sunt in libro hoc. Et ite illud Apostoli: Seruate, quæ præcepi vobis, siue per sermonem, siue per epistolas. Item illud, ab eodem commemoratum Apostolo: Dabo leges in cordibus eorum, & in mentibus eorum insuper scribam eas. Et illud item Christi: Spiritus paracletus cum venerit, ille ducet vos in omnem veritatem. Aut nisi probet nobis Lutherus, tot ætates sanctorum patrum temporibus, Christum Ecclesiam deseruisse, & fidem protinus ab Apostolis defecisse, contra illud: Orauit Christus, ne fides Ecclesie deficeret: & tanquam Luthero similis esset ac mendax veritas ipsa, quæ dixit, se cum Ecclesia futuram perpetuo, vsque ad consummationem seculi. Hæc nisi nobis euerrat omnia, quæ princeps et obiecit omnia: quæ Lutherus hæctenus dissimulat omnia: nec ob aliud dissimulat omnia, quæ quod sibi concisus est, nihil habere se quicquā, quod ad eorum quicquam omnium respondeat, hæc inquam omnia, nisi Lutherus planè faciat, ego planissimum tibi lector feci, imo regem fecisse, planè demonstrauit tibi, id quod initio promisi tibi, istum non tantum traditiones hominum tollere, etiam eas, quibus debet obtemperare: sed etiam tollere traditiones Dei, quas os impurum nebulonis insanissimū cōtumeliosa blasphemia pestes appellat, & nocentissima scandala.

Offendit Lutherum id vnum agere: vt demonstratur scripturas ipsas, pro quibus simulat se pugnare.

C A P. X I X.

N VNC videamus, an non scripturam sacram ipsam, pro qua se pugnare simulat, quibus potest machinamentis oppugnet. Primū, vt omittā quāuis passim pessime, quæ passim stolidè scripturas torquet in defensionē perniciosorū dogmatū: quid magis potest aut manifestius euertere totā vim fructumque scripturarū omnium, quā id quod iste manibus pedibusque molitur, vt nemo quicquā de scripturæ sensu doctorem cuiquam credat, nihil sanctorum cuiquam patrum, nihil vni-

mento quopiam inepto, non dubitabit eludere. Vt pote, si quis obijciat illud Iacobi: Fides sine operibus mortua est, dicit idem, quod dixit iste, epistolam non esse Iacobi, non esse cuiusquam apostoli, nihil habere dignum apostolico spiritu. Postremo si probetur esse apostoli, tamen dicit apostolum non recte dicere nimium arrogasse sibi, qui legem bonorum operum imponat Christianis, quos in sola fide, liberos ab omni bonorum operum iugo fecerit Christus. Nec quisquam possit ullam legem aut ullam syllabam legis, ponere super christianum quemquam, praeter vnum Christum. Nam apostolos non habuisse tantum autoritatis, vt iudicarent nos, sed nostrum esse iudicare illos. Nam omnia nostra sunt, siue Apollo, siue Cephas, siue Paulus. Sic enim se Lutherum docuisse. Si quis igitur, omittens discipulum tuum rursus Lutheri, sic opponat tibi: Ecclesia iudicauit hanc epistolam esse apostoli, scriptam esse diuino spiritu, & tua tibi verba obijciat: Hoc saltem ecclesia habere a Deo datu: vt Dei verba discernere possit, a verbis hominum, ia reuocabis hoc protinus, ac dices, melius a te nunc rem esse pensam: Ecclesiam nihil habere a Deo, sed ecclesia falli posse in recipienda scriptura. Quod si subinferet quisquam, incerta igitur esse ipsa euangelia, hoc tu nimium concedes etiam, scripturas & euangelia, quae leguntur, non esse fortassis Euangelia vera, sed illorum potius aliquod, quae repudiavit ecclesia. Atq; his de rebus, vnumquemque suo periculo credere.

Quo dicitur sibi diffentit me lius rem perpedi scilicet Illac haud dubie, sed ac perueniet perpediem.

Quo dicitur Lutheri costiter incostans.

Qua bona fide Lutheri clamat euangelio euangelio Haereticum omnes cu Lutheri hoc habet comune

Declarat Lutherum, qui iactat papistas, vt vitioso disputationis genere petendo principium, non solum falso id obijcere alijs, sed etiam ipsi id disputandi genus proprium esse atq; perpetuum: totum caput istud est amen.

CAPVT XX.

AG E Nunc, expendamus illud, in quo mire sibi Lutherus placet, ac se festiuum & disertum putat, quum in Ecclesiam catholicam ludat tanquam papisticam & tam rudes censet omnes praese, vt non intelligat quisquam, aut qua de re sit quaestio, aut qua ratione res probari debeat. Est, inquit, apud eos ipsos, vitiosissimum genus disputandi, quod vocant petitionem principij. Hoc dicunt & docent, vsq; ad canos, vsq; ad sepulchrum, tot sudoribus, tot sumptibus miserissimi homines. Videamus ergo lector, vtra pars vitiosius petit principium? nam aliquod principium petit vtraque. Nos petimus ab illo postulata quatuor.

PRIMUM petimus: Lutherus vt credit facris literis. PETIMVS, vt credat aliqua dicta, facta, tradita a Deo, quae non sunt comprehensa literis.

PETIMVS, vt credat ecclesiae datu a Deo, vt possit discernere verba Dei, a verbis hominum, & traditiones Dei a traditionibus hominum, Christo videlicet ecclesiam suam regente perpetuo, spiritu, sancto, ecclesiae consensum dirigente semper in rebus fidei.

PETIMVS denique, vt in contro- uerso sacrarum literarum sensu, credat potius constanti sanctorum patrum sententiae, & fidei totius Ecclesiae Catholicae, quam opinioni suae.

HAE C postulata quamquam nos putemus, haud minus euidencia christiano, quam illa sunt Euclidis Geometrica philosopho. Postulat tamen iste postulatorum eiusmodi rationes.

ATTVLIMVS ergo postremi, & alias rationes aliquot: & quae facilius est ac similius veri, vni falli atq; hallucinari quam multos, malum virum potius male sentire quam bonos, hominem haereticum potius errare, quam ecclesiam catholicam.

PENULTIMVM vero probamus, multis & euidentibus scripturae sacrae testimonijs, multis praeterea rationibus, & denique ipsius confessione Lutheri.

PORRO quod aliqua dicta, facta, tradita sunt a Christo, quae scripta non sunt, praeter euidentes rationes alias, praeter alia scripturae loca, probauimus authore Paulo, probauimus Euangelio.

Primum vero postulatum, quod scripturae sacrae

Non conatur: probare vult sibi credi diceant.

Verba Lutheri. Tu scilicet felices, qui sine labore de caelo docearis Postulata nostra

Postulatum i. Secundum

Tertium

Quartum

Ratio quarti

Ratio iij.

Ratio ij.

Cur nulla ratio primi sacrae

sacrae credendum sit, speraueramus haud exstimum quicquam probationis Lutherum, propterea quod toties per omnes libros clamat, nihil aliud exigere se, quam vt soli credatur scripturae sacrae.

Cur non concedit quartum

HAE C postulata nostra, Lutherus deridet omnia. Nam postremo putat esse stultissimum, si quis hoc perat, vt patribus, & Ecclesiae potius credat ille, quam sibi. Quum patres (vt ait) & Ecclesiae iudicium, aliquando fallatur, ipse falli non possit. Propterea quod certus est (vt ait) doctrinam suam habere se de caelo.

Cur negat tertium

PENULTIMVM vero quamquam olim ab ipso concessum, nunc tamen ferme reuocat. Censet enim illud esse ridiculum, si quis in fide, censet Ecclesiam gubernari spiritu sancto, quoniam tale principium petentem Turca rideret. Itaque pius pater, impius potius erit in Christum: quam sit ridiculus Turca.

Cur non admittit secundum

SECVNDVM nihili plane facit: quia quaecumque dixit, fecit, aut tradidit Christus, quae scripta non sunt, ea semel omnia Lutherus habet pro nihilo. Propterea (puto) quod nisi fuissent res nihili, non putaret Lutherus tam negligetem futurum fuisse Christum, quin ea curasset comprehendere scriptura.

Quomodo tractat primum

PORRO primum propter auctoritatem scripturae, tractat ambigue. Nam scripturas saepe citat perperam: & a genuino plerumque sensu detorqueat in falsum. Ibi cum nihil habeat pro se, nisi verba sua, eademque fere semper contra conscientiam suam, quum diuersum sonent scripturae verba, patres constantiter interpretentur, & tota per tot aetates consentiat Ecclesia: ibi non imperiti Thomistae, petimus illud principium, vt credat potius vniuersis quam vni. Sed quia haec est petitio principij, ab homine acuto & argumentandi calientissimo, risu repellimur, & cachinnorum cumulis obruimur.

At non est commodum

QVOD si scripturae textum proferas, qui sit apertior, quam vt de sensu possit esse controuersa, tum necessitate coactus, prodit res, & scripturam negat aperte. Ait enim (si res poscat) epistolam Iacobi, non esse apostolicam, aut etiam si sit Apostoli, apostolum tamen sibi nimium arrogasse. Atq; vbi Lutherus semel dixit istud: si quis in eo rursus inestet, vt auctoritati cedat Lutherus apostoli: iam mille modis ridebitur homo disputandi rudis, quem non pudeat vti vitiosissimo genere disputandi, & principium petere, nempe vt scriptura putetur, quam Lutherus negat esse scripturam, aut Apostolus credat scripturae recte, quum eum semel dixerit pater potator errasse. Hunc igitur in modum lector, nos vitiose principium petimus.

An non tamen tibi nimis impie arrogas?

LVTHERVVS contra, paulo modestior est: principium enim statuit etiam ille, sed duntaxat vnum, quod sibi concedi postulat. Est autem illud huiusmodi. Omnibus de

Lutheri postulatum vnicum

rebus soli credendum ipsi.

HOC principium, velut rem natura notam, non dubitat vbiq; petere: imo pro suo sibi iure sumere. Sit quaestio de scripturae sensu: proferat primum, quod vel sentit ipse vel se sentire saltem simulat. Tu contra profer, quicquid vnquam fuit Christianorum omnium, abigit omnes, velut muscas, & petit credi sibi. Negat leges humanas viles esse: profer tu contra, quicquid vnquam fuit mortalium, deridet orbem totum, & postulat credi sibi. Negat vntionis extremam sacramentum: profer tu contra, apostolum Iacobum: contemnit apostolum, & postulat credi sibi. Ita principium istud, nusquam fere non petit concedi sibi, vt omnibus in rebus vni credatur sibi.

HOC postulatum eius, quamquam nemo non videt esse in speciem vehementer aequum, tamen, quia verum laqueos, & hominis captio si versutias, aegre ac difficulter adducemur, vt istud ei postulatum concedamus, maxime, quia sentimus hoc principio, & preclaro Lutheri axioma, totum niti mirabilis Lutheranae doctrinae fundamentum. Nam eo principio concesso, mirum dictu est, quales & quantas conclusiones sic probabit tibi, vt prorsus negare non possis. At si neges illud axioma, nihil tibi probat vnum. Cunctamur ergo illi concedere tam callidum & captiosum principium: & quaerimus ab illo: qua ratione probas pater soli credendum tibi? Ad hoc hanc reddit causam. Quia certus sum, inquit, dogmata mea habere me de caelo. Rursum quaerimus, qua ratione certus es, dogmata tua habere te de caelo? Quia rapuit me Deus, inquit imprudentem in medias has turbas. Rursus er go flagitamus. Qui scis: quod rapuit te Deus? Quia certus sum, inquit, doctrinam meam esse a Deo. Quomodo id scis? Quia rapuit me Deus. Qui scis istud? Quia certus sum. Quomodo certus es? Quia scio. At qui scis? Quia certus sum.

Quo natiatur principio doctrina Lutherana

QVISO lector, an non hic locum habet illa disputandi forma, qua, nisi metitor Lutherus, mentitur Amisdorffus, theologos disputare Lipsenses hoc pacto: cum respondens negasset assumptum opponenti, probabat idem opponens hoc pacto: Oportet sic esse. Illo iterum negate: denuo & ille: Et quomodo potest aliter esse? Oportet sic esse.

Amisdorffij fabula de theologis.

HVIC mendacio Lutherus, velut vnum dictum, de dictis melioribus adiunxit coronidem. Pulcherrime, inquit, & Thomisticissime, quin & Lipsissime, & Henricissime.

Lutheri coronis.

NVNC quum reuerendus pater, in hoc principio sua fundet omnia: Ego certus sum: quia ego scio: & ego scio: quia ego certus sum: & ideo certus sum: quia non possum errare: & ideo non possum errare, quia certus sum & ideo certus sum quia ego scio, an non nobis licet in reuerendum patrem, reuerendi patris coronidem recinere, pulcherrime, & VVitenber-

Lepide retaliatorum coronis Lutheri.

in rebus fidei, prorsus errare nō posse. Probauimus ecclesiam, quā ille vocat papisticā, esse veram Ecclesiā Christi catholicam. Probauimus ea sacramēta, quæ Lutherus appellat traditiones hominum, non hominum traditiones esse, sed Dei: atq; ita illum, verbum Dei negare, non hominum. Probauimus illum, non stolide solum tollere leges omnes humanas, sed etiam oppugnare, & clanculum, & manifeste scripturas ipsas. E quibus luce clarius ostendimus, illum quicquid ē scripturis attulit, pro sua causa sic allegare stolidē, vt nullus morio possit allegare stolidius. Et quū de cuiusquā scripturæ sensu, neminē vnū velit vniuersis credere, sed vnumquēq; sibi, planum fecimus illum struere, vt vniuersæ scripturæ robur eneruet, & fructum omnem vertat in perniciem. Deniq; quum scripturam indubiā, non fateatur esse scripturā, sed habere neget quicquam scriptura dignum: & apostolū non

dubitet apostata reprehendere, clarissimum fecimus illum non occulte modo, sed etiā palā, scripturas ipsas, pro quibus pugnare se fingit, euertere. Postremo; præter eius improbilissima mendacia, & stolidissimas repugnantias, & mille eius insanias, quas hinc inde patefecimus, etiam vitiosum illud disputandi genus, in petendo principio, quod per quā facere sibi visus est exprobrasse cæteris, id inquam, ipsū probauimus illi vnam, atq; vnicam disputandi formam esse. Sic igitur lector, plus quam tibi sumus polliciti, persoluimus, id que fecimus probationibus, non aliunde fere, quam ex regis libello desumptis. Et quoniam Luthero nunc, vt vides, belle processit generale responsum: nos iam accingimur ad eiusdem specialia, ē quibus nihil videbis, in quo non ridebis hominis singularē stultitiam.

Hæc lector tibi tolle me mor.

Quanto hic veri & modestius de se prædicat quā Lutherus.

LIBER SECVNDVS.

REFELLIT EA, QVIBVS LVTHERVVS
NVC ATVR DVM AD ILLA
respondet, quæ Rex obiter attingerat de
Indulgentijs.

CAPVT PRIMVM.



VVVM Rex, vt ipsius liber ostēdit, nihil sibi aliud in indulgentijs, & papatu proposuerit, quā insaniam Lutheri leuitatē perstringere, qui quum vtriusque despiciisset, potius quā respiciisset, optauit

furere: quumque hæc transeunter attingisset rex, non aliud destinans, quā sacramēta tractare, tamen ea ipsa quæ dixit obiter ita prostrauere Lutheri, vt ne tātulum quidē, quod responderet, inueniret, præter insulso risus in ridiculum ipsius caput redituros.

Apparet hominē parū firmis vestigijs nixū

Verba Lutheri.

Veniamus nunc ad particularia Henrici nostri, & videamus, quā feliciter aptet principia sua conclusionibus.

Et postea.

Imo magna tecū est nequitia.

Primum, indulgentias apprehendit rex defensor quas ego asserueram esse imposturas Romana nequitia. Has defendi, hoc modo. Si indulgentia sunt imposturae, impostores erunt, non solū præcedentes pontifices, sed & ipse Leo decimus, quem tantū Lu-

therus eximia laudat. O regium, & Thomisticum acumen.

Et paulō post.

Itaque nihil mihi respondet rex Thomisticus, indulgentias damnant, præter hoc verbū, indulgentia nō sunt imposturae, quia Leo est bonus vir, ergo oportet sic esse, non potest aliter esse.

HOC loco, nihil est opus respondere, lector, sed ipsa regis verba subijcere, quæ tu quū leges, & ab isto nebulone deprauata cōperies, & illud oportet sic esse: non potest aliter esse: apud regem nusquam inuenies, sed tā sæpe quam stulte fictum ab Luthero, vt haberet de suo, in quod videretur festiue ludere: tum vere oportet sic esse: & non potest aliter esse: quin si quis Lutherum dicat esse bipedē, stultiorem quadrupedē, responsum, sis oportet sic esse: non potest aliter esse. Hunc igitur in modum ait princeps.

Quemadmodum animal omne potissimū ex facie dignoscitur, ita ex hac quoque prima propositione clarescit, quā suppuratum is habeat cor, cuius os amaritudine plenum, talis exundat sanie. Nam quæ de indulgentijs olim

Verba Regis

Quantā fenestra patefecerit Lutherus ad scelera

olim differuit, ea plerisque multum videbantur adimere non modo de potestate pontificis, verum etiam de bona spe, ac sancta consolatione fidelium: hominesque vehementer animare, vt in penitentia suæ cōsiliū diuitijs, ecclesiæ thesaurū, & vtroneam Dei benignitatem contemnerent. Et tamen ea, quæ scripsit, omnia idecirco mitius accepta sunt, quia plerique disserbat dicitur, nō asserebat. Subinde etiā petēs doceri, selesq; pollicens meliora docenti pariturū. Verum istud quam simpliciter scripsit animo, homo sanctulus, & omnia referens ad spiritum, qui fictum effugit: hinc facile deprehenditur, quod simul atq; à quoquā salubriter est admonitus, sicut pro benefacto regesit maledictū, conuictijs & contumelijs insanies, quibus opere precium est videre, quo vesania tandē prouectus est. Ante factus est, indulgentias hæc tenus saltē valere, vt præter culpā etiā à pœnis absoluerent, quascunq; videlicet vel ecclesia statuerat, vel suis cuique sacerdos iniunxerat. Nunc vero, non eruditione (vt ipse inquit) sed malicia tantum profecit, vt sibi ipsi contrarius, indulgentias in vniuersum condemneret. Ac nihil aliud eas dicat esse, quā meras imposturas, ac nihil omnino valere, præterquam ad perdendum hominum pecuniam, ac Dei fidem. Qa in re, quam non scelerate modo, verum etiam furiose bacchetur, nemo est qui non videt. Nam si nihil omnino valent indulgentia, sed meræ sunt (vt Lutherus ait) imposturae: tunc necesse est, impostores fuerint, non hic tantū Leo pontifex decimus (cuius innocēs, & inculpa vita, moresq; sanctissimi, ab ineunte ætate, per orbem totū, satis explorati sunt, quemadmodum in epistola quadam ad pontificem, Lutherus etiam ipse fatetur) verū etiā tot retro seculis, omnes Romani pontifices, qui quod Lutherus ipse commemorat indulgere solebant, alius remissionem annuam, alius triennem, quidam aliquot condonare quadragesimas, nonnulli certā rotius penitentia partem, tertiam puta, vel dimidiam, aliqui demum remissionem indulserunt & pœnæ & culpæ plenariam. Omnes ergo (si vera dicit Lutherus) fuerunt impostores. At quanta magis cū ratione creditur hūc vnū fraterculū, morbidam esse onē, quam tot olim pontifices, perfidos fuisse pastores.

Et paulo post.

Qui, quū eousq; progreditur, vt neget indulgentias quicquam valere in terris, frustra cum eo disputem, quantum valeant in purgatorio. Præterea, quod profuerit cū illo loqui, quibus subsidijs liberemur à purgatorio, qui totum ferme tollit purgatoriū? Vnde quum patinon possit, vt pontifex quēquam eximat, ipse sibi tātulum sumit vt neminē ibi relinquat. Quid attinet cum eo pugnare, qui pugnat ipse secū? Quid argumentis promoueam, si cum eo agam, vt donet, quod negauit: qui nunc id ipsum negat, quod ante donauerat? Verum

quantumuis disputentur in dulgentia pontificis, necesse est, inconcussa maneat verba Christi, quibus Petro commisit claus Ecclesiæ, quum dixit. Quicquid ligaueris super terram, erit ligatum & in cælo: & quicquid solueris super terram, erit solutum & in cælo.

Item quorum remiseris peccata, remittentur & quorum retinueris, retinebuntur. Quibus verbis, si satis constat sacerdotē quēlibet, habere potestatem à mortalibus absoluendi criminibus, & eternitatem pœnæ tollendi, cui non videatur absurdum, sacerdotum omnium principem, nihil habere iuris in pœnam temporariam? Verum aliquis fortasse dicet: Lutherus ista non admittit, sacerdotem vllum quicquā ligare, vel soluere, aut pontificē summum plus habere potestatis, quam alium quēuis episcopus, imo quemlibet sacerdotem. At quid id mea, quid admittat, aut quid non admittat is, qui quorum nihil admittat nunc eorum pleraq; paulo prius admisit: quid, omnia nunc rejicit solus, quæ tota tot seculis admittit ecclesia. Nam (vt cætera taceam, quæ no uis iste Momus reprehendit) certe indulgentias, si pontifices peccauere, qui concesserunt: immunitas à peccato nō fuit tota cōgregatio fidelium, qui eas tam diu, tanto consensu, susceperunt. Quorum ego iudicio, & obseruatæ sanctorū cōsuetudini, non dubito potius acquiescendum, quam Lutheri soli, qui totam Ecclesiam tam furiose condemnat.

Eccē lector, quam scite regem tetigit Lutherus, quum rex & euangelio probarit, & ratione, successorem Petri condonare posse pœnā purgatorij, quum rex præterea dicat: Non solum Leonem decimum (quem laudat ipse Lutherus) sed omnes retro pontifices fuisse impostores, si indulgentia nihil sunt aliud, quā imposturae, & totum fuisse Christianum populum, tot ætatibus obnoxium culpæ: & se meliori cum ratione crediturū, vniū Lutherum vel stolidum esse vel impium, quā aut omnes pontifices fuisse deceptores, aut totum tot ætatibus populum fuisse deceptum. Lutherus contra, ad euangelium tacet: rationes dissimulat silentio, de cæteris tot seculorum pontificibus nihil respondet omnino: nihil respondet de populo, quem tot ætatibus defundum, cum episcopis & clero, communi damnatione deuoluit ad inferos. Quid ergo respondet? nihil respondet omnino. Tantum cachinnos tollit homo lepidus, & Sardonio risu risit regem, quasi nihil aliud dicat, quā, Indulgentia non sunt imposturae, quia Leo decimus est vir bonus. Et tamen hoc ipsum, sic ab illo recitatum de industria, vt possit deprauatum vincere, quū omnibus viribus oppugnarit, expugnare non potuit.

Si Lutherus, inquit, tantum habet autoritatis, Verba vt tantus rex ei credat, Leonem decimū laudat: cur non credat eidem, indulgentias damnant?

Pontifex Lutheri plebeio sacerdotē inferior.

Hui, quam argute nobis arguit reuerendus frater. Si negemus hoc lemma. sic nimirum probabit à simili. Si rex mihi credit vera dicenti: cur non itidem credit aperte mentienti? Nam quod ait se, quum diceret, indulgentias nihil omnino valere, sed esse meram imposturam, munivisse sententiam suam scripturis, & rationibus, reuerendus pater aperte mentitur. Nam in illis libris, quibus egit serio de indulgentijs, nihil dixit vltra, quam eas valere dumtaxat, ad tollendas pœnas, quas aut lex infixisset, aut homo. At nihil omnino valere, & meas imposturas esse, id demum primum in captiuitate Babylonica, sine scripturis, & ratione, ex pectoris sui sententia, solo furore depropfit. Illud quoque non minus præclarum, quod sic ait.

Hoc argumento regio, & Thomistico vsus, potes dicere: Roma in curia nihil agitur mali, quia Leo decimus est bonus vir, & sic iustificabis omnem illam abominationem, Romana perditionis.

EN quam pulchre, quam similia connectat. Quasi, aut in Romana curia fieret omnia quæ bonus iste pater mentitur: aut quæ facerent omnes, omnia sciret pœtifex: aut si quædã nesciret illorum, ideo nescire posset, quod vltas concedat indulgentias: aut non esset impostor, si sciens faceret imposturas: aut bonus esset, qui impostor esset: aut sibi non pugnaret stolidissime, prudentissimus pater, qui dicit: Leo decimus est impostor, sed tamen est bonus vir.

OBITER PVLCHRE TRACTAT Lutherum, stolidè arguit autem aduersus Aristotelem, quod nemo sit bonus vir nisi qui possit esse bonus princeps.

CAP. II.

NAM quid obtusius est illa argutia, qua sibi videtur argute refellere Aristotelis (vt ipse vocat) argutiam.

Verba Lutheri. Aristoteles.

Si hoc loco, inquit, argutiam illam tractet: quod aliud sit, esse bonum virum, & aliud bonum principem (vt Aristoteles eorum docet) frustra tractauero, coram tam stupidis & crassis truncis: quanto minus caperent si secundum diuinas literas, hac de re disputarem? Nam re vera bonus vir non est, qui bonus princeps esse non potest. Spiritus enim Christi (quo solo boni sumus) reddidit hominem perfectum, ad omne opus bonum instructum, vt Paulus ad Timotheum docet. Id quod & historia probant scripturarum. Coram hominibus locum habet argutia ista: aliud est, esse bonum virum, nempe in speciem: & aliud bonum principem, aque in speciem. At Saul, vt desit esse bonus vir, simul desit esse bonus princeps.

AN nondum legis hæc tecum lector cogitas illud Horatii: Quorsum hæc tam putida tendunt? Nam Leo decimus, si fuit impostor

neque bonus papa fuit, neque bonus vir: Quem Lutherus bonum virum fuisse confirmabat, donec se declarauit Leo mali viri non esse fautorem. Quamobrem extra locum suum prorsus, hanc argutur argutiam, nec in aliud, quàm vt suam declarat stultitiam. Quis enim præter Lutherum tam stupidus est, & crassus truncus vt id non videat esse verum, vel negante Aristotele, non modo non admonente, nõ idem esse bonum virum, quod bonum principem? quantumuis id neget bipedum stultissimus Lutherus, qui ex illo Pauli: Spiritus Christi reddidit hominem perfectum, ad omne opus bonum instructum: Cõcludit, neminem in hoc mortali statu bonum virum esse, qui non sic habet spiritum Christi, vt sit instructus ad gubernandum regnum. Et nisi quis ita sit bonus, quomodo nemo bonus est, nisi solus Deus, alioqui bonus vir vocari non possit, nec bonus vir sit, qui bene credit, & bene facit, pro ingenij sui captu, si sit aliquanto simplicior, quam vt sit idoneus gubernando populo. Docet ergo nos stultos & crassos truncos, huius patris ingenium subtile, & tenui festuca tenuius, illud Pauli: Spiritus Christi reddidit hominem perfectum: sic intelligi, quod nemo sit bonus, nisi idem sit optimus. Et quia spiritus Christi, reddidit hominem instructum ad omne opus bonum, ideo quilibet, cui se aliquo modo infundit, instructum reddit ad quodlibet: vt nisi quis, omnia omnium dona gratiarum receperit, nullus omnino receperit, nimirum iuxta illud eiusdem Pauli: Diuisiones gratiarum multæ sunt, & vnusquisque proprium donum habet à Deo: alius quidẽ sic, alius autẽ sic, sed idẽ nobis egregie probat historijs scripturarum. Nam corã hominibus locum habet, inquit, argutia ista: aliud esse bonum virum, nempe in speciem: aliud bonum principem, nempe in speciem. At Saul, vt desit esse bonus vir: desit simul esse bonus princeps.

Pulchre, bene, etc.

Inepte interpretatur apostolum.

O præclarum argumentum: Sic accidit in Saule: ergo sic accidere necesse est in omnibus hominibus: velut si quis ita colligat: iste homo stultus est, ergo omnis homo stultus est. Qui impedit, quo minus is, qui priuatim aliquo laborat vitio, tamen vtilior esse possit in publicum, quam quispiam nullo laborans vitio, sed minus callens earum artium, quibus in structum oportet esse principem. Neque enim Deus omnia impertit omnibus. Quod si maxime verum esset, neminem esse bonum principem, nisi qui sit bonus vir: tamen altera parte nõ cõmearet ratio, neminem esse bonum virum, nisi qui sit bonus princeps: nisi nobis persuadere reuerendus pater, hoc argumentum bonum esse: Omnis rex est homo, ergo omnis homo est rex. Et item istud. Omnis asinus est animal, ergo omne animal est asinus. Et hic vides lector: quàm belle procedat huic reuerendo patri, id quod ille extra necessitatem, extra occasionem, extra locum omnem protulit: non in

REFELLIT DELIRAMENTA

Lutheri quibus respondit de papatu.
CAP. III.

non in aliud omnino, quàm vt iactaret istud bellum inuictum suum, & triumphum aduersus Aristotelem, idem esse bonum virum, & bonum regem.

PERGIT RETEGERE, ET FESTIVITER refellere iugis Lutheri, circa Leonem decimum.
CAP. III.

RVRVSVS ad id redit, quo sua stultitia dolet vrgeri.

Verba Lutheri.

Itaque nihil, inquit, contra me facit hoc, quod Leonis decimi personam laudauit, & indulgentias damnauit. Duplex est hic iudicium, hominem non licet iudicare, etiam si pessimus sit, coram Deo, donec foris sine crimine viuit. Hoc enim iudicium ad eum pertinet, qui scrutator est cordis & renum. Aliud est de indulgentijs iudicare, quod ad doctrinam pertinet, in qua vt errare possunt, tam boni quam mali, siue sint vere aut fidei boni, imo & electi, ita pertinaces in errore non sunt, nisi manifeste impij. Hoc iudicium ad omnes & singulos pertinet, vt vocem pastoris, & alienorum discernamus. De Leone autẽ ipso, adhuc hodie incertus sum, quid senserit apud sese, & an sit pertinax in errore. Sed quid ista spiritualia, & preciosa ante porcos proijcio? Quid capiat harum rerum, qui hunc syllogismum non capit, longe inuisibilissimum esse: Leo bonus est vir, ergo indulgentia sunt vera.

Quid ais lector? nõ se pulchre expediuit reuerendus pater, hac bella distinctione, qua videlicet effecit, vt recte laudaret leonem, etiãsi vocet impostorẽ? Nã vt se excuset à repugnantia sic excusat pontificem, vt quanquã pontifex nõ solũ concesserit indulgentias, sed etiã excommunicarit illum, qui reprehendit indulgentias, tamen dubitat, quid ille pœtifex apud se senserit de indulgentijs. De quibus si senserit idẽ, quod Lutherus, hoc est, si contra senserit, quã scripsit, fuit bonus vir. Et hæc est acuta responsio reuerendi patris de indulgentijs: Ego certus sum quod sunt merę pœtificis Romani imposturę: sed quia de occultis nõ debeo iudicare, & occultũ est mihi, an Leo decimus fuit pertinax in contraria opinione, an & ipse quoque crediderit, eas esse meras imposturas, & eas credens nihil oĩno valere, tamẽ velut multũ valituras cõcesserit: & me, quod cõtra pertinaciter senserit, excommunicauerit, atque ita verus impostor fuit, ideo absque repugnantia & indulgentias, vt imposturas eius reprehedi, & ipsum tamẽ imposturam factore, vt bonum virum laudauit, quia idem est bonus vir, & bonus princeps. Et hoc est lector ingenij Lutherani præclarum specimen: quod rationibus regis omnibus omisis, frustũ vnũ decerpserit sibi, & pro suo deprauauit cõmodo, quo facilius posset vincere. Et tamen quã id deprauasset maxime, tã stolidus est, vt non posset soluere.

Veniãmus nunc, inquit, ad aliud de papatu: quem ego potentibus scripturis conuulsis. Defensor autem eius ad scripturas magis minus quam piscis, regia fiducia præsumit, Lutherũ ad solũ eius nutum scripturas deserturũ, & suis mendacijs accessurum. Probat autem papatũ hoc modo. Oportet sic esse, quia audiui etiam Indiam sese Romano pontifici subdere. Item Graciam. Itẽ S. Hieronymus agnoscat Rom. ecclesiam pro matre. Quid hic Lutherus dicere audebit aduersus tam egregia & tam Thomistica?

Verba Lutheri.

Ecce lector vbique similẽ sui Lutherũ, hoc est nebulonem improbe impudenterque, mendacem. Nam quam adhuc extent libri: ex quibus eius vanitas essent cæci: audet scurra vanissimus ea dicere: quæ nemo nescit eum improbe stulteq; mentiri. Quod quo tibi faciam clarius, ipsa regis verba, quatenus ad hanc rẽ faciunt, adiungam.

QVIS non hic quoque, nisi qui maliciam norit, miretur inconstantiam? Nam prius negauerat papatum esse diuini iuris, sed humani iuris esse concesserat. Nunc vero secũ disidens, neutrius iuris esse confirmat, sed pontificem sibi mera vi sumptisse, atque vltra passẽ tyrannidem. Sentiebat ergo pridem, humano saltem consensu, propter bonum publicum, Romano pontifici, super ecclesiam catholicã, delatam esse potestatem. Idque vsque adeo sentiebat, vt Boemorum quoque schisma detestaretur, pronuncians eos peccare damnabiliter, quicunq; papæ non obtemperarent. Hęc cum haud ita pridem scripsisset, nunc in idem, quod tunc detestabatur, incidit. Quin istud quoque similis est constantiã, quod quã in cõcioe quãdã ad populum, excommunicationẽ doceat esse medicinam, & obediẽter patienterq; ferendam, paulo post excommunicatus ipse, idque meritisimo iure, sententiam tamen tam impõter tulit, vt rabie quadam furibundus, in contumelias, conuitia, blasphemias, supra quam vltẽ possent aures ferre, proruperit: sic, vt suo furoris plane perspicuum fecerit, eos, qui pelluntur è gremio matris ecclesie, statim furijs corripit, atque agitari demonibus. Sed istud rōgo, qui illa tam nuper vidit, vnde nunc subito videt, nihil se tunc vidisset? Quos nouos oculos induit? An acutiore cernit obtutu, postquam ad superbiam solitam, ira quoque superuenit, & odium, & lōgus videlicet prospicit, vsus tam præclaris conspicijs? NON tam iniurius ero pontifici, vt anxie ac follicite de eius iure disceptem, tanquam res haberetur pro dubia: satis est ad præsens negociũ, quod inimicus eius ita furore prouocatur, vt sibi fidẽ derogat ipse

Verba Regis. Quã hæc sit probabile consideranda lector.

Hic cinea bonus vir sit, sic agit

vt de eodem sacramento comederet, ac pane propositionis vesceretur, vtique si mundus esset. Hoc institutum, Christus (quatenus ad sacrificij formam pertinet) perpetuo seruari fecit in sacerdotibus, vt simul & panis & vini speciem offerret, vt figuræ respondeat res, quæ olim adumbrata est in oblatione Melchisedech, qui panem & vinum obtulit Abraham. Populi verò conuiuium, alias apparauit aliter, non sacerdos, nõ populus, sed conuiuator ipse Christus. Nam alias populum paut, non corpore solū & sanguine, verū etiā sub vtraq; specie panis & vini. Alias vini speciem sustulit, rem tamē ipsam, suum videlicet sanguinem, eis reliquit in carne. Nec vtrobiq; eadem ratio est. Nam duæ illæ species, non vnum tantum conficiunt sacramentum, sed duo. Verum illa sacramenta duo, non duo faciunt integra sacrificia, sed vnum. Integrum est ergo sacramentum sub alterutra specie, sed vtramque requirit integritas sacrificij. Sed vnde probas, inquit, alteram speciem, laicis ab ipso sublatam Christo, quam ego prius contendi, sublatā populo, malicia sacerdotum? Hoc tibi Luthere, prius probandum fuit, quod ipse per maliciam finxit, per vim, & tyrannidem sustulisse vini speciem sacerdotibus. Quod mendacium tuum impudēs, & vipereum retexit, ac reuicit princeps. Sed id tu tuo more dissimulas. Verum probauit id Rex, à solo factū Deo, cuius vnus spiritus, in sacramentis & articulis fidei gubernari probauit, Ecclesiā Catholicam, per quam vniuersam, obferuatur id, quod reprehendis. Et probauit illud princeps, nõ ratione solum, & sanctorum patrum omnium sententijs, sed apertissimis etiam scripturis. Denique (quod tibi turpissimum est) probauit ex verbis tuis, ad quæ omnia, ne verbum quidem respondi tui: sed omnino furdus ad ea, quæ respondentur tibi, pulchre te litigare censes, si coecicis in morem perpetuo recinas, quod cœpisti semel occinere.

NAM quod videri vis, ex illo mire causam fulciri tuam, quod Christus ad calicē signantem (vt ais) adiecerit, Bibite ex eo omnes: quasi neminem prorsus excipi voluerit à bibendo sanguine, sub specie vini: quid habes ex Euangelio, quo possis ad alios illa verba trahere, quàm ad tum præsentēs Apostolos, præferim quum alius Euangelista commemoret idem, ac velut interpretetur alijs verbis, nepe his, Accipite & diuidite inter vos? Quos, quæso, dixit, quum dixit inter vos? alios ne, quàm inter præsentēs Apostolos? An non satis aperte declarat, quos omnes iubet bibere, quum illud, quod bibi iussit, ostendat, inter quos iubet diuidi? An adhuc Luthere postulas, vt doceare clarius, quos omnes dixerit, quum dixit: Bibite ex eo omnes? Ecce, potest istud ex illo saltem diceretur, quod Euangelista subiūgit, Et biberunt ex eo omnes. Dubitas adhuc bene vir, quibus omnibus dixerit, quum id quod

omnes facere iussit, ab omnibus vides esse completum? Quin istud Luthere libenter abs te quaererem: Quid tibi vis, in eo quod ais, Christum signanter adiecit ad calicem: Bibite ex eo omnes? Nō opinor id sentire te, quod plures voluerit Christus recipere speciem vini, quàm panis. Quantumuis ergo signanter, omnes adiecit ad calicem, noluit tamen ad plures pertinere, quàm illud, quod ante dixit de corpore: Accipite & comedite: vt vtrūq; dictum perinde valeat, ac si aut ibi dixisset: Bibite ex eo, nec adiecit omnes, aut hic dixisset: Accipite, & comedite omnes. At nec istud puto negaturum te, non alijs illud dixisse Christū: Accipite & comedite: aut, Bibite ex eo omnes: quàm dixit istud: Hoc facite in meā commemorationem. Ergo si illud, Accipite & comedite, & illud item, Bibite ex hoc omnes, non dixit Apostolis, sed Christianis præsentibus & futuris, citra vllam prorsus exceptionem vniuersis, sequetur nimirum: quod vniuersis dixit & illud: Hoc facite in meam commemorationem. Recordare itā, quod ipse sic interpretaris hæc verba Christi: Hoc facite, id est, hoc totum facite, quod ego nunc facio, hoc est, consecrate corpus & sanguinem meum, & comedite, & bibite. Vides ergo bene vir, eo rem deduxisse te, vt necesse habeas aut illud, omnes bibite, restringere, ad præsentēs duntaxat Apostolos, aut illud: Hoc facite, dilatare prorsus ad vniuersos. E quorum altero, sequetur interitus argumenti tui fortissimi: ex altero sequetur illud absurdissimum: quod nemo prorsus erit, neque sacerdos, neque laicus, neque vir, neque puer, neque mas, neque femina, quin illi demandatum sit, vt Christi corpus & sanguinem non recipiat solum, sed etiam consecret. Quam rem omnium absurdissimam, quanquã te tā absurdū video, quod absurda non habeas, tamen quando non dubito neminem fore tam insanum, vt hac in parte dignetur furori tuo subscribere, mihi fatis erit, co traxisse te, vt aut necesse habeas fateri, id quod ex argumento tuo sequitur, perquam absurdum esse, aut eam rem neges esse absurdam, quam nemo plane nescit esse furiosam. Et hoc est lector argumentum primum, quod tanquã fortissimum, dominus doctor collocauit in fronte: ad quod ait, regem nihil dixisse, qui tamen vno responso, & illud, & reliqua sex, perfodit penitissime, quum probauit, quod licet in cœna sacramentum istud primo sit institutum, & sacrificium inceptum, tamen oblatum est, & consummatum in cruce: nec tam certam sacramenti formam, in illa cœna præscriptam esse fidelibus, quin & illius sacrosancti sacramenti, sicut & cæterorum omnium obseruatio legitima, perpetuo petenda sit ab ecclesia: quam & post illam cœnam docuit Christus, per spiritum sanctum, & per eundem spiritum, quando vult in Ecclesia sua quædam, prout ipsi placet, immutat, causâsq; mutandi, vt

Tolle iā exanimē Luthere Achille.

Hic os cœprime Luthere.

De sacramento & sacrificio notandum.

Nihil turpe homini per se impuro.

solus Deus mutat, ita solus Deus nouit. Hoc duntaxat nemo non nouit, quicquid circa sacramenta, per totam mutatur ecclesiam, mutari illud nõ alio mutante, quã Deo, qui ne in rebus eiusmodi tota possit errare, promissit suū spiritum, illam ducturum in omnem veritatē, & se cum illa futurum vsq; ad consummationem seculi.

Secundus Achilles Lutheri.

Secundum erat hoc: si solis presbyteris dedisset Christus in cœna sacramentum, non licere vllā partem dare laicis, quia non licet institutum & exemplum Christi mutare. Hic tacet gloriofus defensor rex Angliæ.

IMO hic, non tacuit rex, sed ostendit tibi Luthere multā mutata, sed ea mutata per illum; qui potestatem habet mutandi omnia, nempe per ipsum Deum, sine cuius instinctu probauit, ecclesiam nihil in sacramentis mutasse. Nam argumentum istud tuum quã præclare procedit: Deus dedit sacramentum solis sacerdotibus; ergo non licet dare laicis: Eadē ratione dicas licet: Christus dedit tantum viris; ergo non licet dare mulieribus. Quam si dicas, nihil in Christo differre mares à feminis & contra Paulum, permittas mulierem cœionari, dicemus tibi, nec laicum per te differre à sacerdote, vt adhuc contra te procedat similitudo: vt si dari possit mulieribus, quod Christus legitur solis dedisse viris: possit & dari laicis, quod Christus legitur, solis dedisse sacerdotibus. Prætereas, quero abs te Luthere: an quisquam in cœna sacramentum receperit, præter solos apostolos? Si dicas alios: quero, qua scriptura probes id? Nam tu nihil admitti vis, absq; manifesta scriptura. Sin concedas, solos Apostolos: id quod concedere tibi necesse est tunc quero vtrum, quando recipiebant sacramentum, laicos fuisse illos dicas, an sacerdotes? nam nec erat aliud, nec quisquam vtrūq; simul. Elige ergo vtrum libet: si vis, fuisse laicos: iam ex ista præclara argumentandi forma quam affers tu, liceret dicere: Dedit tantū laicis, ergo non licet dare sacerdotibus, quia non licet institutum & exemplum Christi mutare. Sin fateare fuisse sacerdotes: iam ex argumento tuo, laicis, quibus vtramque speciem deberi disputas, vtramque speciem deberi institutum, quod non licet dare laicis, quod Christus in cœna dedit tantum sacerdotibus. Sed est omnino falsa ista, & furiosa collectio nisi valeat hæc quoq; Christus hoc modo fecit in cœna, ergo instituit, vt idem eodem modo perpetuo fieret in Ecclesia. Et item hæc: Christus ita fecit in cœna, ergo nõ licet ecclesię, ipso iubente Christo, quicquam mutare. Christus dedit cœnantibus, ergo non licet ecclesię, iubente Christo, dare ieiunantibus. Christus in cœna legitur, in calice consecrasset solum vinum, ergo non licet Christo iubere, vt in Ecclesia sua sacerdos immisceat aquam. Et hoc est lector secundum argumentum D.

doctoris: quod voluit videri tam validum. Tertium est. Si potest vna pars laicis tolli huius sacramenti, poterit & baptismi, & penitentis, eadem auctoritate tolli, & quicquid Christus vnquã statuit, potest partim tolli, & particulatim totum tolli. Si totum tolli non potest, nec vlla pars tolli potest. Ad hoc obmutescit gloriofus assertor sacramentorum.

Tertius Achilles Lutheri.

REX ad istud respondit Luthere, alterā sacramenti speciem ablatam esse laicis, dispensatione Dei: & illud tibi probauit euidenter. Nec veretur asserere, Deum, qui vnam speciem sustulit laicis, auferre, si velit, vtrāq; posse: Ecclesiam vero, nisi Deo sic volente, nõ in posse; sed neq; in id cōsentire posse: quod in Sacramento fieri Deo volente non liceat. Nā Deus Ecclesię suæ, talibus in rebus dirigit corda: & per spiritum sanctum, ducit in omnem veritatem, vt eam reddat colūmnam, & firmamentum veritatis & fidei. At tibi contra, rex ostendit pectus in spirare diabolus, per quem auius ex & baptismi sacramento gratiam tollere, & fidem eius; malorum operum securitatem poluere. Penitentis verò duas partes tollere, tertiam stultissimis dogmatibus inficere. Eucharistiæ sacramentum, non alijs modo substantijs miscere, sed omnium cœremoniaram honore spoliare: & (quod omnium sceleratissimum est) in conscientiam conspurcatam, quibuslibet inquinamentis immergere. Denique matrimonij sacramentum, & confirmationis, & ordinis, & vtiotionis extremitatem, nec auctoritate, nec ratione fretus, abnegare. Et non pudet te ecclesiam totā conuictis, & scyophantis inceffere? quasi laici tollat vnus sacramenti partem alteram, cum tu nebulo miserimus & quatuor tollas integra, & reliqua tria hoc dissimis hæresibus contamines. Et quum hæc omnia tibi rex sacramentorum defensor, & vera dignus gloria, respondit, tu ad hæc omnia sacramentorum furiosus impugnator, obfurdascis.

Nihil nebulo nisi sanctum

Quartum est, inquit, quod Christus dicit, sanguinem suum fundi pro remissione peccatorum, estrostrorum, eis non posse negari signū remissionis, quod illis Christus dederit. Ad hoc, inquit, mutus est Laruatus Thomista Anglorum.

Quartus Achilles Lutheri.

PRINCEPS ad hoc Luthere nõ erat mutus, sed tu laruate potista, furdus, qui semper nihil audis, quod non libenter audis. Alio qui recordare nebulo, quod probauit princeps vini speciem non per homines ablatā laicis, sed per ipsum Christum: & iam proponeretur istud argumentum tuum. Christus pro laicis fudit sanguinem, in remissionem peccatorum: & hoc pacto concludas: Ergo Christus (quanquam sub specie panis, remissionis integrum signum relinquens in corpore) non potuit auferre laicis speciem vini, quod est signum remissionis in sanguine. Nam sic necesse est in-

est inferas, si quicquam vellis inferre, quod tãgat rem. Alioqui si concludas hoc pacto: Ergo homines non potuerunt auferre speciem vini, quod est signum remissionis: quid potest concludi stolidius aduersus principem, qui tam aperte probauit, non ablatam esse per homines, sed per Deum? Ecce domine doctor, quã belle vobis procedat istud argumentum quartum.

Quintus Achilles Lutheri.

Quintum est, inquit, si potuit vinum tollere, potuit & panem, ac per hoc totum institutum Christi penitus euacuare: si totum non potest, nec parit potest. Et inuictus rex, forte recordatus prouerbij, Silentio respondetur multis, & ipse mihi silendo omnia respondet.

TV potator inuictus, neque meminisse potes, quid tibi responderit rex, neque quid ipse in proximo pene versu dixeris. Nam, quid est aliud stolidum istud argumentum, quintum, quã frustrulũ marcidũ, ex furfuracea massa tertij argumenti decerptum? Nam quod hic colligis de vno sacramento, ibi colligebas de omnibus: nec interim verbum facis vllum de eo, quod princeps aduersus te probauit, istud, quod tu impugnas, non ab homine factũ esse, sed à Deo. Atqui Luthere, oportebat te, ad id respondere primum. Interea stolide facis, si dissimules illud: & dicas nobis: Homo nõ potest vini speciem tollere: sin fateris illud: & stolide facis, & impie, si dicas: Deus non potest mutare, quod potuit non instituire. En quali silentio tibi responderetur ad quintum.

QVID mirum si partem tertij ponas pro quinto, qui sextum omisit totum, tam bellus arithmeticus, vt ita numeres, primum, secundum, tertium, quartum, quintum, septimum? Sed ne quid tibi queraris interceptũ, fugitiuus ille seruus in captiuitate Babylonica repertus est, atq; extractus huic, vt cadauer istud exangue, vel ex stigmatibus possis agnoscere.

Sextus Achilles Lutheri.

Obsecro, inquit, qua necessitas, qua religio, qua utilitas, laicis negare vtramq; speciem, id est signũ visibile, quando omnes concedunt eis rem sacramenti sine signo: si rem concedunt, quã maior est, cur signum, quod minus est, non concedunt?

OBSECRO te Luthere per stulticiam tuam, non sentis istud ipsum, quod tu torques in clericos, regem in te retorsisse? Nam quum tu nihil aliud clames, ob maliciam, quam alterã speciem impie sustulisse sacerdotes, rex declarans eam rem non esse imputandam sacerdotibus, ostendit, non solum laicos tantã iniuriam nõ fuisse passuros, sed illud etiã, quod ipse quoque perquam prudenter fateris, nullam fuisse causam, cur sacerdotes illud per iniuriam facere voluerint. Quod enim commodum inde consequerentur ipsi? aut quã fuisset inuidia, quum nemini neget rem ipsam totã? nemini negent signum totius in corpore, sig-

num etiam cuius vtrumque concedere? Aut quam obrem voluissent, eo concesso, quod est ultra modum omnem maius, id subtrahere, quod omnes sciunt incomparabiliter esse minutius?

O prudentem virum, quam scite disputas aduersus regem. Ille dicit, id non fecisse sacerdotes: tu probaturus eos fecisse, contendis nullam fuisse causam, cur facerent. Rex probat id fecisse Deum, & quod ipsi placitum est, non solum sacerdotibus, sed populis insuper in spirasse fidelibus, qui ecclesiam suam catholicam (cum qua se futurum promisit, vñq; ad consummationem seculi) nõ patitur in sacramentis errare: An tu adhuc queres, quare fecit: Et non defines impugnare, quod Deus fecit, nisi tibi reddatur ratio, quare fecerit. An nobis respondere non licet: quis consiliarius eius fuit? Scio multas magnasq; causas allegari posse, & prudentissimos quosdam viros allegasse per multas, quã populum permouere potuerint, verum ego diuinare non dignabor de causa, quum certus sim, neque populũ Dei sine Deo, neque in populo Deum sine causa fecisse. Nam quod quod tu garris, hoc à Deo permissum, vt esset occasio schismatis, nempe sic est permissum à Deo, vt à Deo permissum est, euangelium scribi, ex quo fuscitatur hæretici multa schismata. Nam boni viri nullam ex communione ceperunt occasionem schismatis, sed ecclesia concors erat & vnanimis: Neque quisquam fere fuit à populo, qui vel peteret speciem vini, vel tam rebellis esset spiritui, vt vel oblatam foret accepturus, donec vnus aut alter similis tui, fax inferni, in segete domini immisit ignem, qui angulum aliquem depopularetur agri dominici.

PORRO, quod ais his verbis, nos re sacramenti iam dudum amissa, iam contra rem maximam propter signum pugnare recte sane & vere, nos illud, dicis. Nam catholici re ipsa contenti, de signo solliciti non sunt: sed vos schismatici & hæretici, contra rem vere maximam, hoc est voluntatem Dei pugnantes, pro signo solo totam sacramenti rem, fructumq; eius omnem perdidistis. Postremo, quod ais istam ablationem alterius speciei tunc temporis incespisse, quo tempore pro diuitijs mundi, cepimus contra Christianam charitatem insanire, quã frigidum est. Nam quid habet hæc res affine cum diuitijs? an sacerdotes, vt laicis non ministrarent vtramq; speciem conducuntur diuitijs. O rerum solidarum inopem, verborum stolidorum diuitem Lutherum.

Septimum est, inquit, Paulus omnium obstruens ora, qui ad Corin. v. de cetero, non presbyteris, sed ecclesia & omnibus fidelibus tradidit totum sacramentum. Hoc, inquit, argumentũ dixit assertori sacramentorum, Noli me tangere.

AN ideo Luthere non tangeris, quia tam stupidus es, vt non sentias, quando tangeris? Certe

Septim' Achilles Lutheri.

Certe stupidissimus es, si non sentis, quã parum causam tuam probet apostolus. Nam primum, etiam si locus ille nihil haberet ambiguitatem vix æquũ esset postulare te, vt ora omnibus obstruat apostolus, quum apud te nullus apostoli tãta sit authoritas, vt os obstruat tibi: vt qui linguam maledicam exercere non solum sis ausus in apostolum Iacobum, & illi de authoritate sua mouere controuersia, sed in ipsum quoq; de bacchari Paulũ: qui quum te offeodit, ad Ephesios quinto, quod ausus est matrimonium vocare sacramentum, non dubitas in dubium vocare, vtrum id ex Deo sit locutus, an ex sensu suo. Verum quoniam satis certum est, neminem tam impium esse, q̃ te: perge nihil veritus, cæteris Christianis omnibus Paulum allegare. Sed vide tamen quatenus suffragetur tibi. Si quis aut negasset laicos olim vtramq; speciem recepisse, aut id factum reprehendisset in Corinthijs, recte Paulum citasses, cum & factum probaret illic tantus testis, & recte factum tantus probaret apostolus. Nunc vero quum concedant omnes, & illud factum volente Deo, & nunc illud ipsum Deo dispensante mutatum, tu stolide nunc allegas apostolum: ex quo probas illud, quod nemo negat: illud, quod obstat tibi, nõ attingis: nisi te forte putas pulchre colligere. si rem hoc pacto concludas: Paulus ita voluit: ergo perpetuo sic facere debet Ecclesia, siue velit Deus siue nolit. An non Paulus quædam tradidit Corinthijs, quæ neq; tũ licebat negligere, neq; nunc obligatur quisquam seruare: nisi tu, qui libertatem preterendas, multis damnationibus inuoluas vniuersum orbem? Paulus circumcidit Timotheũ: nec dubito, quin id recte riteque fecerit: & tamen idem paulo post interminat alij: Si circumcidimini, Christus vobis nihi proderit. Olim ad baptismum tantum admittebantur adulti: & Christus, non antequam adoleuit, baptisatus est. Infantes baptisasse non leguntur apostoli. Cur ergo non clamis institutum esse, ne baptisentur pueri, vt hac quoq; parte calumniam struas ecclesie. Olim contra, postquam baptisari ceperunt infantes, etiam communicari consueuerunt. Nunc illud videmus abolitum. Cur vtramq; speciem nõ redarguis, tot secula iam subtractam pueris, qui alteram tantum damnes ablatam laicis? Iam istud ipsum de vini specie, an non Christus ipse prætermisit aliquando: nisi contra sanctos omnes Cleophã neges, & sociũ eius recepisse corp' in specie panis, cũ in fractione panis cognouerũt eũ: aut qui nihil admittit absq; scriptura, nobis probes absq; scriptura, simul præbitã speciem vini, quum testetur euangelista, pro tinus à porrectione panis, euauisse Christum. An non Paulum ipsum legis, in actis panem consecrasset, porrexisse discipulis, nec interim de vino verbum vllum? Quod si pergas quætere, qui

Fortè ga non succurrebat

sciãm, quæ mutantur in Ecclesia, circa sacramentorum formam, ea mutari placito & consilio Dei, quæram abs te vicissim, quã si scias ipse, lotionem pedum licuisse prætermittere? nec eã sic institutam à Deo, sine sacramentorum fidei, siue sacramentorum faltem ritum, talem qui nusquam licite possit aboleri, quum Christus lotionis illius exemplum præbuerit non minus accurate videatur, quã Euchari- stie? Imo hoc etiam magis accurate quod nõ dixit illis, hoc facite, sed meo exemplo hoc debetis facere. Quæ verba nullo modo suadere sed necessitatem videntur imponere, præsertim quum modestiã causa recusant Petro, tã humile ac prope sordidum erga se officiu Domini, sit interminatus, non habiturum eũ vllã partem cum ipso, nisi perãgeretur lotionis illius mysterium. Dic ergo Luthere: qui scis istã lotionem, aut non institutam pro sacramento aut tantum fuisse ritum: temporarium? Quæ scriptura discernes istud? alia ne quã hac, quã Christus promisit ecclesie? Spiritus paracletus quem mittet pater in nomine meo, ipse vos duceat in omnem veritatem? Et, Ego vobis sum, vñque ad consummationem seculi: & si qua sit alia eiusmodi? Qui scis, licite paulo post esse mutata, quæ per epistolã olim constituerunt apostoli? nisi putas apostolorũ quoque consilio, quod communiter habuerunt Hierosolymis, de fuisse spiritum Dei? Qui scis, apostolorũ abque peccato: mutasse baptismi formam, ab ipso præscriptam Christo? idque in re momenti (quicquid tu garras) maximè? Neque enim tantum refert, an quisquam baptisetur aqua, quantum refert, in cuius baptisetur nomine. Potest & martyr suo baptisari sanguine. Potest aliquis & spiritui, sed in alio nomine nemo potest, quã in quo præscribit Deus. Quod si contendas, satis fuisse nomen Christi: ego Luthere, vt ista fateor esse vera, sic ista vere video contra te facere omnia. Nã quum Christus institueret triã omnia, patris, & filij, & spiritus sancti, in quibus per lustrum, populus regeneraretur in fidem, nulla prorsus humana ratio potuit apostolis esse sufficiens, vt desisterent à præscripto. Christi: neque potuerunt contra Christi tam aperta verba credere, magis referre, vt solius Christi nomen redderetur illustre, quã vt totã trinitas in claresceret orbi, & consuesceret populus in ipsis Christianismi foribus cognoscere, & colere patrem, filium, & spiritum sanctum, quorum nominibus baptismus receperunt. Quod si respondeas, vt respondet quidam, Christi nomen, quum significet vnũ, & patrem vnctorem implicare, & vnctorem spiritum: retorquebimus in te carnem, quæ subest speciei panis, non implicare tantũ, sed & vere continere sanguinẽ, qui seorsum consecratur in specie vini, sed tamen, vt tu nõ cõcedis id, satis esse causã, cur ecclesia relinquat in laicis vini speciem: ita nõs non cõcedemus tibi,

Cur mag ne doctor non docuisti hoc nos stapedos

nihil meminit scriptura. Quare si ecclesia hic potuit aliud facere, aut institueret, potuit & partem sacramenti tollere.

ECCLELECTOR, quam nebulonice procedat nebulo. Nam si rex loquutus de Ecclesia, vel institutione vel consuetudine, nihil eo loco prorsus adiecit aliud: tamen quum tot libri sui locis, & ratione probauerit, & scripturis, ecclesia in sacramentis gubernari spiritu sancto: quis ita sine sensu viueret, vt non sentiret quid senserit rex? aut quis tam improbe faueret Luthero, vt non danaret in re tam aperta, tam stolidam Lutheri calumniam? At nunc, vt vanissimum videas sycophantam, audi quae lolector princeps, illo ipso in loco, quid dicat.

Verba Regis.

SI Lutherus, inquit, nihil admittit aliud, quam euidentis Dei scripturas, cur non iubet Eucharistiam (vt dixi) a cœnantibus sumi? Nam sic factum scriptura commemorat. Quamto melius crederet Lutherus, non humano figmento, sed eodem authore Deo factum in ecclesia, ne laici sub vtraque specie reciperent Eucharistiam, quo altiore factum est vt recipere retur a ieiunis. Placuit enim (vt inquit Augustinus) spiritui sancto, vt corpus domini, quod post alios cibos ab apostolis in cœna receptum est, ante alios cibos a ieiunis recipere retur in Ecclesia. Et protinus ita rem concludit rex: Spiritus sanctus, qui Christi regit ecclesiam, sicut Eucharistiae sacramentum mutauit a cœnantibus ad ieiunos, ita laicos ab vtraque specie deduxit ad alteram.

Diuis Augustinus.

Quid hic ais lector? Per quem dicit rex hæc esse mutata? per homines, an per Deum? An non manifeste dicit mutata per Deum? Quo ergo nomine dignus est frater scurra Lutherus, qui nusquam non mentitur, principem disputare, hæc esse mutata per homines? Nam hæc est istius nebulonis perpetua forma, non disputandi, sed calumniandi scurriliter. Et nunc, quasi scirent omnes, regem id dicere, quod sciunt omnes Lutherum mentiri, pergit scurratistrenue.

Verba Lutheri.

Sic rotari debet, inquit, ac ferri præceptis & insana libido mentendi, aduersus Dominum gloriam.

ridiculi Lutheri comœdia.

IMO Lutherus, sic rotari debet & præceptis ferri, furiosus fraterculus, & insana mentendi libido, aduersus agnitam veritatem, desiderio despuenda gloriolæ. Nam id ridiculæ est, quod videri vis regem loqui aduersus dominum gloriæ. An hoc quicquam est contra dominum gloriæ, quod rex ait, Deum posse sacramenta sua, prout ipsi libet, dispensare, & parendum esse Deo, siue per scriptum quicquam iubeat, siue sine scripto? Nam quod tu imputas regi, quasi dicat homines posse mutare, quod statuit Deus, illud certe, tam impudente & improbe mentiri conuictus es, vt oculos posthæc, si quis pudor esset, nunquam auderes attollere.

Quam vellem, inquit, modo possent asini & porci loqui, vt inter me & Henricum ista carerent.

Verba Lutheri.

Hoc saltem recte facis Lutherus, & in causam tuam commode: quum quoniam Deo & hominibus vides esse damnata, ad porcos appellas & asinos, si forte tam spurcum aut stolidum vllū brutū possis inuenire, vt tibi vel adgrunnare velit, vel adrudere. Quanquam ego profecto non dubitē, si vel alini possent vel porci loqui, quin facile iudicaret, te & spurciorē esse porco, & stolidiorē asino, qui tam foedē mentiaris, & orbi te speres imponere, tam perspicuo & tam parenti mendacio.

Dignos Lutherus abittos.

Se: adiciam, inquit, alios asinos & porcos: iudicate ergo vos ipsi sophiste Parisienses, Louanienses, Colonienses, & vestri similes vbi vbi sint, qua dialectica valet, ista Henricissima & Thomisticissima consequentia: Nam & vos signastis ad marginem libelli huius: Hic iacet Lutherus prostratus. Et Henricum vestrum approbastis.

Verba Lutheri.

Et re verapistratus eras.

ATA T hoc illud est. Hinc illæ lachrymæ. Hoc animum tuū percellit Lutherus. Hoc vulnerat, laniat, lacerat, quod principis liber pessim probatur doctis, qui merito probat, & merito signant in margine: Hic iacet Lutherus prostratus, laces profecto prostratus turpissime, si prostratus iacet, qui nihil habet reliqui, quod contra possit hilcere, præter apertū, & nulli non compertum mendacium.

Dicite ergo, inquit, vnde locus? vnde regula istius consequentia? Aliquid sit extra scripturam, ergo contra scripturam est sentiendum.

Verba Lutheri.

TIBI Lutherus querenda est regula qua tuearis istam consequentiam. Nam ista plane tua est. Quis istam consequentiam fecit tibi? Quis ita collegit nisi tu? Sic enim colligit princeps, Christus per spiritum sanctum multa iubet, ac docet ecclesiam sine scriptura: ergo Lutherus est hæreticus & Antichristus, qui nihil ecclesiæ credendum prædicet absque scriptura.

Vnde, inquit, regula istius consequentia? Vinum miscetur aqua extra scripturam: ergo scriptura alteram partem statuens, est damnanda, pro hæresi habenda, & alijs blasphemijs vestris conspurcanda.

Verba Lutheri.

Et statim magnifice scurra subiungis. Pudeat ne tua frons Henrice, non iam rex, sed sacrilege larva? Non sudas virulenti, sophiste, vos miserabiles trunci, in reprobum sensum versis?

SIC libet ac licet nebuloni ludere, & alijs obijcere capitis sui stultitias. Nam quis tibi sic argumentaris est? Quis damnauit scripturam vllam? Quis habendam censuit pro hæresi? Quis conspurcauit blasphemijs?

Nemo

Nemo certe, nisi tu, qui & Pauli reijcis interpretationem, & epistolam canonicam reprobas, & Iacobum blasphemias Apostolum. Nam quod rex ait, huc tendit: quod sicut Deus aquam vino miscendam docuit, absque scriptura, sic & alteram speciem auferendam docuit, absque scriptura. Quam, sicut ante monstratū est, nulla scriptura laicis dare præcepit. Ego plus etiam dicere non dubitem: quod si quando, clarissime fuisset aliquid de sacris ritibus aut sacramentis, in scriptura mandatum, quo quippiam non dico credi, sed fieri, hoc aut illo modo mandetur: Deo tamen postea, aliter de illo dispensantē mandato, & absque scriptura iubente contrarium, id quod etiam hac in causa fecisse probauit rex, non erit impius, qui sine scriptura paret, atque obtemperat deo, quem admodum facit Ecclesia: sed qui (quod Lutherus facit ac docet) scripturam prætextu deum contemnit. Nec Ecclesia tamen scripturam, si qua videretur aduersari, damnaret, aut haberet pro hæretica, aut conspurcarent blasphemijs, sed honore seruato scripturæ, diuinitus edocta cognosceret, mandatum illud fuisse temporarium. Alioqui dicit nobis elegantissimus porcus, & prudentissimus asinus: an quisquis lotionem illam pedum non seruat hodie, quam Christus olim peregit in cœna, damnat & conspurcat illud euangeliū? Et tamen Christus & exemplum dedit lotionis illius, & si locum spectes cum interminatione, mandatum & seruauerunt & tradiderunt apostoli, & aliquandiu tota seruauit Ecclesia, id quod disci licet è Cypriano martyre. Et nunc tamen, abque scriptura noua, per Christi spiritū ad eam lotionē Christi-anus populus desijt obligari, nisi tu, qui quinque sustulisti de sacramentis septem, subito reponas octauum. Nec tamen quisquam danat, aut blasphemijs illud conspurcat euangeliū. An Paulum dicis apostolum blasphemijs conspurcasse Deum, & hanc damnasse scripturam? Erit pactum meum in carne vestra, in foedus æternam: Maculus, cuius preputij caro circumcisio non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Nam contra illam tam manifestam, tam rigidam, tam minacem scripturam, non dubitauit dicere: Si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit. At Christus, inquit, baptizare iussit, & baptizatus est ipse. Fator: sed circumcidiam olim iusserat, & circumcisus est ipse: & se venisse dixit, non vt legem solueret: & circumcisionis legem scriptura vocat foedus æternum: nec per scripturam Christus contra docuit Paulum. Quid aliud habes, quam vt Paulum dicas, absque scriptura doctum à spiritu sancto, vt contra scripturam verba, manifeste mandantia perpetuò circumcidi: contra exemplum Christi, qui circumcisus est ipse: contra tam apertum verbum

Hic Lutherus scurpulus tibi insectus est.

An non hæc facis est mansueti scriptura Lutheri?

Christi, qui se venisse dixit, non vt solueret legem, sed vt impleret: non dubitaret tamen auferre circumcisionem? Memineris ergo, regem eodem modo respondisse tibi, quod ecclesia catholica, ab eodē docta spiritu, quo doctus est Paulus, vini speciem non dubitauit auferre. Quam vini speciem preberi laicis (quam aliquando factum est) nulla tam scriptura (qualem tu solam recipis) euidentis, & manifesta præcepit. At (inquit) Paulum docuit Deus, & absque scriptura, sed ecclesiam nihil docet absque scriptura. Ergo, quod Deus quicquid docet Ecclesiam, docet euidentibus scripturis, hoc tu Lutherus proba nobis euidentibus scripturis, contra illud euangeliū? Non omnia scripta sunt. Et illud apostoli. Collaudo autē vos fratres, quod omnia mea memoria tenetis, & quemadmodū tradidi vobis, instituta tenetis. Præterea illud. Huius rei gratia reliqui te in Creta, vt quæ desunt, pergas corrigere, & constituas oppidatim presbyteros; sicut ego tibi ordinā. Et cœtra illud. Seruate quæ præcepi vobis, siue per sermonē, siue per epistolam. Et illud item. Ego, quū venero, cœtra disponā. Necnō & illud prophetæ. Ego dabo leges meas in cordibus eorum, & in mētibus eorū subscribā eas. Et quæcūq; sunt eius generis alia. At proba saltem scripturis euidentibus, Christum, qui cū spiritu suo affuit Paulo, ecclesiæ non adesse catholicæ, contra scripturam euidentem, qua contra promisit ipse, quum dixit: Ego vobiscum sum, vsq; ad consummationē seculi. Pudeat ne nunc tra frōs Lutherus? Non sudas virulente sophista? Vere frons meretricis facta est tibi. Vere miserabilis truncus factus es, & sic in reprobum sensum versus, vt mendacis, sycophantijs, hæresibus, & blasphemijs insuperbens miseriam tuam, præ præsentium molestiarum mole, imminetium malorum terrore, & æternæ damnationis horrore, non sentias.

Ia obmutescit verborum frastrculus.

Alludit ad verba Lutheri.

Dicat, inquit, nobis gloriosus assertor sacramentorum, vnde probet missam necessario mane celebrandam.

Verba Lutheri.

ECCLELECTOR, vt sui semper similis est. Hoc nunc vt rursus nebulo, mendacem se, vt rursus se declarat sycophantam. Dic reuerēde Asine, vbi dixerit rex, necessario mane celebrandum esse. Sic enim dixit rex?

Hoc nunc quā non facit.

SI Lutherus, eam rem ad exactam Euangelicæ narrationis formam reuocat: cur Eucharistiam non iubet semper in cœna recipi, imo vero post cœnam.

Verba Regis.

Eccē Lutherus, rex rem non restringit ad auroram, sed (vt sæpe iam dixi) ostendit ecclesiam, spiritu doctam sancto, ne se obligari putaret ad vesperum. Et Augustino teste probat, sanctū docuisse spiritum contra Christi exemplum, sumendum esse ieiunis, quod Christus dedit cœnantibus.

Q ij

dic, vbi

D. Martinus plus millies declarauit aperte quam magnifice, & quam regaliter, imo quā nebulonice, & quam scurriliter, omnes ecclesiæ cōsuetudines, omnes leges, omnes ritus, & cæremōnias omnes cōtemnat. Nam leges exulsit etiam, ne quis dubitet, quanti faciat reliqua, quibus hoc pro magno tributur, vt legibus, quas exulsit, sequetur. At nunc subito cepit esse circūspectus, & moderari sententiā suā. Nam ante dixit sæpe, sic esse omnia ista libera, vt liceat omnia, quādo libet, quoties libet, seruare, mutare, probare, damnare, curare, negligere. Nunc non damnat vsū, sed repudiat necessitatem communicandi mane, & lo cis facris. Et qui in Babylone contrēdit, missam fore multo magis christianam, si vestium, cantuū, gestuum, & cæterorum rituum, & cæremōniarum omnium, pompa tolleretur: contra nunc fatetur hic, ecclesiam ritibus & cæremōnijs carere non posse: Sed ecclesiam verā, id est, Lutheranam, ritus & cæremōnias habere liberas: ecclesiam vero papisticam, id est catholicam, leges & laqueos animarum, ex ipsis facere. Videamus ergo Lutherē, qui sint hi laquei, quos iniicit ecclesia catholica: & quæ sit hæc libertas, in quam nos vendicat ecclesia tua. Consideremus istud, in hac ipsa consuetudine qua communicamus ieiuni. Ecclesia hunc ritum accipit, & alios ritus eiusmodi, perductos in consuetudinem, per occultam dispensationem spiritus sancti, sicut sanctissimi quique patrum testantur, non tanquam sacramentorum substantiam, sed qui in honorem sacramentorum adhibentur, qui neque contemni sine peccato possunt, nec sine magna grauique causa debent omitti. Cæterum si quis deum ab ægrotis, aut alias sit in periculo, communicat non ieiunus, communicat vel ter passus, ne decedat absq; viatico. Verum vbi neminem est communicandi necessitas, abstinendum potius censet ecclesia catholica, quā ritum & consuetudinem diuinitus institutam, temere præsumas infringere. Dic igitur Lutherē, quis est hic animarum laqueus, vbi potes implere, quod præcipitur: & quod non potest implere, non exigitur. Sed hoc tibi tamen & ecclesiæ tuæ, non satis videtur liberum. Sed si quis reumate vel grauedine leuari ieiunus non possit, vis vt ante comedat, & bibat, quā attingat mensam domini, & hoc libere agat? Cur istud? vt sit (inquis) corpore & animo quā cōpositissimus. Valde profecto liberum facis illum ecclesiæ ritum: si libere tibi licet eum soluere, de qualibet causa tam facile, ob reumatis aut grauedinis paululum. Nam si talibus excrementis, corpus exuberet valdius, nocuerit potius, quā profuerit cibus. Quin istud miror nunc placere tibi vt qui communicat, animum habeat compositum, quum in Babylonica placuerit, vt accedens ad communionem, haberet animum, quā maxime posset, confusum, per conscientias et-

roneas, & peccatorum vel morfu, vel titillatione turbatas. Præterea si reumate vel grauedine molesteretur, quare non potius differet communicare, quā mō contra tam receptū totius ecclesiæ morem communicet? Hoc videlicet te mouet, quod tunc communicaretur rarius: & tu communicationem illam sanctissimam velles fieri frequentissimam. Hoc tu curas scilicet: qui in Babylone censet Eucharistiam sumendam, tantum semel in vita: nec id nisi in mortis articulo.

SED tu ad huc liberio rem facis ecclesiam tuam, nempe vt præoccupet edere, si quis ieiunare non possit. Olim, qui communicabant, ad cœnam vsq; ieiunabant: Quam rem, quum aliquot aut ægroti, aut delicati nō ferrēt, ecclesia docente spiritu sancto, mutauit tempus. Et potius elegit à vespere ad auroram ducere, q̄ prætextum relinquere cuiquam, vt cogi videatur ante communionem edere. Et nunc tu tam mendicis; si quis non potest ieiunare, posses fortassis istud dicere: si communicare non liceret ante vesperum. Nunc miseret me profecto tui, & ecclesiæ tuæ, si perpotantes vsq; ad mediam noctem, non potessis postea ieiunare vsq; ad summum mane. Nunc vides lector, quam belle reuerendus pater temperat sermonem suum: & quam pulchre diffiniat, quatenus deferendum sit ritibus, & consuetudinibus Ecclesiæ.

REFELLIT SOLUTIONES LUTHERI, quibus conatur illud soluere quod rex obiecit, de aqua infusa vino.

CAP. IX.

SED iam illud, quod aqua licite miscetur vino. Quæ res, vt ostendit princeps, non magis potuit fieri, quā altera species omitti, nisi per spiritum Dei. Per quæ & dicit & docet, vtramq; rem esse receptam. Operæ pretiū est videre, quū diu riseris, quam perplexæ tractes interea, & quā ridiculæ tādē solueris. Ais diuersam esse rationem, de specie vini tollenda laicis, & de aqua infundenda in vinum. Alterum enim Ecclesiæ non licere statuere: quia vini species est pars sacramenti: de altero licite statuere potuisse: quia est res impertinens ad sacramentum. Nam quicquid est impertinens: id plane liberum esse dicit, & de talibus homines posse statuere, vt pote ritibus & cæremōnijs, quibus ecclesiam dicit non posse carere. Obiter ergo lector quam festiuum illud? quod ritibus ac cæremōnijs fatetur ecclesiam carere non posse, & tamen paulo post vnum quēq; liberum esse vult, eadē statuta vel obseruare vel transgredi videlicet vt libera sit Ecclesia. In quam libertatem sic vocati sumus, inquit, è seruitute, vt nec vlla lege, nec vlla consuetudine teneamur, sed ita videlicet liber quisq; sit in rebus spiritualibus, vt

Quæ hæc coherat tu lector altima.

quicquid libet, licere debeat: quid ni? vt dum vnus natale celebrat, alius faciat pascha, & dū religiosi ieiunāt quadragesimā, pater potator interea, cum suis compotoribus, celebret bacchanalia. Et hæc est vna solutio, qua soluit illud argumentum regis.

Verba Lutheri.

Non valet inquit, similitudo: quia, vt tolleretur altera species, non potuit ecclesia statuere: quia forma infusa à Christo: sed de aqua infundenda potuit, quia non est de forma sacramenti, sed quiddā impertinens. Et quicquid est impertinens, non solum ecclesia, sed etiam quilibet potest libere pro suo libito facere, vel omittere.

Vnde ista regula Lutheri:

Et tamen paulo post, idem reuerendus pater ait, non impertinens esse, sed malum, aquā infundere vino: atq; ita non licere, quia habet inquit, malam significationem: nam significat, inquit, sinceritatem scripturæ, confundi traditionibus humanis. Vides igitur, vt homo sapiens, & nullquā sibi cōtrarius, vnū regis argumentum soluat duabus solutionibus, inuicē sibi cōtrarijs: Altera, quod cui libet licet aquā infundere, quia non est prohibitum, sed tantum est impertinens, nec magis vlli parti sacramenti contrarium, quam creatio ni mundi, aut natiuitati Christi: Altera, quod licere non potest, quia malam habet significationem. Et certe licere non potest, si tam malum est, vt significet sinceritatem scripturæ confundi traditionibus humanis.

HIC ego team fidem charissime lector imploro. Id quod hic nebuloso modo appellat impertinens, modo consuetudinem incertæ originis, modo etiam ritum malū: cogita quæso tecum, an vllā originē habere censeas, præter solam voluntatem immortalis Dei. Nam si mortales omnes conuenissent in vnum, putas ne tam audacem futurum fuisse quenquā, qui primus ausus esset proponere, aquā infundendam in vinum, qua de re nihil esset factum in exemplo Christi? Quod si quisquam fuisset tā audax, vt proponeret: quenquā ne putas futurū fuisse tā amentem, vt in tanta perperitia proponentem, vt homines ex aqua & vino rite se facturos crederent, quod Christum accepissent in solo secisse vino? An non minus timuissent vtramq; speciem omittere, quā alteram, adiuncta tertia humana temeritate violare? etiamsi quid esset, quod omnes sciret habere significationem optimam. Quanto minus si (quod hic ait nebuloso) res haberet significationem pessimam?

Nā alioquī nihil censet esse periculi, si quis quum sacramentum conficit, quicquam faciat quod sit impertinens, & non contrarium. Ah sceleratum scurrām, quem, hac ratione vident omnes non reueriturum cum pane mixtum consecrare caseum, aut sacro sanctum corpus domini conscindere, atq; infarcire farcimine.

SED tu lector pie, quum videas neminē,

quicquidem christianus esset, id vnquam fuisse ausurum, vt aliquid adijceret venerando sacramento: dubitare nō potes, aquam sola sancti spiritus ordinatione infusam: velat representet illius aquæ memoriam, quæ simul cum sanguine de Christo fluxit in cruce, vel quia vinum in cœna quoq; miscuit Christus, etiam si nihil de ea loquantur euangelistæ, qui non omnia scripserunt, quæ fecit Christus, certe quacunq; de causa spiritus sanctus instituit, nō alio receptum spiritu, quam sancto, potes lektor esse certissimus. Quare nec id dubitare potes, quod spiritus sanctus instituit, quicquid id malum significare dicit, illius spiritum à spiritu pessimo fortiter esse possessum. Quid ergo mirum est, si stolidus nebuloso calumniator principem, quum & apostolum Iacobū, & ecclesiam totam catholicam, iam olim cōtempserit, & nunc eo procedat impietatis, vt aperte blasphemet spiritum sanctū? Quum id, quod nemo non videt spiritum sanctum omnibus inspirasse fidelibus, hoc audet scurrā, quouis infideli deterior, execranda lingua & radicibus execranda, blasphemare.

Is est Lutherus.

O sacrilegū nebulonem.

OSTENDIT, QUAM IMPEDITVS illo argumento Lutherus, de aqua infusa in calicem: & simul duo illa genera stultorum; ab Lutero conficta facere retuliat.

CAP. X.

SED quam misere torqueatur illo argumento de aqua infusa vino, docet eius perplexa fluctuatio. Huc atq; illuc rotat se, nec vsquam consistit secum: licet, inquit, hominibus statuere, vt infundatur aqua, quia est tantum ritus, & res impertinens ad sacramentum. Et statim paulo post. Non licet aquam infundi; quia malam habet significationem. Rursus. Ecclesia non potest carere ritibus, & cæremōnijs: ex quo sequitur quod ritus & cæremōniæ seruandæ sunt, & ex consequente, seruanda est aquæ mixtio: quem ritum esse fatetur, & duntaxat impertinentem, & qualem dicit Ecclesiam posse statuere. At rursus, paulo post: Nemo tenetur ad ritus aut cæremōnias, quia liberi sumus ab omnibus euangelica libertate: Ergo aquam non obligamur infundere. Sed paulo post rursus: Si quis infundat aquam, malū significat: Atq; hac ratione, prohibemur infundere. Vide quo pacto se ex illo extricet argumento D. Martinus. Aquam tenemur infundere. Aquā non tenemur infundere. Aquā nō tenemur infundere. Age age nebuloso: perge scelestè, sic perplexè loqui. Sic obscuratur cor insipientis. Sic caligant impij. Sic hallucinantur schismatici. Sic vertigine rotantur hæretici.

ET tamen affectat videri non rixator tantū strenuus, sed si superis placet, etiam scurrā factus. Fingit itaque duo stultorum genera: Q iij quorum

Stulta Lutheri stultorū fictio.

Animū lector aduerte.

An non Luther hoc factis est libertatis?

Nempe cui nulla sit libertas, nisi licentia.

quorum alter sit tam stultus, vt ex facto impertinente extra scripturam, putet tolli scripturam. vt ex eo, quod sit adulterium, tolli putet scripturas, prohibentes adulterium. Alter vero, tam stolidus, vt ex vno quolibet scriptura loco, quemlibet alium scripturae locum, quantumvis impertinentem putet haereticum esse, vt ex eo, quod Ietro legitur consuluisse Moysi, vt statueret iudices, credat omnes scripturas falsas esse, quae loquuntur de natiuitate Christi. Deinde disputat suo more festiue, hoc est scurriliter: vtroque stulto stultiore esse principem, qui ex eo, quod homines licite statuerent, vt aqua vino misceretur in sacramento: quae res est (vt ait) ritus dumtaxat impertinens, & ideo licite potuit ab hominibus institui, concludat etiam, licite ab hominibus institutum, vt vini species tolleretur laicis. Quam rem talem esse contendit, vt ab hominibus institui non potuerit, quia vini species non est res impertinens, sed pars sacramenti.

vndiq; ridendum, tam ridiculam stolide sibi plaudentis insaniam.

Veru ne fors aegre ferat venerandus pater, nomen stulti age, fingatur alius, no plene stultus, sed pene stultus. Caeterum plene nebulo, & plusquam plene scurra parasiticus, qui fuerit aliquando frater, post curtissimus, dein rursum frater, post apostata, tum leno rursus, postremo plague patida, qui in aliquo Bohemiae pago, rusticorum conuiuio ingressus, scurrari coepit: qui quu turpissimis gestibus, & verbis obscenissimis risum captarit: postqua ineptus minus, & improbus, imitatus est rusticu lenonem, ebriosum, meretricem furiosam, tade cupiens exhilarare conuiuias, incipiat imitari morionem: & quo primarium stulticiae specimē edat, nudus prodeat in conuiuio dumtaxat opertus rete, quasi persuaserit ei quispiā, sic incantatum esse se, vt nemini possit conspici. Sic igitur ingressus, no morio stultus & innocens, sed improbus scurra, & laetaurus impudens, obscenissimis gestibus laborat excitare risum donec tam foedum spectaculum detestantibus illius etiam ruris rusticis, qui publice coeunt in templo, ipso solo qui risum captat se ridente, quo modo ridere solet irritatus canis, caeteris indigne ferentibus, auulso tandem rete, scurra flagris eijcitur.

Hic scurra, scio, no displiceret Luthero: neq; enim sua cuiqua forma displicet: neq; quicquam Luthero tam coforme, quam huiusmodi scurra: ita vterq; pari modo scurratur. Nam nec illius nuditas magis conspicua est, quam Lutheri, cuius obscena sic retegat, ac reuelat regis libellus, vt ipsius liber, quo se tectum simulat, non magis eum tegat, quam illum alterum scurram tegit rete: nec illius magis, pudenda nuditas, nec magis impudens, quam nebulois istius, qui sibi conscius, turpissimam syncopantiam suam omnibus vbiq; patere: neq; quonquam esse mortalium, qui non illum sentiat id ipsum aperte sentire: tamen scurra turpissimus, tanquam sibi persuaserit, nemini se posse conspici, sic se stultum simulat, ac sub persona stulti, non in rusticorum conuiuio, sed in totius orbis teatro, non in re leuicula, sed in materia religionis & fidei, tam imprudenter abutitur improbe scurrandi licentia, vt plane se demonstret dignum, quem non honesti solum cuncti, velut honestatis corruptelam publicam publice castigandū current, sed omnes etiam scurrę virgins in foro verberent, quod tam improbe scurrandū, scurrarum ordinem ex ridiculo reddat iniuriam.

OSTENDIT LVTHERI IN CAUSA dissidentiam, & dissimulationem earum rerum, quibus debuit respondere: necnon aduersus beatum Ambrosium, stolidam & blasphemam syncopantiam.

CAP. XI.

DE TRANSVBSTANTATIONE.

lat omnia. Et omisis ossibus ac nervis, conatur, mollioris hinc inde carunculae fructu ali quod arripere, quod rodatur. Nec tamen quicquam inuenit tam fragile, quin putridos eius dentes infringat. Quemadmodum illud ipsum de Ambrosio, in quo spectare potes, & extremae desperationis, & duplicis sycophantiae Lutheranae conscientiam. Ait enim regem, tantum afferre duo, videlicet dictum Ambrosij, & Thomistarū (vt vocat) arietē, oportet sic esse. Quae te Luthere, quu tot veteres pro duxerit rex, cur tu, qui sacrilegium clamas esse omitti tuorum quicquam, atq; id clamas impudenter ibi, vbi nihil prorsus omittitur: cur inquam, hic reliquos omnes subtrahis, de solo fateris Ambrosio? Nemo tam stupidus est, qui non intelligat tā multorū, qui & eruditi fuerunt & sancti, consensum, tempore Iococo, distantium plus habere momenti, quam dictum vnius Ambrosij. Cur tu tantus bellator, tā certus victoriz, in causa (vt fingis) facili, non audes congregari cominus? Cur queris tam pudenda suffugia, vt, quod fortius est, dissimules: quod minus forte est, id selegas, tanquam solū sit, cum quo pugnare debeas? Putasti quendam esse tam stupidū, vt te non sentiat, quū ita rem tractas, pugnam detrastare, & extremam desperationem tam male tegendo, manifeste prodere?

SED age, reliquos omittere in gratiam tuam: videamus interim, quam belle viceris hunc vnum, quem tanquam oportunum & obnoxium, ac superatu facilissimū delegisti tibi comparem.

Si quaram, inquis, an Ambrosij verbum sit articulus fidei necessarius, dicit rex, oportet sic esse. Si quaram, quis dedit Ambrosio ius condendi articulos fidei, dicit, oportet sic esse, non potest aliter esse.

Horū Luthere, princeps neutru respōdit. At si quæsieris, an qui talia querit, absurde nūgetur: an is, qui in tāta re tā inepte nūgatur, sit improbus & absurdus nebulo: nemo non ad vtrūq; respondebit: oportet sic esse, non potest aliter esse.

IAM quid vnquam legisti lector, magis scurrile, quam id, quod sequitur, quo furiosulus iste bacchatur in beatum Ambrosium, quē vult haberi tam stultum, vt verbum eius seipsum deuoret, propterea, quod impossibile sit, nihil remanere, nihil corpus & sanguinem: scilicet quia remanent accidentia, quae non sunt omnino nihil. Atq; ex hac ratione concludit, Ambrosium illo dicto sic errare palam, vt id palpemus etiam. Refer adhuc manum palpator eximie. Ambrosium palpa diligētius: quū dicit hoc pacto. Licet figura panis & vini, in altari videatur, nihil tamē aliud quam caro & sanguis Christi credendum esse, dicit ne perijisse, quomodo dicit restare panis & sanguinis figuram? An figuram sensu esse substitutā? Quomodo

Solita Lutheri syncopantia

Itaq; Luther eos subicit

Ita credi dit.

Verba Lutheri.

Audite hoc huc syncopantiam

Et nō immerito.

Fuschra scilicet ratio Lutheri.

Ambrosij verba

Verba Lutheri.

Id quod tam insulsum est vellet, conuicia mea.

Et tu ne quis tuū videre scelus.

At Lutherus vitruer sa rhetorica vt aliquid truncet.

Hos ne taceat, ridet Lutherus.

At Lutherus contra sese profert omnibus

Tacite tūgit crebras Lutheri me tamorphoses.

Hec Lutheri te belle coepant.

Sic tractari debet Lutherus

Hoc quo magis appareat eius stultitia.

Occasio huius fictionis Lutheri.

Si tantū stultos gigneret min⁹ esset mali.

Huiusmodi quiddā se ia reperisse putat Lutherus.

Moriōs videlicet ritu saltantis in rete.

Vbi sunt Luther illa verba sui de uoratri-
cia?

Quomodo potuisset apertius dicere, remanere accidentia, mutari substantiam, quam quid diceret, adhuc ea manere, per que manere viderentur panis & vinu: sed non manere quicquam, quod esset aut panis aut vinum? An dumtaxat oculorum visu, manet species panis & non idem reliquis item sensibus videtur? Igitur quum dicit adhuc videri panem & vinum: an non aperte dicit accidentia manere, per que efficitur, vt panis & vinu esse videatur? Quomodo igitur, hic palpat palpator, beatum Ambrosium errare? Ita ne cuiusquam digiti stupent, vt non palpet hunc palpatorē non errare palpano, sicut errauit Isaac: sed maligne calumniando bacchari, nec sese deuorare beati Ambrosij verbum, sed furias deuorasse Lutheri cerebrum.

Lutherus quā certū palpator Verba Lutheri. Cur ergo tu iniquior es Ambrosio cū nihilo sis certior?

Sed esto, inquit, Ambrosius voluerit non manere panem & vinum, dicam, Ambrosium suo sensu abudare permitto. Neque sanctus vir, hoc verbo conscientiam vilius ceu articulo fidei voluit obstringere, quum id non possit & scripturis demonstrare, sed sicut ipse libere hoc modo est opinatus: ita permittit aliter alijs opinari, exceptis Thomistis, quos etiā veteranos somnys suis ceu articulus fidei, iustū est illaqueari & vexari.

Quam acute soluit: quum non ex vnus Ambrosij, sed ceterorū quoq; sanctorū omnium libris clarescat, publicam catholicæ Ecclesiæ fidem (quā vel absq; scriptura certam esse, veramq; nec falli posse scriptura testatur) multa secula fuisse talem: quum eandem fidem probent etiam aperta verba Christi, non debent hæc fati esse Lutheri, qui fidem hæc natā esse mentitur intra trecentos annos. An aduersus Lutherum ideo non debent hæc valere, quia Lutherus Ambrosium permittit abundare in suo sensu, & idem Ambrosius tantum suū sensum aperuit, nec Lutheri præcepit aperte, vt idem crederet: quia nunquam putauit, nasciturum tam improbum hæreticū, qui id, quod Christus ecclesiæ pro indubitato tradidit, tracturus esset in dubium:

COMPARAT ET EXPENDIT verba regis, cū verbis Lutheri, & ex euangelij responsū Lutheri conuincit.

CAP. XII.

Verba Lutheri.

AM aliud regis robur, quod oportet sic esse, quia clara sunt, inquit, verba Christi, dicentis: Hoc est corpus meum. Non dicit cum hoc, aut in hoc, est corpus meum. Hic iterum non tam letargū regis quam nequitiam accūo. Sic enim detruncat latro verba Christi, & meum argumētum regaliter trāsilit, ac si ius haberet verba Dei rapere, & ponere pro libidine. Ipse, iuxta rudem & asinum Thomi-

starum philosophiam, aptat pronomen, Hoc, ad prædicatum, corpus meum. Deinde mox (quasi hoc videret) clamat, Aperta sunt verba. Hoc est corpus meum. Sed interim totum pondus, quo larualem illam philosophiam vergebam, tacet subdolos philosophia. Hic enim, tota disputatione egi, ne pronomen hoc, ad corpus meum aptari possit in eo loco. Neque enim opus erat mihi tam crassus porcis, qui mihi dicerent, nihil esse nisi corpus ibi, si pronomen, hoc, nisi corpus demonstrat. Sed quum vitiosissimus peior principij (vt est mos omnium philosopharum) debeat primum ostendere pronomen, hoc, ad prædicatum pertinere, & meas rationes diluere, horū nihil facit, & garrulū ridiculū Christum non dixisse in hoc, vel cum hoc, sed hoc est corpus meum. Nonne & ego ista subtilissima subtilitate Thomistarum, possem dicere, Christus non dixit panis substantiat in corpus: vt vos fabularum magistri fingitis? Sed hic fuerit regi laborandum, vbi ex filo sermōnis ostendi, pronomen, hoc, ad panem aptari: & sic sonare aperte verba. Hoc est corpus meum, id est, hic panis est corpus. Nam textus sic habet. Accipit panē, benedixit, fregit, & dixit, Hoc est, etc. Vides hic, vt omnia illa verba, accipit, benedixit, fregit, de pane dicantur. Et eundem demonstrat pronomen, hoc, quia illud ipsum, quod accepit, benedixit, fregit, hoc inquam acceptum, & benedictum, & fractum, significatur, quum dicitur: Hoc est corpus meum, non prædicatum sed subiectum demonstrat. Non enim corpus suum accepit, benedixit, & fregit, sed panē: ideo non demonstrat corpus, sed panem. Hæc sunt clara verba, quæ rex nequitiosus oculis, & nudā illam propositionem vergebat. Hoc est corpus meum, & pronomen, hoc, ad corpus temeritate propria aptat.

Si quis vsquam locus est lector: cuiusmodi sunt supra mille qui manifeste probent, Lutherum esse mortalium omnium maxime impudentem, hic certe locus id docet clarissime, Queritur principem, Christi verba temerasse, ipsius argumenta præterijisse: quum rex integre Christi verba recenseat, ex Euangelistis omnibus: Lutheri argumēta melius recitet, quā Lutherus. Deinde sic rem tractet, vt hoc libello planè se demonstrat Lutherus, suam se causam prorsus habere pro victa, ita regis argumenta prorsus reliquit intacta: cū vno duntaxat aut altero argumenti frustulo rixatur, nihil prorsus affert, quo labantibus argumentis suis succurrat. Quomobrem hac in re nihil erit mihi cum Lutheri negocij: subiungā tantum quædam ex libello principis, quæ quum lector, cum Lutheri responsū contulerit, facile deprehendet, quam deploratam causam Lutherus habeat. Quam nunc, post tam gloriosam instantiam, tandem sic reliquerit indefensam. Sic igitur inquit rex.

SECUNDA M captiuitatē facit, quod quisquam vetetur credere verum panem, verumque

Imo tu emota mētis es nebulo.

Imo omnia facit Lutheri: quæ tu eū negas facere

Egregie sane demonstratis.

At iā apparet vos inale intelligere grammaticam vestram.

Quomodo rex prætere- at Lutheri argumēta. Lutherus ipse id facit quod regi exprobat

Verba Regis.

Is sibi capus videtur, nisi qui delibet licet facere

Quā Lutherus proponat libertatē

Verba Lutheri.

Verba Regis Lutheri argumētū diluitur

rumque vinum restare post consecrationem. Quia in re, contra quam, totus iam credit Christianus orbis, ac multis retro seculis credit, persuadere conatur Lutherus, in Eucharistia sic esse Christi corpus & sanguinem, vt tamen substantia veri panis, verique vini remaneat, post hæc, opinor, quum libebit, corporis aliquando substantiam sanguinisq; negaturus, tanquam post in melius mutata sententia, quemadmodum ter, ante iam fecit, nepe in indulgentijs, in potestate pontificis, & cōmunionē laicorum, inter se fingit ista docere, motum videlicet misericordia captiuitatis, qua populus Israeliticus seruiat Babylonem. Ita totam Ecclesiam appellat Babylonem: Ecclesiæ fidem vocat seruitutē: & homo misericors offert libertatem omnibus qui velint ab Ecclesia separari, & istius putridi & abscessi membri contagione corrumpi. At quibus modis, inuitat in hanc plus quam seruilē libertatem, operæ pretium est cognoscere. Magnam censet ac primariam rationē: quod verbis diuinis non est vlla faciendā vis, neque per hominem, neq; per angelum.

Sed quantum fieri potest (inquit) in simplicissima significatione seruanda sunt, & nisi manifesta circumstantia cogat, extra grammaticam, & propriam, accipiendā non sunt: ne detur aduersarijs occasio, vniuersam scripturam eludendi. At vis fit verbis diuinis, si quod Christus ipse vocat panem: hoc nos dicamus intelligi panis accidentia, & quod ille vinum vocat: hoc nos dicamus esse tantum vini speciem. Omnibus ergo modis, verus panis, ac verū vinum restat in altari, ne verbis Christi fiat vis, si species sumatur pro substantia. Nam quum euangelista clare scribat, Christum accepisse panem, ac benedixisse, & Actuum liber, & Paulus, panem deinceps appellent, verum oportet intelligi panem, verumque vinum, sicut verum calicem. Non enim calicem tr. in substantiam etiam ipsi dicunt.

HÆC est ergo magna, & (quemadmodum ait ipse) primaria Lutheri ratio: quā ego me spero facturum, vt omnes quam primum intelligant, nihil magni habere momenti. Nā primum, id quod ait, euangelistas clare dicere, quantumvis clare dicant, pro Lutheri tamen nihil clare probat: contra vero, quod pro illo probat, hoc nunquā dicit. An nō scribit, ait, accepisse panē & benedixisse: quid tū postea? Accipisse panem & benedixisse, etiam nos fatemur. Panem vero dedisse discipulis, postquā inde suum corpus consecerat, hoc & nos instanter negamus, & euangelistæ non dicunt. Quæ res quo fiat apertior, & tergiuersandi minus pateat locus, Euangelistas ipsos audiamus. Matthæus ergo sic narrat. Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panē, & benedixit, & fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens:

Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Marci vero verba sunt ista. Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis & ait: Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis: Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur. Lucas denique narrat hoc pacto. Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis detur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter & calicem postquam cœnauit dicens: Hic est calix, nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

EX omnibus euangelistarum verbis, nullum video locum, in quo post cōsecrationem, sacramentum vocetur panis, aut vinum, sed tantum corpus & sanguis. Dicunt in manus Christum sumpsisse panem: id quod nunc fatemur omnes: at quum recipient apostoli, non panis nominatur, sed corpus. At Lutherus euangelistæ verba, in suam partem conatur, interpretatione torquere. Accipite, Manducate. Hoc, id est, hic panis, (inquit) is quē accepit, & fregerat, est corpus meum. Sed hæc est interpretatio Lutheri, nō verba Christi, neque verborum sensus. Si panem, quem accepit, quemadmodum accepit, sic tradidisset discipulis, nec ante conuertisset in carnem, ac porrigendo dixisset: Accipite & manducate: recte diceretur porrexisset, quod in manus accepit: nihil enim fuisset aliud, quod porrigeretur. At quum, priusquam daret apostolis manducandum, panem conuertit in carnem, non iam accipiunt panem, quem ille suscepit, sed corpus eius, in quod panem conuerterat. Quemadmodum, si quis, quum semen accepisset, alij daret inde natum florem, non id dedisset, quod accepit: quanquā nature communis ordo, alterū fecisset ex altero: ita multo minus porrexit apostolis, id, quod in manus accepit Christus, imo nugarum conceptum, in suam ipse carnem tanto vertisset miraculo, nisi quis contendat, quoniam Aarō virgam sumpsit in manum, & virgam eiecit effica-

Argutula Lutheri interpretatio.

Comparatio elegans.

Comparatio effica.

Lutheri nugarum e-luditur.

ferret ad vinum. Nunc vero, quum vinum sit neutri generis: Christus ait: non hoc, sed hic est sanguis meus: & quum panis sit generis masculini, ait tandem: Hoc est corpus meum, non hic: vt vterq; ostendat articulus, Christu, neq; panem propinare, neq; vinum, sed suum ipsius corpus & sanguinem.

NAM quod videri vult Lutherus, pro nomen, hoc, ad corpus referri, no Christi proposito, sed occasione linguarum, nempe Latinae & Graecae, ac proinde nos remittit ad Hebraicam, an non ridiculum est?

Nam Hebraea lingua, si neutrum genus non habet, non potest tam aperte declarare, ad vtrum Christum retulit articulum, quam Latina vel Graeca. Nam in Hebraea lingua, si articulus fuisse masculinus, tanquam diceret, hic est corpus meum: tamen res relinquere tur ambigua, quia potuisset ea locutio videri coacta, necessitate linguarum, non habentis neutrum. Sed quum apud Latinos, panis & corpus sint diuersi generis: is, qui translulit e Graeca, articulum coniunxisset cum pane, nisi apud euangelistam reperisset, demonstrationem factam de corpore. Praeterea quum Lutherus fateatur idem generis discrimen esse, & Graecis facile potuisset cognoscere euangelistas, qui scripserunt Graece, articulum fuisse posituros, qui referretur ad panem, nisi quod consensu mentis dominicae, voluerunt admonere Christianos articulo corporis, Christum non panem communicasse discipulis, sed corpus. Quomobrem, quod Lutherus interpretatur in suam partem verba Christi, Accipite & manducate, hoc est corpus meum: id est, hic panis, quem acceperat: non ego, sed ipse Christus contra docet, sua verba intelligi: nempe hoc, quod eis porrigebat, non esse quod ipsi videbatur panem, sed suum ipsius corpus (si recte Christi verba recensent euangelistae) Nam alioqui poterat dicere, non hoc (quod exponeretur) id est hic, sed aperte potius, hic panis est corpus meum: quo sermone docerentur discipuli, id quod nunc Lutherus docet ecclesiam: nempe in Eucharistia pariter & Christi esse corpus & panem. Nunc vero sic loquutus est, vt ostenderet manifeste, corpus dumtaxat esse, no panem.

Argumentu Lutheri in epistolis.

IAM quod tam magnifice transfert ad se Lutherus: quod Christus etiam loquitur de calice, quem nemo dicat esse transubstantiatum, miror hominem non pudere tam in temperantis ineptiae. Quum dicit Christus, Hic calix noui testamenti in meo sanguine, quid facit pro Luthero? Quid enim significat aliud, quam id, quod discipulis proponabatur in calice, suum esse sanguinem? An ex his Christi verbis ostender nobis Lutherus, manere vini substantiam, quia Christus loquitur de sanguine, aut vinum in sanguinem non posse mutari, quia adhuc restat calix? Vtinam praeludium delegisset sibi Lutherus

ex alia materia, in qua minore periculo potuisset ludere. Nam quum Boetius & Graecos sic excuset ab haeresi, vt haereticos clamet omnes esse Romanos: multo magis ostendit se Lutherus haereticum, qui non solum fide abnegat, quam tota credit ecclesia, sed etiam deteriora credi suadet, quam aut crediderunt Graeci, aut vquam credidit Boetius.

QVID ais Lutherus? quid in te credis, dum haec legit, interea rogat lectorem? an non mirari, ac detestari tuam impudentiam? Dixisti regem argumenta tua regaliter transilire: sed lector te videt hic scurriliter valde mentiri. Dixisti regem Christi verba truncare sed lector te dignum censet, cui mendacissima lingua secari debeat, & stolidum truncari caput. Dixisti regem nihil afferre, nisi Oportet sic esse: lector cum videt tua argumenta tam vere soluiffe, vt nihil habeas, quo possis ferre subsidium.

ET tu, quo fugam tuam turpissime dimittis, excerpis e tam multis, vnus argumenti partem, & illam quoque, quantum potes, deprauas, quam nec sic effugis. Sed nusquam turus, huc illuc trepidus curritas, sicut fugientes solent. Debit, inquis, ostendere pronome hoc, ad corpus pertinere: quasi non omnes euideant id clarissimis argumentis fecisse, & exemplis etiam illustrasse, de semine & inde nato flore, de virga & inde facto serpente. Quibus tuum illud praesidium de circumstantia plane prostrauit. Et tamen illa dissimulans, rursus redis cum eadem circumstantia. Accipit panem, benedixit, fregit, ac dixit: Hoc, id est hic panis est corpus meum. At interea de responsione regis, verbum nullum: de exemplis illis magnum silentium.

Vides hic, inquis, vt omnia illa verba accepit, benedixit, ac fregit, de pane dicantur. Et eundem demonstrat pronomen, hoc. Quia illud ipsum, quod accepit, benedixit, ac fregit, hoc inquam, acceptum, & benedictum, & factum, significatur, quum dicitur: Hoc est corpus meum, non predicatum, sed subiectum demonstrat. Non enim corpus suum accepit, benedixit, & fregit, sed panem: non ideo demonstrat corpus, sed panem. Haec sunt, inquit, clara verba, quae rex nequitiosus occultit.

Sed quid rex ad ista responderit, & hoc tam aperte stultum sophisma, quam aperta ratione dilauerit: hoc nequitiosus occulit Lutherus. Et tanquam omnium clausisset oculos, nequis illud posset legere: sic rursus stultissime iactat idem sophisma, rursus oculis subiciens, & predicans subiectum, & praedicatum, & catenam nobis longam faciens e glacie. Panis erat, que accepit, ergo panis erat, quem benedixit. Panis erat, que benedixit, ergo panis erat, que fregit. Panis erat, que fregit, ergo panis erat, que dedit discipulis. Sic Lutherus soles vigilanti stertere naso, vt te non sentire similes, quum hanc fragilem catenam tuam tibi rex infringeret, negans

Catalogus medicorum Lutheri in regem.

Lutheri vitio

Cynicus Lutheri mos.

Hoc Lutheri tonat argumentu.

Non enim opus est, vlcus tangere.

Illic fere discit esse discretus.

negas Christum dedisse, quod in manus acceperat, postquam id, quod accepit, mutauit in aliud: quemadmodum pulcherrime demonstrat exemplum illud, de flore nato ex semine. Quod exemplum, tu non es ausus attingere. Sed si teneret haec praecleara cathena tua, nec virga Aaron ex virga versa fuit in serpentem, nec ex serpente rursus in virgam, si sic sophisticiari pergamus. Aaron, quod in manus sumpsit, hoc proiecit, sumpsit autem virgam, proiecit ergo virgam. Deinde, quod proiecit hoc ante Pharaonem iacuit, sed non nisi virgam proiecit, ergo non nisi virga iacuit ante Pharaonem. Aut si simul fuisse vis, & virgam & serpentem, licebit eodem modo colligere. Quod in terra iacuit, hoc Aaron sustulit, & secum retulit, sed serpens iacuit in terra: ergo serpente in terra sustulit, & serpente retulit domum. Quin eodem sophismate probabis nobis Euam perpetuo fuisse costam, si quis hoc sophismatis genus admittat. Quod Deus de latere tulit, hoc Adae coniunxit, in vxorem, sed de latere eius costam tulit, ergo costam illi dedit vxorem. Quod si quis hoc sophisma tuum rideat: hic serius, vt soles, cum eodem redibis insanians, & rem conaberis obtinere conuictis, exclamans: Vos amini, nuquid costam tulit Deus ex Adae, & edificauit in mulierem, & adduxit ad Adam, & ei dedit in vxorem? Nunquid igitur costa fuit, quam de Adam tulit? & quod tulit, id ipsum edificauit? & quod edificauit, id ipsum adduxit? & quod adduxit, id ipsum coniunxit? Ergo a primo ad vltimum, costam ex Ada tulit: ergo costa Adae coniunxit. Iam si quis audeat huius sophismatis aperire mysterium, ac neget Deum adduxisse costam, quam edificauit in mulierem, sed mulierem, quam edificauit ex costa, sicut Christus respondit rex dedisse discipulis, non panem, quem acceperat, sed corpus, quod ex pane fecerat, illum ridicule ridebit reuerendus pater, & negabit argumentum suum bene solutum esse, neque quicquam dicet esse responsum, praeter, oportet sic esse. Nec interea verbum faciet vllum, de his, quibus tam aperte reuincitur.

NAM quae ro te Luthere, per stultitiam tuam, cur non es ausus resumere praeclearum illud argumentum tuum de articulo? Credo profecto, omnes articulos tuos concepisse chigram & podagram, ex frigore illius vnus articuli, quem, quum Babylonis tuum cotuli cum responso regis, ita stolidè repperi tractasse te, vt nec insanus potuisset insanians: ita tractasse regem contra te, vt illud vnum vulnus, quo tute causam tuam vulneraueras, mortiferum effecerit, atque totam haerem tuam, illo vno vulnere peremerit: etiam si nullum addidisset vterius. Atque ideo minus miror, si dolor te non est passus, iterum tam lethale vulnus, tua tibi stultitia factum, refricare: nec illud ite de non transubstantiato calice, quod argumen-

tum plane reperisti, nimum bene potus in calice. Nunc vbi illorum te pudet, satis est omnia tacere, & clamare, nihil aliud afferri contra te, quam, oportet sic esse, verba sunt clara & aperta.

Nam hoc est, inquis, insigne sapientiae Thomisticae, quod postulat rationem huius articuli fidei (cum nullum articulum sciat ad me admitti, nisi aperti scripturis manuum) ipse tamen nihil aliud asserit, quam oportet sic esse: verba sunt clara & aperta. Quis autem tam insanus est grammaticus, qui ex hoc sermone, Hoc est corpus meum, intelligat, aut colligat, id, quod est panis, transubstantiari in carnem, nisi Thomistarum fex: quae etiam grammaticam nos deducere?

NON dubito Luthere (quaquam sis impudens) quin hic tamen sudes satis, quum sentias apud te, quid lectores sentiat de te, tam stolidè dissimulante omnia, quae te videre vident omnes. Nam quod ita quaeris, Quis tam insanus est grammaticus? nos hoc Luthere quaerendum relinquimus tibi, qui assidue versaris, cum insanis grammaticis, qui tuas haereticas insanas & agrammaticas, sua picturant insana grammatica. Sed qui sic illa verba intelligunt, quomodo qui intelligunt, tu bis insanus appellas insanos: illi sunt, inquam, & doctissimi quique veterum, & sanctissimi. Quorum Rex tibi multos adduxit, qui panem afferunt non manere, sed in carnem verti, tot seculis nati, non ante Thomistas modo, sed & ante Thomam, quos a Rege nominatos impudenter dissimulas, vt eos licentius blasphemus, & insanus appelles insanos.

Quin eximius nostralis Rex Henricus, stropham Thomisticae, ausus est etiam ad me exigere, vt probem non transubstantiari, scilicet insulsumus Thomistas, docendus etiam est elementa disputationis, qui quum affirmatiuam debeat probare, contendat ab aduersario, vt negatiuam probet, Hos doctissimos viros ad haereticos mittamus, & ad Turcam, vt fidem nostram defendant: sic, vt non sit necesse rationem fidei reddere, sed solum dicere, proba negatiuam.

EN rursus lector stropham Luthericam, hoc est, stolidam proflus impudentiam. Debuisset reuerendus pater, principis verba referre, quibus ab illo dicit exigi, vt probet non transubstantiari. Nam quum iciat se Lutherus, omnibus compertum esse mendacissimum, potuit scire neminem ei quicquam crediturum, nisi quatenus probaret, quod assereret. Nunc vero quum lectores Regem videant, tale nihil exigere, sed ipsum quae debuit, ipsa luce clarius probasse, facile ridebunt, ac reijciant hoc stolidum Lutheri commentum, cum ceteris eiusdem patris vanitatibus. Verum diuino quid sibi velit. Postquam videt ea soluta, quae protulit aduersus fidem publicam, nec amplius habet quicquam, quo iam possit tam

Verba Lutheri.

Sed nec eos quidem omnes.

Quisquis te deducit, tu plane videtur grammaticus.

Ita nihil habet pro fanstio nebuloso Verba Lutheri.

Ita ne vos doctus estis doctor, vt nesciat, quid cui sit probandum. Dicce hic Luthere tuum officium.

stolide dicta defendere, cupiens a necessitate disceptationis absolui, sic interpretatur, quasi exigere ab eo, vt reddat rationem, cur aduersus tam constantem, tam perpetuam totius ecclesie fidem, clarissimis euangelij verbis firmatam, impiam tuncat haresim: hoc demum sit exigere: vt probet negatiuam. Et hæc est eximia strophæ reuerendi patris, qua se diuersum sperat, ac fugiturum, ne cõprehendi possit à tardis & crassis Thomisticis.

Strophæ Lutheri.

Offendit, quàm stolide Lutherus conetur resellere solutionem principis, qua respondit ad ea loca, quæ Lutherus allegauit ex Apostolo, quibus Eucharistiam probaret esse verum panem.

CAP. XIII.

Verba Lutheri.

SED hæcenus, philosophatus sit Thomista noster Regius. Iam videre dignum est, quàm Thomisticè, theologizet aduersus meas rationes. Cum ego aduersus Thomisticum illum fidei articulum, posuissem fulmen illud celestè, Pauli verbum, 1. Corin. 10. vbi tam aperte panem appellat hoc sacramentum, vt nec Regis ruditas, nec Thomista nequitia vllum mentiendi & ludendi effugium inuenire possit: cum sint verba Pauli luce clariora. Panis, quem frangimus, nonne participatio corporis domini? Non ait, Corpus, quod frangimus, non ait nihil illud consecrationis reliquum, quod frangimus, aut accidentia quæ frangimus, sed panis, quem frangimus, vti que iam benedictus & consecratus. Hic igitur panis benedictus est participatio corporis domini, etc. Simile est 1. Corin. 2. Qui manducat hunc panem, etc. Hoc bonus & suavis Thomista, nihil neque scripturarum, neque rationis asserens, sed ex mero suo, oportet sic esse, dicit scripturam sanctam solere aliquando id appellare, quod fuit, vel quod simile sit, vt Exod. 7. Deuorauit virga Aaron, virgas magorum, id est draco, qui fuit virga Aaron. Hæc ille.

Quo modo Lutherus intellegat sacras scripturas. Aduerte quæ loquitur, quod Lutherus vitio det

Lutheri ars distuendi.

ECCE Lector, vt bonus & suavis latinista noster fratralis, ait regem nihil asserere scripturæ, quo probet scripturam aliquando, aliquid appellare, non id quod est, sed quod ante fuit. Et tamen idem bonus & suavis Lutherus noster fratralis, asserit, & commemorat eam scripturam, quam ad id probandum attulit Rex: & asserit eodem ipso in loco, in quo negat Regem vllam attulisse: & sic reuerendus pater nunquam sibi cõtrarius, simul dicit: rex ad istud probandum asserit scripturam, & nullam asserit scripturam. An ideo non est scriptura sacra, quia est in Exodo? Aut ideo non asserit id Rex, vt probet propositum, quia reuerendus pater explicare se non potest, dum valde se verfat, actorquet, vt probet Regem per illam scripturam, non satis probare pro-

situ? Sed hoc in loco lector, ne quid aut subducere videamur, aut asserere: sicut Lutheri verba retulimus, ita regis quoque verba subiungemus.

Verba Regis

HACTENVS ista disserui, dumtaxat vt ostenderem ex ipsius Christi verbis, & euangelistarum, ostendi non posse, quod iste se iactat ostendere, imò contra liquere perspicue, in Eucharistia panem non esse.

QVOD in Actis Apostolorum ait Eucharistiam appellari panem, vellem, protulisset locum, ego nullum reperio, qui non sit ambiguus, & potius videatur de cõmuni cõiuium dicere, quàm sacramento Apostolus tamen (factor) panem non semel appellat, vel scripturæ secutus in sermone morè, quæ solet interdum vocare quippiam, non id quod est, sed quod ante fuerat, vt quum ait: Virga Aaron deuorat virgas magorũ, quæ tamen tunc virgæ non erant, sed serpentes: vel contentus fortasse vocare, quod specie præ se ferebat, quum satis haberet, rudem adhuc in fide populum, lacte pascere, nec primum aliud exigens, quàm vt quocunq; modo crederent in sacramento esse corpus Christi, postea paulatim, solidiore cibo pascitur, postquã adoleuissent in domino. Idem potuit, & in Apostolorum Actis contingere, vbi nec beatus Petrus alloquens populum, & illis Christi fidem instans, ausus est adhuc aperte quicquam, de eius diuinitate dicere, ita abdita, & populis dubia mytheria non temere proferebat. At Christus Apostolos suos, quos tam diu sua doctrina formauerat, ipso sacramento instituenti principio, docere non dubitauit, panis vini que non amplius restare substantiam, sed manente vtriusq; specie, vtrunq; tamen, & panem & vinum, in corpus & sanguinem suum esse cõuersum. Quod tam aperte docuit, vt mirandũ sit, exortum quenquam postea, qui rem tam clarã, rursus vocaret in dubium. Quomodo enim potuisset apertius dicere, nihil illic remanere panis, quàm quum dixit: Hoc est corpus meum? Non enim dixit, In hoc est corpus meum, aut cum hoc, quod videtis, est corpus meum, tãquam in pane, aut simul cum pane, consisteret, sed hoc est (inquit) corpus meum, nimirum declarans manifeste (vt os cuiusq; gannientis obstrueret) hoc totum, quod porrigebat, ipsius corpus esse. Quod ita porrectũ Apostolis, etiam si (quod non fecit) nomine panis appellasset, tamẽ quũ simul admoneret audientes, id ipsum, quod vocaret panẽ, nihil aliud esse, quàm suũ corpus, in quod totus fuerat, ipso mutãte, conuersus. Nemo potuisset dubitare, quid Christus vellet panis appellatione significari: eo que circumstantia ipsa (nam circumstantiam Lutherus admittit) declarat euidenter vocabulum panis, quum panis mutatur in carnem, absque vlla violentia facta verbo diuino, panis significare speciem, nõ substantiam: nisi Lutherus adeo inhereat proprietati verborũ, vt Christum credat

Contra Lutheri ex ipsis Christi verbis.

Contra Lutheri ex circumstantia Lutheri facta, illusio.

in caelis

in caelis quoque fuisse panem triticum, aut hordeaceum, propterea quod ipse dicit de se: Ego sum panis, qui de celo descendi: aut veris vuis onustam vitem, quia dixit ipse: Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est: aut electos deniq; remunerandos in celo voluptate corporea, propterea, quòd Christus ait: Ego dispono vobis, sicut mihi disposuit pater meus regnũ, vt edatis & bibatis super mensam meã, in regno meo.

NVNC indica lector, quàm necessariũ argumentũ sumat Lutherus ex Paulo, quũ Euangelistæ probent, panẽ in carnẽ versum. Quid affert Lutherus, quod doceat, nõ sic à Paulo vocatũ panẽ, quod iam nõ sit panis, sicut in Exodo vocatã virgã, quæ tamen virga nõ erat, sed serpens. SED quàm malè vrat patrem reuerendum, quòd istum nodũ nescit soluere: bene declarat ira reuerendi patris, per quam, sicut meretrices, vbi quid obijcitur, quod nulla ratione possunt resellere, respondere solent impudenter, Tu mentiris: Sic venerabilis pater, in eam coniectus angustiam, vnde nullum videt exitum, arma sua sumit sibi, & viam sibi vi facere tendit per conuitia.

Meretricius mos respondendi Lutheri.

Verba Lutheri.

Mentiris, inquit, in caput tuum Rex stolide, & sacrilege, qui fronte impudenti ausus es verbis Dei infallibilibus tribuere, vt aliud sonent, quàm significant. Quam tam obscuro fenestram blasphemandi, aperuerit furor iste Regis vniuersis hæreticis, & fidei hostibus, si semel admissum fuerit, scripturæ auctoritatem lubricis & fallacibus verbis niti? Quid tur, non probare, improbare, tueri, & defendere poterunt omnes omnium dogmatum magistrũ. Quãto rectius sanctus Augustinus, ne iocosum quidem mendacium, nec officiosum in sacris literis recipere voluit.

Cur ergo tu semper seruo metiris.

Lutheri est non aperta, tamẽ tacita collectio.

O sapietẽm & sanctum patrem Lutherum, & vnicũ orbis miraculũ, mentiendi nescium nebulonem, qui verecundia vere virginea veatur, Dei verbis infallibilibus tribuere, vt aliud sonent, quàm significet, rã apertè, præsertim contra morem & exemplum Christi, cuius omnes omnino parabolæ significant nihil aliud, quàm sonant. Et quis nõ videt, quantam fenestram blasphemandi aperuerit Rex vniuersis hæreticis, & fidei hostibus, si semel admissum fuerit scripturæ auctoritatem lubricis & fallacibus verbis niti? quid nõ tum probare, improbare, tueri, & defendere poterit malorũ omnium dogmatũ magister pessimus? Vt exempli causa, si mortui cadauer scriptura vocaret (vt sæpe vocat) hominem: iam Lutherus, qui negat purgatorium, sic formaret argumentum: omnis anima moritur cum corpore, ergo nullum est purgatorium: & (vt est acutus) hoc pacto probaret assumptum. Qui mortuus est, adhuc homo est, sed homo non est nisi quiddã compositum, ex anima & corpore, ergo mortuus est compositus ex anima & corpore, sed

vtroque mortuo. Iam si quis illi responderet, scripturam, quum cadauer appellat hominem, populi more loqui, necid vocare, quod iam est, sed quod ante fuit: Ibi statim reuerendus pater irasceretur, & pio zelo clamaret ferulus, Mentiris stolide & sacrilege, qui frõte impudenti, ausus es verbis Dei infallibilibus tribuere, vt aliud sonent, quàm significant. Verba sonat cadauer esse hominem, ergo idem verè significant, & sic mortua est etiam anima, & sic inuicta stat hæresis mea, quod nullum est purgatorium: sic per hanc fenestram, quam aperit Rex, reuerendus frater Lutherus, & hæretici similes, qui sunt acuti sophistæ, saltu se præcipitant ad inferos: & ideo Augustinus, nec iocosum mēdicium, nec officiosum in sacris literis recipere voluit. Nam mentitur scilicet, qui in sermone vitur iisdem figuris, quibus vitur populus.

Sed esto. Rex Thomisticus non dignetur creatorem suum tãto honore, vt sensum suum in verba eius captiuè, passus sese potius nescire, quomodo virgam vorarit, quàm temerè ea deprauet. Sit, verum, quod virga dicatur draco, qui fuit virga. Quæ consequentia sequetur, & hic panem dici, qui panis non sit, sed fuerit. An hoc est sine scriptura omnibus locis scriptura aptandum, quod vno loco reperitur? Scilicet hac Thomistica sapientia fretus, sic argues, scriptura semel dicit virginem esse matrem: ergo oportet multas alias quoque esse matres: licet scriptura de his nihil dicat: quemadmodum hic facit, panem non esse panem oportet, quia virga non est virga.

Verba Lutheri.

At tu maus omnia peruertere nescire videri. Non, sed scriptura semel dicit virginem esse matrem, ergo virgo est mater.

QVANTVM hæreat in rãcidis Lutheri dentibus, istud serpentis corium, in quam versa est virga Aaron, vel illud bene declarat, quod tot solutionibus tam sollicitè quærens, nullam potest inuenire, quæ non sit profusa absurda. Nam primum vult, adhuc virgã esse, quæ sit in serpentem versa, eadem ratione facturus, vt maneat etiam serpens, quum denuò facta sit virga: deinde etiam, si illic virgam appellat scriptura, quæ virga non sit, sed fuit, tamen id exemplum frustra protulisse principem, quia ex vno loco non cogimur credere scripturam, eo dem modo loqui in omnibus. Quid non potest reuerendus frater facile soluere: si hoc est soluere, fingere se non intelligere, quid debeat soluere? Nam videri vult hoc pacto regem dicere: Quia sic aliquando loquitur scriptura, ideo scripturam semper ita loqui, quasi aduersus Lutherum vrgentem, ex vno aut altero loco scripturæ, corpus Christi vocantis panem, necessario verè panem esse, propterea quòd panis ibi vocaretur nõ satis regi fuerit, si alio scripturæ loco probaret, id nulla necessitate cõsequi, quia scripturæ non sit perpetuum id appellare, quod verissimè sit: sed aliquando ex humana consuetudine id appellare, quod videtur esse, vel quod paulo antefuit, sicut

R ij virgam

virgam Aaron appellauit, quum iam serpens esset non virga: & hominem appellat interdū quod homo non est, sed cadauer: interdū fortasse quod est pictura vel statua. Quum rex ergo, tantum probat illud Pauli vocantis panē, non cogere, vt vere sit panis: sic rem tractat Lutherus, tanquam rex ex illo loco probare vellet, quod non sit panis, quum illud non ex Paulo probet rex, sed ex euangelio: simul id probans, quod Pauli verba non probant contrarium, id quod regis proposito abunde satis est. Et quum facile sentiat reuerendus frater, hanc stultam fycophātiā suam omnibus esse conspicuā, tamen velut nemo posset intelligere tam acutam tropam, per duas fere paginas, mire sibi plaudit in illa. Et tādē, velut aculeo acutissimo, regem pungit in fine.

Verba Lutheri. Rex, inquit, blaterat, virga dicitur virga, & tamen nō est: ergo Paulus panem vocat, quod non est panis, quasi panis & virga idem sint.

Et iam post tantam victoriā triumphat gloriosus frater.

Quis ita disputat nihil tu? Quae Barabtra, inquit, non induceret Satan in ecclesiam, postquā Iohanne in cathedras recepti, hac forma docendi & disputandi vii caperunt?

QVÆSO te lector, quis morio non rideat morionem, tanto cum tumultu se tam ridicule cōmouentē, quod dicat aliquis, eodem locutionis modo, Paulum appellasse panē, id quod ante fuit panis, licet iā nō sit panis, sed caro, quo sermonis tropo, virgā vocauit scriptura, id quod iam virga non erat, sed draco. At istud, velut apprimē ridiculū, ridet homo ridiculus. Ergo si dicas lector, asini cadauer asini sic appellari posse, quemadmodū cadauer hominis appellatur homo, quanto cachinno ridebit te Lutherus, & negabit admittendā similem figuram sermonis, propterea quod res ipsae sint dissimili specie. Quia nō sunt, inquiet idem homo & asinus, sicut non sunt idem, panis & virga. Quid, si sic soluamus argumentum: quando sic arguit mihi reuerendus pater? Non sunt idem, homo & asinus: concedo de aliquo asino, & aliquo homine: sed respondeo, quod qui se sanum putat, quum sic argumentatur, idem omnino sunt asinus, & ille homo. Et sic cadauer illius asini, potest appellari asinus, sicut cadauer illius hominis, potest appellari homo: quum prorsus idem sint ille asinus homo, & cadauer osus asinus.

Sic Luteri re argumentabaris à similitudine? Sed & aliam, inquit, ostendit rex dexteritatem suam in hac re, vt nihil nisi Thomista credi possit. Si, inquit, Lutherus tam rigide captat verba scripturae, dicet & Christum esse panem triticum in caelo, dum dicit, Ego sum panis, qui de caelo descendi. Item naturalem virtutem, vbi dicit: Ego sum vitis vera. Dixi ante, nihil crassius & insulsius esse sub sole natum, Thomisticis monstris. Quis enim puerorum hunc delirum regem non rideat? Non est in ipso

Verba Lutheri. Quae Barabtra, inquit, non induceret Satan in ecclesiam, postquā Iohanne in cathedras recepti, hac forma docendi & disputandi vii caperunt?

Verba Lutheri. Sed & aliam, inquit, ostendit rex dexteritatem suam in hac re, vt nihil nisi Thomista credi possit. Si, inquit, Lutherus tam rigide captat verba scripturae, dicet & Christum esse panem triticum in caelo, dum dicit, Ego sum panis, qui de caelo descendi. Item naturalem virtutem, vbi dicit: Ego sum vitis vera. Dixi ante, nihil crassius & insulsius esse sub sole natum, Thomisticis monstris. Quis enim puerorum hunc delirum regem non rideat? Non est in ipso

sensu aut vigilat, vt videat, quid intersit inter sua somnia & haec verba Christi. Ipsa enim consequentia verborum, absconditas rerum, pugnancia intelligentiarum, tum ipsiusmet interpretatio, cogunt eū de pane spiritali loqui, sicut dicit, Verba mea spiritus sunt vita, quorum nihil est in verbo Pauli, de pane sacramenti loquentis. Imo omnia vigent Paulū de pane triticeo intelligi.

ECCĒ lector, aliam dexteritatē Lutheri, & talē, vt nihil nisi potista credi possit: neque quicquam sub sole natum est, crassius & insulsius potistis monstris. Nam quū ebrius ante balbutisset verba scripturae, nō nisi in proprio & grammatico sensu fumentā, rex eius insipientem stultitiam elusit, quod ex eo sequeretur, Christum esse panem triticum in caelo, & vitam onustā vuis, & sanctos olim epulatos & bibituros in regno Dei. Nunc D. Lutherus egre ferens, stulticiam suam sic attactā, ridet valde iratus, & reuerendus pater pro sua reuerentia, valde verniliter scurratur, postulans, vt scurrilitas sua valeat pro solutione, quae alioqui per se tantum valet, quantum culex. Nam quum ait, satis apertum esse ex circumstantijs, quo pacto Christus accipi voluerit, quod ipse se panē vocauit, & vitē, ita rex probauit, quod Lutherus dolet, & dissimulat, ex circumstantijs esse perspicuum, quomodo Paulus accipiat panem in sacramento, quum aperte declaret, ex illo pane factum esse Christi corpus: nisi non satis declarat scriptura, quomodo accipiat virgā vocabulum in Exodo, quum eam ante narrarit ex virga versā in colubrum. Nam ille coluber, adhuc male ebrium potistam, qui vigilans dormit, & dum omnia distinguit, atque (vt ipsi videtur) acute discriminat, inguinis & capitis quae sint discrimina nescit.

Et miror, inquit, sapientissimū hunc Thomistam, cur non & accidentia transubstantiet.

Et paulo post nebulo rursus irridet: Ambrosium: deinde querit.

Quae necessitas perimenda substantiae & seruandorum accidentium.

NON est, cur quæras à rege, cur non transubstantiet accidentia. Querere debes istud à Deo: nam ille substantiam transubstantiat, nō rex: qui & ideo credit Deū panis mutasse substantiam, reliquas accidentibus, quia sic fieri ecclesiam suam docet idem Deus qui fecit, quū & intus docet & extra, verbis euangelij, cum occulto eius flatu conspirantibus, ex pane fieri corpus ipsius, hoc est panis substantiam, verti in substantiam corporis. Quod si verba, quae sunt clarissima, quicquam habere ambigui: imo vero, si viderentur in diuersam partem potius aliquantum vergere, tamen quum Christum se promiserit, per spiritum sanctum Ecclesiam suam esse docturum, & se eundē ea futurum, vsque ad consummationē seculi, quumq;

Adde & calicem ceruiciae pateat.

Dolet Lutheri

Verba Lutheri

Lutheri mentiri de fide transubstantiationis.

quumque rex probarit tibi, tot veterum testimonio, tot recentium, hanc transubstantiationis fidem, non esse, quod tu mentiris, notuam, sed à Christo passo totius ecclesiae perceptam, quis non videt, aut tot seculis, Ecclesiae suae Christum defuisse, hoc est, veritatem falsam promississe, aut spiritum veritatis falsam docuisse, aut te arrogantisimum esse nebulonem qui, quomodo scriptura sit intelligēda, iubeas orbem totum tuę potius stultitię credere, quā qui scribentibus inspirauit, Deo: nec illi sis crediturus, mutatam esse substantiā, nisi rationē reddat tibi, quare non transubstantiet accidentia? Hoc est, Deo te non habiturum fidem nisi sic agat tecum, vt res fiat palā, & tollatur fides. Nam Christus, ideo videri potest accidentia reliquisse, vt tectius esset corporis mysterium, aut meritum fidei, tolleret euidentia rei: aut populus reformidans edere, non perciperet fructum sacramenti.

Sed & hoc pulcherrima Lutheri fycophantia est, quod quum princeps dicat, indignā esse panis substantiam, quae cum illa misceatur substantia, quae creauit omnes, ibi Lutherus in campo suo spaciatur, nugatur, scurratur, irridet, tanquam rex, quod obiter dixit, probabile id attulisset, loco demonstrationis necessariae. Deinde vociferatur & clamat, esse ter hereticum, quod rex panem dicat indignum, qui cū ea misceatur substantia, quae substantias omnes condidit. Nam hic videri vult, tam rudem esse principem, vt putarit corpus Christi, non esse creaturam, sed creatorem. Et quum vbiq; reuerendus frater affectet videri mire sapiens, hic subito videri studet, ita stupidus, vt non senserit principem ita loqui, propter diuinitatem Christi, quae per concomitantiam (vt vocant) semper adest corpori: nec intellexerit homo simplex, per communicationem idiomatum, sic homines passim loqui de Christo, vt hominem dicant creatorem, & aeternum, & Deum, vicissim dicant & natum esse & mortuum.

Verba Lutheri. Pratero hic rhetoricissimum illum contemptū, dum duas vrgentissimas similitudines apposuit, de ferro ignito, & Deo incarnato, vbi neque igni ferrū neque diuinitati hominem necesse est cedere. Mihi enim, etiam, si non necesse sit, mea asserere, tamen satis neogocj fecero assertori, si suum signum alter se posse habere demonstrauero. Itaque possum dicere, corpus Christi, sic saluo pane in sacramento esse, sicut est ignis in ferro, salua ferri substantia: & Deus in homine salua humanitate, vtrobique sic mixtis substantijs, vt sua cuiq; operatio, & natura propria maneas, & tamen vnu aliquod constituant.

FINGIS hic, Regem tuas istas similitudines dissimulasse silētio. sed qui librum principis legerit, videbit, te dissimulare principis responsum: quamquam similitudines tuę tam dissimiles veri sunt, vt operę precij non fuerit vllum respondiisse. Nam primum de fer-

ro, quod affers, & igne, vide quā pulchrē coarctes. Aut ignis est, vt sensere quidam, qualitas & feruor excellens in ferro, aut ignis congectus in poros. Si illud primum, nihil simile de corpore Christi, quod non est qualitas: si secundum, ne sic quidem quicquam quadrat similitudo tua. Nam (vt princeps prudenter annotauit) Christus non dixit: In hoc est corpus meum, aut simul cum hoc, sicut in ferro vel cū ferro est ignis, sed simpliciter dixit: Hoc est corpus meum. At nec ferrum illud ignis est, sed ignitum. Illud vero, quod porrexit Christus, Christi corpus erat, si Christo credimus: si tibi credimus, non erit Christi corpus, sed panis (vt ita dicamus) Christi corporeus: sicut ferrum tuum non est ignis, sed ferrum ignitum. O caput ferreum, & frontem dignam, cui ferrum ignitū longas insigat literas. Quā si velis sic esse, corpus Christi cū pane, sicut corpus glorificatū est, aut potest esse cū alio corpore, aut sicut anima est cum corpore, tamen in eodem luto hæstabis. Nam neque recte loquetur, qui dicit corpus esse animam, sed animatum: neque qui sic loquetur, hoc corpus, puta, lapis est hoc corpus glorificatum, puta, corpus Christi, iam ianuis clausis in gradientis marmoreū parietem, sed in hoc lapide aut cū hoc lapide est hoc corpus Christi. Sed Christū, vt tāiā similitudinē ostēderet esse dissimile, non dixit, in hoc, aut cum hoc, sed dixit hoc est corpus meum. Iam altera similitudo tua, de Deo incarnato, non est absurda modo, sed impia quoque atque sacrilega, vt ex qua sequatur, quod deprehendit prudentissimus princeps: quod sicut Deus assumpsit hominē, ita Deus & homo in vnitatem suppositi, assumant panem & vinum: vt Deus, qui quod semel assumpsit nunquam reliquit: nunc tot panes, tot pocula, tam cito relicturus, asidue sumat in vnitatem suppositi, neque enim aliter quadrat similitudo, vt cum corpore Christi sit panis, sicut tibi Deus cum homine. Sic Deus rotari sinit hæreticos, & præcipientes ferri dementia, vt in stultitiam ruant, & in insanias fallas. Et iam postquam tibi probatum vides, sensum Pauli non probare pro te, nec illum sic vocare panem, quomodo tu contendis, quum similes formas loquendi videas, & scriptura sacra productas: quū euangelij videas manifeste probare contra te: quum euāgelio nemo dubitet Pauli sensum esse conformem: quum sanctos patres omnes, omnes fidei proceres, oēs omnino fideles à Christo passo, tot seculis videas, vna voce contra te testari: quum cogaris ipse fateri, totius ecclesiae fidem falli non posse: denique, quum te manifeste videas turpissime victum esse: iam præ furorē frēndens, & ringens, & sardonium interim risum ridens, buccinas te victorem, & clamas te habere nunc hunc articulū præclare confirmatū: & vt ostēdas te more tuo aliorū opera bona reddi deteriorē, plus quā furiosus adiungis.

Lutheri stigmatē dignus

Alteri Lutheri parabola æque absurda.

Verba Lutheri. Hic ita se allegat re pugnantia. Antea posui, nihil referre, siue sic sentias de trã substantiatione, siue sic. Nunc autem decerno, impium esse & blasphemum, si quis dicat panem trã substantiari.

DICVNT istud, sicuti scis, non solum populus vbique christianus hodie, sed & Eusebius, Gregorius, Cyrillus, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, & si quis vnquam fere literis, & sanctitate claruit in Ecclesia Christi. Hos tu potator impius, & blasphemus, impius & blasphemus audes appellare. Sed sic impius in terra blasphemus sanctos Dei, quomodo apud inferos dñati, ipsum blasphemant Deũ. Sed vt omnes videant, quo superbiz tuę furore detrusus sis, in hoc baratrum deploratissimã perditionis, vt à malo te mutares in pessimum, Verba regis, quibus quum leuari potueras, tua te superbia pessundedit, subiungã.

Verba Regis

MIROR, ex hoc dogmate, quid fructus populis spondeat Lutherus. An (quod ait ipse) ne quis propterea semet credat hereticum, quod fors ita cum Luthero sentiat? At Lutherus ipse fatetur nihil esse periculi, si quis hac in re sentiat, quod tota iam sentit ecclesia. Sed contra, tota ecclesia censet hæreticum esse eum, qui sentiat cum Luthero. Non debet ergo Lutherus animare quenquam, cui bene cupit, vt secum sentiat, cuius sententiam tota condẽnat ecclesia: sed debet his suadere, quos amat, vt accedant illis, quos ipse quoque iudicat in nullo versari periculo. Falsa est ergo ista Lutheri via contra publicam fidem, non huius modo temporis, sed etiam omnium: nec liberat captiuitate credentes ei, sed educens è libertate fidei, hoc est è loco tuto (quod Lutherus ipse fatetur) capiuat, in errorem ducens, in præcipitium, & vias inuias, incertas, dubias, eoque plenas periculi: & qui amat periculũ, peribit in illo.

Nunquid lector (amabo te) hoc non extremæ dementiæ est? quod quum fateatur ipse Lutherus, nos omnes, qui catholicæ obsequimur ecclesię, via tutiori insistere (sicuti rex ex ipso verbis ostendit) tamen audeat execrabiles ac diris deuouendos proponere, si quis eius ter excrandæ se non adiungat hæresi. Nam vt daremus ei, ipsum non pessime sentire, tum de religione publica, tum de salute Christianorum omnium, tamen insignis stultitia merito posset appellari, incertam spem pro certo premio captare. Atq; ex illa via exilire, qua tot sancti viri eo peruenere dubio procul, quo ipse non satis certo ausit promittere se perducturum, si velimus sequi. Nunc ergo, quum nemini non liqueat, nisi qui simili atq; ille glaucomeat cæcutit, eum in certum atq; manifestum exitum tendere, & sequentes trahere, vt in aliorum vita nomen sibi comparet, quis cui anima sua chara sit, non aduersetur, ac totis viribus operam det, talem ducẽ è medio tollere, ne posset aliquando per imprudentiã ab

eo seduci. Cæterum audi nunc iterum, quam magnifice tamen interim cunctis maledicat, qui eius gloriolæ causa, sese nolunt prudentes in barathrum iniicere.

AGGRESSVS STOLIDA LVTHE vi fopbismata, argutantis missam non esse bonũ opus retexit ac refellit primũ sycophanticũ illius ineptiã, qua nngatur ita regem colligere, populus pro missa dat sacerdotibus pecuniam, ergo missa est sacrificiũ & opus bonum.

CAP. XIII.

QVintum adest capitale, & summam, & angulare assertiois Henriciana opus, Missam esse opus bonum & sacrificium. Hic demum D. Henricus est dominus Henricus, & Thomista est Thomista. Ac primum ex aliquo semivethore forte ausiuit: sicuti aduersarij senserit robora, nimum iniuã, oportere, rugato naso, illum videri & contemni, vt stupidus lector, credat antea victum aduersarium, quam impugnetur à tanto rhetore. Sic & dominus noster rex magnificus ampullis presatur, vt sese belle fingat tudere confutationis tã stulti & indocti Lutheri, negantis, missam esse opus & sacrificium (sicut Satanas vulnus sentit, ideo pro morbo animi, incertus quid agat, mera egritudine & impotentia me tentat irrisione, & contemptu irritare. Sed ille, qui dedit nobis sicre cogitationes Satanas, dabit etiam nobis irrisionem irridere, & contemptorem contemneret, suaq; insipientia fragiles ampullas cum fiducia traducere.

Verba Lutheri. At non hic demum Lutherus est Lutherus & hæreticus hæreticus.

Quã egerat cõceptum elatus nelulo.

Quemadmodũ in comœdia, vltimus actus debet esse optimus, Ita Lutherus curauit, vt esset in fine stultissimus. Venit enim nunc ad summam hæresim, propter quam excogitauit reliquas. Hanc quoniam ita sibi funditus videt euersam, vt nulla possit arte reficere, relicta spe defensionis, totus est in suis nugis. Indigne fert, quod ita rideatur eius tam seria & leuera sententia, quam nec Heraclitus quidem legere potuisset absq; risu, nisi quod ausus est ea scribere furiosus nebulosus, quæ non minus impia sunt & scelerata, quam stulta. Quæ quum qualia sint, talia iam per eruditissimum regem compta sunt, vere Satanas vulnus sentit, ac per eos electi sui Lutheri rugit ac rudit, & simul ingressus porcorum gregem voluptariosũ semirhetorum, qui inter pocula cõponũt libros eius, cogitationes suas inspirat illis, non vt terrenum regem solum, sed celestem etiam irrideant: & postquam in profundum verierint, homines execrabiles, omnia sacra contemnant. Sed qui habitat in cælis, irridebit eos, & dominus subannabit eos,

Is grex est Lutherianorũ

Verba Lutheri

Ne nihil dicat tam insignis assertor, vnam assert fert ra-

fert rationem plane potentissimam, qua, hætenus omnibus satisfactum est, Missam esse opus & sacrificium. Ea est huiusmodi. Si missa non esset opus bonum, laici certe pro ea nihil tribuerent clericis, temporalis beneficij. Obstupescet lector, regia & Thomistica est hæc ratio, & (vt dixi) plane potentissima. Nam plurimos permouit hætenus, & permouet hodie, Hic iacet Lutherus prostratus, & nemo tã dextre eum conficit, atq; rex Anglorum, in hoc libro, ipsa ratione. Nam (vt nolim) cogor tamen constiteri hæc ita habere. Vere, inquam, missa ideo est sacrificium, et opus bonum, quod, vt rex dicit, laici tribuũt opes sacerdotibus pro ea.

Imo Lutherana & hæretica fictio.

Vna ex multis, sycophantia Lutheri.

Quædã in Luthero à rege redarguta.

Verba Regis. Inauditi misse fructus inuenti à Luthero.

Lutheri consiliũ demissa.

rum prouocat, & eos indignatur de altari viuere, qui altari seruiunt, tam obstinatę malicię vt quum intelligat non esse causam, cur quẽquam alat altare, si nihil cuiquam proffi t altare potius quã inde viuat sacerdos Dei, altare Dei funditus conatur euertere. Et dummodo corporale subsidium auferat presbyteris, animæ fructum omnẽ laborat eripere, omnibus omnino laicis. Hanc istius tam execrandã maliciam, quum rex & sagacissime deprehenderit, & aperte prodiderit, & pulcherrime redarguerit, æstuans ira Lutherus, & iam manifeste furens, tanquam nemo lecturus locum esset, ex libello principis, & stolidã Lutheri sycophantiam deprehensurus, singit calumniã singitũ, ita regem colligere, Sacerdotibus laici conferunt victum, ergo missa est sacrificium. Et postquam istud tam belle finxit, tum demã regnat in stultitia, & integras paginas implet inuisulis dictis, quæ nihil attingunt aliud quam quod ipse ridicule finxit, ex ridiculo cerebello suo, cui nunc non possum magis imprecari dedecus, quam vt ipsius tam bella scommata, quibus sibi videtur belle in regem Judere patefacta iam calumnia, frequenter lector & accuratẽ relegas. Nullius enim verba, quẽcũt illum manifestius aut maiore cũm opprobriũ traducere, quã, quibus alios traducere se iactat, sua.

Lutheri signicũ

Lutherũ suis dictis satis coargui.

PVLCHERRIME REFELLIT VANISSIMAM Lutheri iactantiam, quã decies gloriatur, principale fundamentum suum regem ex professõ relinquere.

CAP. XV.

AVdisti iam lector, admirandã sycophantiam, cum non minore stultitia coniunctam. Audi nunc aliam Lutheri magnificã gloriam, quæ tam gloriosa est, vt siue sycophantia spectetur, siue stultitia, profusus obscuret priorem.

Verba Lutheri

Non minor est amentia, quæ sequitur, vbi cum multis verbis me contempsisset (Hoc enim in rhetorica potissimum didicit) tandem protestatur sese relicurum intactum, id quod maxime omnium confutandum ei fuerat, nempe robur meum principale, & argumentum capitale: vbi ex verbis Christi probauit missam esse testamentum, & promissionem, ideo non posse opus aut sacrificium dici. Hic infelix assertor, victus fortitudine huius roboris, misere dissimulata conscientia, non solum transiit, sed protestatur etiam, sese transitarum, & alijs dimissurum. O assertorem sacramentorum. O defensores Ecclesiæ Romanæ, bis Thomisticum, & omnibus indigentis papisticis longe dignissimum. Ignosci poterat, si transisset hoc robur meum silens, at protestari sese transitarum, qui aulat, in hoc me vnice & maxime fiderẽ.

dere, & inde omnia illius profligari, hoc sic ridi-
culum est & stultum, ut nihil supra.

Audisti lector egregias istius gloriæ: audi
nunc vicissim verba regis, ex quibus gloriandi
ansam sibi prebitam videri vult, quæ quæ le-
geris, sat scio miraturum te, gloriosi Thralonis
infamem pudendamq; sese traducentis amé-
tiam. Principis ergo verba sunt huiusmodi.

NON contendam cum eo de testamen-
to & promissione, & tota illa diffinitione &
applicatione testamenti ad sacramentum. Nô
ero tam modestus ei, quam alios fortassis in-
ueniet, si qui bonâ ei partem istius fundaméti
inbruerint, qui & testamentum nouum dicant,
promissionem esse legis euangelicæ, quemad-
modum vetus fuit Moisaicæ: & testamentum
istud negent à Luthero satis scite tractari, neq;
enim testatori nuncupandum esse nomina-
tum, quid relinquat heredi, quem ex asse in-
stituât: neq; remissionem peccatorum, quâ pro
hæreditate nuncupatam Lutherus ait, idê esse
quod regnum cælorum, sed viam potius ad
cælum. Quas res atq; alias item aliquot, qui-
fuis virgere volet, ac premere, posset fortassis
fundamenti Lutherani structuram, machinis
aliunde contere. Verum istud eis permittâ,
qui volent. Ego istud ei fundamentum, quod
immobile postulat esse, nō mouebo, tâtū oikê-
dâ ædificiū, qd̄ in pstruxit, facile p se correre.

Verba
Regis.

Luther
adultera
tur Chri-
sti testa-
mentū

Nep̄ qui
fronte iā
diu per-
fricuerit

Intelligis ista Luthero? aut, si intelligas, po-
tes sustinere vt perpetuo tuo cum dedecore,
tam stolidè te iactes? Nam rex hic fundamen-
tum tuum nullo modo concedit, sed ostendit
esse infirmum, & quod facile possit euerti, si
quis hoc sibi desumpsit. Interim verò se pol-
licetur, diruturum præclara illa ædificia, quæ
superstruxisti: quibus dirutis, frustra tibi restar-
et fundamentum. At tu hic tanquam trium-
phator exultas, quod nactus sis tam rudè an-
tagonistam, vt non intelligat se, nihil agere,
quicquid respondeat, quamdiu non expugna-
uit id, quod aduersarius sumit pro fundamé-
to. Atq; hac in parte, tibi tam impense places,
vt idem terque quaterq; , alio atque alio tui
præclari libelli loco, repetas, tanquam in detra-
ducturus admirabilem regis inscitiam, ac rudi-
tatem, qui non euerit fundamentum, strenue se
rem gessisse putet, quod dumtaxat expugna-
uit, atq; euerit ædificia. Age, si nungamus interea
Luthero, fundamentum tuum esse firmissimū,
missam videlicet esse testamentum, & promiss-
ionem hæreditatis, ac nuncupationem hære-
dis. Tenes ne memoria, quare hoc fundamen-
tum ieceris? vtrum ne, vt nullius ædificij basis
esset, & sic ne fundamētum quidem esset? cui
nihil esset superstructum? An ideo potius ie-
cisti, vt illâ turrim in expugnabilem superstrue-
res, qua totam demolireris ecclesiam, & alta-
re Christi subuerteres? Nempe, missam bonū
opus non esse, sacrificium non esse, non esse
oblationem. Igitur quum tu propter has tur-

Itâ scili-
cet ob
causam.

res vere Babylonis propugnacula, quibus in
cælum vi parabas ascendere, struxeris illud
fundamentum, an tibi videtur imperitus bel-
lator esse, qui castella illa, ex quibus solis erat
periculū, sic euerterit, vt neq; nocere quicquā
neque vnquam refici possint, etiam si funda-
mentum reliquerit validum & forte, sed tamē
innoxium? An tu tam stolidus es, quam te stin-
gis esse, vt cū censeas nihil agere, qui talia ædi-
ficia sic deiecerit, relicto fundamento? Ergo
tam stultus es, vt eum neges esse victorem, qui
mœnia perripuit, atq; diruerit, hostes subege-
rit, ac diuiserit spolia, quamdiu nō eruerit fun-
damentum mœnium, ac ruinæ lapides auexerit?
O si quis stultorum sigulus hic esset tui si-
milis, quam multos ei liceret stultos fingere si-
miles tui. Tu nobis duos finxisti, quorum per-
sona rideres stulticiam, non quam in regis li-
bello, sed in capite tuo reperisti. Huic tres stul-
tissimos stultos liceret effingere, quorum ne-
mo stultior esset Luthero. Nam si quis subster-
nat fundamentum lapideum, deinde conetur
superstruere ædificium ex puluere: an Luth-
erus tam stultus est, vt hunc non intelligat esse
stultum? At idem nihil stultior est, quâ Lu-
therus noster, qui ædificiū putat dirui nō posse
quamdiu durat fundamentum.

Ita sane
stult' est
Luther'

QVID si quis adeo stolidus sit, vt cū fun-
damentum iecerit mire profundum, & passus
aliquod, si volet, latum super solidissimâ ru-
pem: post ædificet murum in palustri loco, cuius
nullus lapis per aliquot stadia tangat illud
quod iecit fundamentum? An non & hunc
plane rideret stultum Lutherus noster, si eum
gloriantem videret muri sui fortitudine, quæ
dicat, neq; subidere posse, neq; dirui, propter
fundamenti firmitatem, tam procul à muro
distantis? Hunc, opinor, rideret pro stulto Lu-
therus, & tamen hic stultus, nihilo stultior
est Luthero nostro, qui putat absurdum esse,
quod rex aggregediatur ædificia sua diruere,
relicto fundamento valido, cuius nullum saxū
quicquam pertinet ad ædificium.

Secūdus
stultus
sive Lu-
therus.

SED age, sit adhuc tertius, vtroque stul-
tior, qui & in arena fundamentum ponat ex
puluere, & inde procul, in lacu murum ædi-
ficet ex glacie: hunc stultum (sat scio) rideret
Lutherus, & tamen illo stulto stultior est Lu-
therus. Nam & fundamentum eius magis ca-
ducum est, quouis puluere, & ædificium eius
fragilius, quavis glacie, nec magis inter se co-
herent, quam (vt est in fabulis) Ethioclis &
Polynicis flammæ. Nam neq; validam fuisse
conclusionem, neque cum assumpto coherens-
se, apertissime probauit rex: id quod Luth-
erus respondendo fecit aperitū.

Tertius
stultus
sive Lu-
therus

AT fundamentum, ex quo se gloriatur cœli
fatione deducere, quod velut robustius, quâ vt
expugnari possit, iterum atq; iterum expro-
brat, Regem veit ex professo relinquere, quâ
sit inualidum, rex ipse mōstrauit. Neq; enim,
tantum dixit, facile ab alijs posse destrui, sed
etiam

Funda-
mentum
Luthera-
num à
rege sub-
rutum.

etiam, vno fere verbo, obiter, & aliud agens
ipse destruxit, cum dixit: Testamentum istud
nouū, ita referri posse ad nouum testamentū,
quemadmodum testamentum vetus, ad legem
Moisaicam: quibus verbis, quid aliud significa-
uit princeps, quam id ipsum, quod aperte dicit
Apostolus, ad Hebræos 11. cum ait de Chri-
sto: Noui testamenti mediator est, vt morte
intercedente, in redemptionem earum præ-
uaricationum, quæ erant sub priori testamen-
to, repromissionem accipiant, qui vocati sunt
æternæ hæreditatis. Vbi enim testamentū, mors
necessè est intercedat testatoris. Testamentum
enim in mortuis confirmatum est: alioqui,
nō dum valet, dum viuunt, qui testatus est: vnde
nec primum quidem sine sanguine dedicatum
est. Lecto enim omni mandato à Moysē vni-
uerso populo, accipiens sanguinem vitulorum
& hircorum, cum aqua & lana coccinea, &
hyssopo, ipsūmq; librum, & omnem populum
aperit, dicens: Hic sanguis testamenti, quod
mandauit ad vos Deus. Et paulo post. Con-
testatur autem nos & spiritus sanctus. Post-
quam enim dixit. Hoc autem testamentum
quod testabor ad illos, post dies illos dicit do-
minus. Dabo leges meas in cordibus eorū, &
in mentibus eorum super scribam eas, & pec-
catorum, & iniquitatum eorum iam non re-
cordabor amplius. Vide lector, vt mirum præ-
stigiatorum putet se Lutherus, qui sic se credit
omnium oculis perstringere, vt nemo possit
cernere, quam absurde totum hoc testamē-
tum Christi, ad hæresis suæ fundamentū de-
torqueat. Nam, quod Apostolus aperte do-
cet, esse totam legem euangelicam: id iste re-
stringit ad solam cœnam dominicam: quasi sa-
cramentum altaris, institutum in cœna dum-
taxat, sit Christi testamentum, quod Christus
(vt ait) moriens reliquit, distribuendum suis
fidelibus. Sic solent lector (vt scis) non facul-
tates ex testamento, sed testamentum distribu-
i. At Paulus aperte docet, quod sicut lex Moy-
saica testamentum erat vetus, sic testamentū
nouum lex est euangelica, & sicut Deus rā-
tum fecit illud, fuso sanguine vituli, atq; hirci,
sic istud confirmauit fuso sanguine Christi.
Cuius rei manifeste Christus admonuit disci-
pulos, quum diceret: Hic est sanguis noui
testamenti, qui pro multis effundetur: tanquā
diceret: Hic sanguis, quem bibitis, est idē san-
guis, qui in remissionem peccatorum, paulo
post effundetur in cruce, sanguis (inquam) no-
ui testamenti, quo confirmabitur nouum tes-
tamentum meum, mea lex euangelica, sicut
olim hircino sanguine & vitulino confirma-
tum est testamentum vetus, lex Moisaica.

Testamē-
tū quib'
si con-
cessum.

Mos te-
standi in
veteri le-
gē.

Paulus
de testa-
mento.

QVÆSO te Luthere, si quis ita dicat:
ego Lutherum stolidum esse non dico: quan-
quam (vt videtis) tam stolidè sibi contraria, tã
sæpe, non subito quidem dicit, sed per ocium,
magnò scribit studio, vt morionem pudeat si-
millia somnari: Hoc tantum dico, hæreticum
eum esse, & plusquam sacri legē blasphemum:
Vtrū is, qui hoc pacto loquitur, stulticiā tuā re-
linquit intactam, & te fatetur esse sapientem?
Mihi profecto non videtur, non hercle magis
quam si quis in mulierem venesicij ream, quâ
impudicam esse constet, dicat hoc pacto: ego fratercu-
mulierem istam iudices meretricem esse nō di-
le loqui.
Discerit
quâ stolidè
impudicam
esse constet,
dicat hoc pacto:
ego fratercu-
mulierem istam
iudices meretricem
esse nō di-
le loqui.

scit sacramentalem vim cæterorum sacramē-
torum omnium, secundum cuiusq; mensuram
& Deo cognitum modum.

VIDES ergo lector, quam detorte de-
traxerit scripturam, hunc in locum Lutherus,
vt inde strueret sibi fundamentum, ex quo su-
perstrueret arcem, vnde more gigantum su-
peros è cælo depelleret. Vides, vt idem fun-
damentum, Rex Angliæ dissimulans, illud se-
tangere, itâ totum subruerit, vt ne lapidē qui-
dem super lapidem reliquerit. Et tamen Lu-
therus fundamenti sui euerionē, vicissim dis-
simulans, nunc miris modis illud regi, quod
tam validum eius fundamentum non sit au-
sus attingere, sed assumptum suum habuerit
pro confesso.

QVÆSO te Luthere, si quis ita dicat:
ego Lutherum stolidum esse non dico: quan-
quam (vt videtis) tam stolidè sibi contraria, tã
sæpe, non subito quidem dicit, sed per ocium,
magnò scribit studio, vt morionem pudeat si-
millia somnari: Hoc tantum dico, hæreticum
eum esse, & plusquam sacri legē blasphemum:
Vtrū is, qui hoc pacto loquitur, stulticiā tuā re-
linquit intactam, & te fatetur esse sapientem?
Mihi profecto non videtur, non hercle magis
quam si quis in mulierem venesicij ream, quâ
impudicam esse constet, dicat hoc pacto: ego fratercu-
mulierem istam iudices meretricem esse nō di-
le loqui.

Discerit
quâ stolidè
impudicam
esse constet,
dicat hoc pacto:
ego fratercu-
mulierem istam
iudices meretricem
esse nō di-
le loqui.

Hic con-
cedimus
antecedens.

QVÆSO, quam ansam apprehendit
hic Lutherus, cur testamētum Christi restrin-
geret ad hoc sacramentum? Nam, quanquam
Christi mors operatur, & perficit redemptio-
nem nostram, cuius hoc sacramentum corpus
est & sanguis: eadē tamen mors, ex æquō per-

semel

semel stultum esse parum sit. Sed operæ precium est videre, quam belle coniugat cū hac stultitia sycophantiam, sed tam nudam atque conspicuam, quam auriculæ sunt in asino.

Verba Lutheri. An non ita fecit, cū reddiderit id tibi inuicem? *Protestatur, inquit, rex, sese relicturum intactum id quod maxime omnium constat eū ei fuerat, nōpe robur meum principale, & argumentum capitale, vbi ex verbis Christi probauit, missam esse testamentum & promissionem: ideo non posse opus aut sacrificium dici.*

DISPEREAM lector, ni mihi fere vocē adimat admiratio, cogitanti, quā aut vere saxum sit iste nebulo, aut omnes homines pro faxis habeat: Ait fundamentum suum fuisse, missam esse testamentum, & ideo opus aut sacrificium esse non posse: & ait regem victum fortitudine huius roboris, ex professo transire hoc fundamentum. Quæso te Luthere, reuome ceruisiam istam, quæ tibi caput occupat. Redige (si potes) in inemoriam, quod fuerit fundamentum tuum. Si regi turpe fuit transire, an non tibi turpius est obliuisci? Fuit ne istud pars fundamenti tui: quod missa bonum opus esse non potest, aut sacrificium? Si istud erat fundamētū, quænam erat cōclusio, si illa reliquit rex intacta, quo modo tu rursus respondes ad ea, quibus Rex illa dissoluit? Atque ita respondes, vt quum sudaris satis, nihil aliud facias, quam vt consistet omnibus, nihil te reperire, quod contradicas Sed quid mortuo verba facio? Redeo lector ad te.

Lutherū nullū p-basse fundamētū ex scriptura.

Quum nullum fundamentum probaret ex scriptura, sed tantū probare conatus est, quod missa sit testamentum, quod ipsum testamentum ex scriptura constat: ex eo fundamento, sua collectione cōclufit illas præclaras, nihil cohærentes conclusiones: quod missa bonum opus & sacrificium esse non possit. Quas conclusiones, rex probauit ex illo fundamento (etiam si necessarium esset) nullo tamen pacto consequi: & cum fundamētū illud euerfisset, in transitu, simulans id se relinquere, sic tractauit conclusiones, tanquā fundamentum concederet, vt Lutherum tanto stultio rem ostenderet, qui fundamentum iecisset, quod nullam partem ædificij aut sustine ret aut tangeret. Lutherus ergo, dolens ita patrefactam esse fatuitatem suam, conatur subsidium ferre per sycophantiam, sed tam apertā, vt nihil aliud sit, quam con duplicata stultitia. Dicit patrem fundamenti fuisse, quod nemo non videt fuisse conclusionem. Dicit id reliquisse regem, quod solum ex professo egisse regem, do cet ipfius etiam Lutheri responsio. Ita be lesibi constat, homo nunquam sibi contrarius, vt dicat regem ex professo præterire tacite, quod missa non potest opus esse, aut sacrificium. Et tamen ad illa, quibus probat, etiam si maxime testamentū esset ac promissio, opus tamē & sacrificiū nihilo minus esse, Lutherus ipse respōdet, nisi forte sibi cōscius est, ea, quæ

Quomodo Lutherus succurrat suæ stultitiæ forex suo pro ditor indicio.

respōdet, esse tā inepta, vt respōsum suum pro respōso nō habeat. Et sunt haud dubie lector, id quod ilico videbis ineptissima: quod quo videas clarius, nō imitabor Lutherū, vt illius verba (sicut ille solet in rege) narrādo deprauē. Sed integra, sicut se habent, ascribā. Quæ quum legeris, videbis esse tam praua, vt nemo deprauatius narrare poterit.

Postquam vero dominus Henricus, Thomista noster, hac argentea & aurea ratione probat missam esse opus, pergit in fortitudine sua, etiam Lutheri rationes diluere, & primo Thomisticatur in hunc modum. *Quæ lignum cedit, facit opus, ergo qui consecrat, facit opus. Quæ missa etiam opus erit. Si autem est opus, non est malum, ergo bonum. Hac ille gloriosus assertor sacramentorum. Hic iacet quoque Lutherus prostratus.*

AVDISTI lector, nihil illius omisimus: nūc audies vicissim verba regis, quibus & Lutheri fidem deprehendes, aliena tam syncere narrantis, vt inde gratiam comparet suis. Et illud simul intelliges, quanta rerum vrgeatur inopia, qui cogitur ad nugas diuertere, & potissimam partem eorum, quibus respondendum fuit omittēre, illiusque verba ante quæ regis retulimus, vt cum eas vanas, ac stolidas gloriolas efflare aliquādū impune permiserimus quibus se victorem ipse buccinat, a sperata victoriæ laude, turpius excidat, quum regis verba prae de idultria retulisse (vt est impudēs) redargui palā se viderit, quo facilius ipse superior è pugna discedere videretur. Verba regis ita se habent.

POST longas (inquit) ambages, diffinit missam: deinde separat à missa, missæ caremonias: excutit cœnam dominicam: & verba Christi trutinat, quibus vsus est, quum institueret missæ sacramentum. Ibi quum testamēti verbum, rem videlicet tam abstrusam reperisset, iam (tanquam profligatis hostibus) cœpit ingeminare victoriam, & verbis adornat inuentum (vt iactat) suum, & tanquam mysteriorum, hæctenus inauditum, magno supercilio docet, quid sit testamentum. Notandum esse clamat, ac memoria tenendum, testamentum esse inortuari promissionem, qua nuncupat hereditatem, & instituit heredes. Hoc igitur sacramentum (inquit) missæ, nihil est aliud, quæ testamētū Christi: testamētū nihil est aliud, quam promissio hereditatis æternæ, nobis Christianis, quos suos heredes instituit, corpus & sanguinem suum (vel ut signum rate promissionis) adijcens. Hoc igitur decies repetit, inculcat, insiguit, vt pote quod haberi vult immobile fundamētum, super quod edificet fœnum, ligna, stipulam. Nam hoc fundamēto iactō, quod missa Christi sit testamentum, omnem sese iactat impietatem euerfurū quam impij (vt ait) homines inuexerunt in hoc sacramentum, & dilucide probaturum ad communionem recipiendam, sola fide veniē-

Verba Lutheri. Non est difficile Luthere tuas diluere rationes.

Quæ male vrat gloriosū nebulo nē se videre vitium.

Verba Regis

Discite hic omnes ex luthero, quid sit testamentum.

Concedi te hanc arcē tam præclaro duci.

Quot & que sit probaturus Lutherus ex suo fundamento.

dum esse, de operibus cuiusmodi sint, non admodum esse curandum, conscientia quanto magis erronea sit, ac peccatorum, vel morsu, vel titillatione moueatur, tanto sanctius accedat. Quanto feruor, purior, & errore purgatio, tanto sumi deterius. Ad hæc, missam bonū opus nō esse. Missam non esse sacrificiū. Missam sacerdoti tantum, non autē populo etiam prodesse. Nihil prodesse defunctis, nihil cuiquam viuētiū. Impium esse errorem, si missa canatur pro peccatis, si pro cuiusquā necessitate, si pro mortuis. Inanē esse rē & impiā, fraternitates & annuas defunctorū memorias. A bolendam esse, talem omnem sacerdotum, monachorū canonicorū, fratrum, religiosorum denique (quos vocamus) omnium alimoniam. Hæc igitur tot & tam immensa bona, se reperisse gloriatur, in eo solo, quod hoc sacrosanctum sacramentum comperit, esse Christi testamentum. Iam in sententiaris protinus (quos vocat doctores) inuehitur. Exclamat in omnes, qui declamant apud populum; quod quom illi tam multa scribant, hi tam multa loquantur & prædicent de eucharistiæ sacramento, neutri tamen attingant quicquam de testamento, sed impie celet populum, bonū illud incomparabile (quod tamen iam olim scisse profuisset) ex missa, nihil vnquam boni laicos, neque viuos neque defunctos, esse consecuturos. Ob cuius rei ignorantiam, denūciat vniuersos hodie sacerdotes & monachos, cū episcopis, & omnibus suis maioribus, idolatras esse, atque in statu periculossimo versari.

Hoc nimirū Lutherus tibi seruatur est.

Periculū corū qui Lutherus non sunt audientes.

Verba Regis.

Vnde collegit Lutherus missam bonū opus non esse.

fundit. At quisquis negauerit illi, iā tam magno molimine nihil egerit. Nā argumenta (quibus ea docere præ se fert) pudet propemodū recensere, ita sunt in re tæ majestatis, nugacia prorsus & friuola. Sic enim colligit (nā ipsius verba recitabo) Audisti missam nihil aliud esse, quam promissionē diuinam, seu testamētū Christi, sacramento corporis & sanguinis eius commendatum. Quod si verum est, intelligis eam, non posse opus esse villo modo, nec alio studio à quoquam tractari, quam sola fide. Fides autem non est opus, sed magistra & via operum. Mirum est, quanto nixu parturiens, Nēpe iuxta pro uerbiū parturiēt montes, nascetur ridiculus mus.

si tollas exclamations illas, quibus iam velut re dilucide probata, toties in totam baccharit Ecclesiam, & nondum collata manū, tanquā ferox victor insultat, nihil aliud restare videbis, quam nudum & miserum sophisma. Quid enim aliud dicit tanto verborum ambitu, quā missa est promissio, ergo nō potest esse opus? Quem non misereat hominis, si tam stupidus sit, vt ineptiam suam non sentiat: aut quis non indignetur, si sibi conscius, tam stupidus tamen omnes æstimet christianos, vt tam manifestas insanas nequeant deprehendere? Non contendam cum eo de testamento, & promissione, & tota illa definitione, & applicatione testamenti ad sacramētū. Non ero tam modestus ei, quam alios fortassis inueniet, si qui bonam ei partem istius fundamenti subruerint: qui & testamentum nouū dicant, promissionē esse legis euangelicæ, quæ a modo vetus fuit Mosaicæ: & testamentum istud negent à Luthero satis scite tractari: neque enim testatori nuncupādū esse nō inominatim, quid relinquat hæredi, quem exasse instituit: neque remissionē peccatorū, quā pro hæreditate nuncupatā Lutherus ait, idem esse quod regnum cælorū, sed viam potius ad cœlum.

Veniāmus ergo nūc ad præclaras istas Lutheri rationes, quibus probat, missam neque bonum opus esse, neque sacrificiū: Et tanquā præstaret, prius tractare de sacrificio, tamē, quoniam ille primam questionem fecit de opere, sequemur illum. Quum igitur ita colligit, missa est promissio, ergo non est bonum opus, quia nulla promissio est opus: dicemus missam, quā sacerdos celebrat, non verius esse promissionem, quam fuit consecratio Christi: & si mul quæremus ab eo, an aliquod opus tum fecerit Christus? quod si neget, mirabimur profecto, si quū is opus faciat, qui imaginē facit ex ligno, Christum nullū opus prorsus fecerit, quum carnem suam fecerit ex pane. Quod si vllum opus fecerit: quū id bonum fuerit nemo, opinor, dubitabit. Nam si bonum opus fecit mu-

Quomodo probet Lutherus non esse bonum opus.

fecit mulier, quæ caput eius perfudit vnguento, quis potest ambigere, an bonum opus fecerit Christus, quod corpus proprium, & in cibum exhiberet hominibus, & in sacrificiū offerret Deo? Quod si negari non potest, nisi ab eo, qui in re maxime serua, valde velit nugari, bonū opus fecisse Christū: nec istud etiā negari potest, in missa bonū opus facere sacerdotem: quippe qui non aliud faciat in missa, quā Christus in cœna fecit & cruce. Hoc enim declarant verba Christi: Hoc facite in meam cōmemorationem. Quibus verbis, quid aliud volebat, vt in missa representarent, ac facerent, quam quod ipse faciebat in cœna & cruce? Insistebat enim, & in inchoabat in cœna sacramentum, quod cruce perfecit.

N V N C relege quæso lector, Lutheri nugamenta. Vide, quanta cum fide recensent argumenta regis: quam pulchris rationibus occurrat. Quasi iste nobis nugas garrat. Rex ait Christum aliquod opus fecisse, dum suū corpus faceret ex pane, & patri offerret in cruce, nec oblituisse, quo minus fuerit opus, quantumcumque fuerit testamentum. Atq; ita breuiter, vno verbo demonstrat, & quam ineptum sophisma sit, Lutheri lemma illud insolubile: Hoc sacramentum est testamentum, ergo nō potest esse opus. Deinde rex ostendit, ac probat ex euangelio, idē facere sacerdotē in missa, quod Christus in cœna fecit, & cruce, in qua compleuit, quod inceperat in cœna: præsertim quū missa potius mortis memoria sit, quā cœnæ, secundum illud Pauli, quod rex etiā cōmemorat. Hæc quotiescunq; feceritis mortem domini annuntiabit. Quam obrem, quū Lutherus negare non possit, quin vere opus fuerit, quod à Christo factum est: quamquam maxime fuisse testamētū, nec aliud est, quod à sacerdote fit, quam quod factum est à Christo, nonne cogitur homo prudentissimus fateri, stultitissimam esse sophismatis sui sapientiam; qua velut irrefragabile, sic argutatur? Missa est testamentum, & promissio, ergo non potest esse opus. Sed hic manifeste se victum sentiens, mirabili profusus ingenio, reperit exitum, ne quod omnes videre videt, ipse fateri cogatur. Quia rex dicit eum, qui consecrat, aliquid facere: ibi deprehendit homo lynceus regem dicere, missam esse bonum opus, ratione operantis, non operis operati: Quasi, qui diceret aliquid quendam facere, is non diceret aliquid ab eodem fieri, aut quasi re nō essent idem, id quod aliquis facit, & quod ab eo faciente fit, etiam si aliter cōsideretur quatenus tale, aliter quatenus factum abs tali. Vt cautum esse oportet, cui cum homine tā acuto sit negotium. Nam si quis dicat has scalas esse sursum versus, ilico Lutherus iurabit, eum negasse easdem scalas, viam esse deorsum versus, quia sursum & deorsum sunt opposita. Sic disputant acuti dialectici. Nos homines simplices, & idiotæ, putamus eandem esse viam

& Athenis Thebas, & Thebis Athenas: & eandem missam putamus esse tam opus operatum quam opus operantis. Ceterum bonitatem eius & fructum, qui ex illo opere peruenit ad populum, peruenire cœlemus ratione operis operati non operis operantis, hoc est, quia ipsum tale est, nō quia talis operatus est.

S E D hic aliud etiam acumen repperit reuerēdus pater: quod si missa esset opus aliquo modo sacerdotis consecrantis, iam quum omnis missa sit opus bonum, malus sacerdos consecrare non possit, videlicet, quia malus non potest opus bonum facere. Et hoc argumentū illi videtur tam acutum, vt etiam eo mire gloriatur, atq; ita se iactet: Istud argumentum male vexabit assertorem sacramentorum. At ego potius suspicor, imo certo scio, talem argumentatorem male vexari à dæmonio, qui cum ita demorat, vt non sentiat, etiam quantumuis malum hominem, posse facere opus, aut natura bonum, aut moribus, aut alij vitæ & meritorium, etiamsi damnosum sibi. Nisi forte bonum opus non est elemosyna, aut fieri nō possit à malo. Aut si quis cum Luthero credat, baptismum bonum opus non esse, aut malum sacerdotem non conferre baptismum alteri. Sit illud acumen Lutheri. Nos homines rustici credimus, mi nostri maliciam Dei benignitatem non claudere: Sed sicut furium semen cum opere seminantis furis cooperatur Deus in frugem, sic in sacramentis, qualiscūq; sacerdos sit, cum eius opere cooperatur Deus opus bonū, & gratia definita perfectū. Quod insita bonitate, salutem sit illis, pro quibus fit, etiam si noceat illis, à quibus fit. Nam is, qui fecit, bonū opus male fecit, & temere tractado sacramentū, prodest alteri, licet noceat sibi.

Q V V M regis librum legissem, & Lutheri responsam simul: & quam potui, diligentissime considerassem: vehementer admiratus sum, quid sibi Lutherus vellet in illo, tam absurdo sophismate: tandem ceppi eundem locū ex eius Babylone pendere, ex quo fonte confusionis hic rivulus, inferni fluminis effusus est. Et ecce, quem admodum istuc nugatur in missa, sic ibi nugacissime nugatur, in opere: scilicet vt argutia duplici rem intricaret, & duplici stulticia sese inuolueret. Sic enim illic ascribit.

Nullus audeat tantum insanire, vt dicat bonum opus facere eum, qui pauper & indigens venit, accepturus de manu diuitis beneficium. At missa, vt dixi, beneficium est promissionis diuinae, per manum sacerdotum omnibus hominibus exhibitum.

E N rationem lector, missa non potest esse bonum opus, nempe quod in missa beneficium accipimus à Deo, non ei conferimus.

Q V E S O te lector, an tu hunc putas vel reminisci verborum suorum, vel sua interrim verba audire, dum loquitur? Nam si nihil esse potest bonum opus hominis, quo quis beneficium

Stultitia Lutheri gloriatio de nihilo.

Acumen Lutheri.

Opus esse bonū nō deterri à malo patratores.

Verba Lutheri, ex Babylone Capt.

nesciū accipit à Deo, nō præstat: quid illi necesse fuit, in cassam tot verba fundere, vt probaret, in quolibet opere bono esse peccatū? Quanto fuit ei facilius dicere, nullum est opus bonū? Nam id aperte nūc dicit, quū nullum esse dicat opus bonū, in quo quis accipit à Deo beneficium. Nam nec martyriū quidem, hoc pacto, bonū opus fuerit. Si quidē nec martyr quicquam in Deū confert, sed et accept ab illo. Quod enim beneficium Deo præstat martyr moriendo? An non ille quoque pauper & indigens venit accepturus de manu diuitis Dei beneficium? dū cū illo nummū exiguū æream, grandi permutat aureo, imo suum illi æream reddit, vt reportet aureum. Nam quam ab illo vitam commodato recepit miseram & momentaneā, eam illi reddit, vt beatam recipiat, eandemque nunquā finiendam. Ergo per te Lutheri, bonum opus non facit martyr dum vitā impedit pro fide. At Deus, quod rex obiecit tibi, Magdalenam pronunciat bonū opus facere, cuius opus, opinor, pro beneficio nō habuit, sed miseriam, quum omnia fecerimus, adhuc serui inuites sumus, quod enim de beuimus facere fecimus, nihil Deo damus, sed in omni opere bono, à Dei beneficentia recipimus. Quod, quū omnes fateantur, solus Lutherus asserit, nullum esse: quod qui facit, beneficium accipit à Deo, non præstat. Et istud asserit is, qui dicit iustus in omni opere bono peccare. Et sic homo sapiens, & nunquā sibi contrarius, asserit pariter istas duas conclusiones. Omne bonum opus hominis habet peccatū: & nullum est bonum opus hominis, quod possit habere peccatū.

H I C te quæso lector, vt relegas illa Lutheri verba magna, quibus regem ait ea cogitare de missa, quæ videlicet ipse, neque per se, neque per frenesim cogitare vnquam potuisset. Quam tam sibi gloriā his comparauit ampullis, quando nunc omnes aperte sentiant principē, & de missa & de bono opere loquuntur prudentissimē: quum interim de vtroque per suas febres, & freneses, talia nobis excogitauit Lutherus, vt nunquam cogitare vel ipsa febris tam febrilis, vel ipsa frenesis tam frenetica potuisset.

REFELLIT ILLAS INEPTISSIMAS argutias, quibus Lutherus conatur probare, missam non esse sacrificium.

C A P. X V I.

H O C igitur egregio triumpho, triumphat malorū operū patronus, aduersus opera bona: nunc videamus, quam strenue se gerat furiosus fraterculus, & sacrilegus sacrificulus, aduersus sacrosanctum sacrificiū. Quod quōtibi fiat lector dilucidius:

principis verba, quibus obblaterat nebuloso, proponemus. Ea igitur hunc in modū se habent.

S E D Lutherus satis sentit ipse, facile destrui, quicquid adstruxerat, si missa possit esse sacrificiū, aut oblatio, quæ offeratur Deo. Hic igitur obicē se pollicetur amotū: quod quod fidelius facere videatur & efficacius, obijci sibi ipse prius quædam, quæ sibi sentit ob stare: Iam & alterum (inquit) scandalum amouendum est, quod multo grandius est, & speciosissimum: id est, quod missa creditur passim esse sacrificiū, quod offertur Deo. In quam opinionem & verba canonis sonare videntur, vbi dicitur: Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia. Et infra. Hanc oblationem. Item clarissime postulat, vt acceptum sit sacrificiū, sicut sacrificium Abel, etc. Inde Christus hostia altaris dicitur. Accedunt his dicta sanctorū patrū, tot exempla, tantusq; vsus per orbem constat obseruatus.

A uidi lector, quas obices ipse sibi sentit obiectas, Audi nunc vicissim, quam Herculeis viribus aggreditur amouere: His omnibus, inquit, oportet constantissime opponere verbū & exemplum Christi. At quæ sunt igitur illa verba Christi, quæ tot olim sanctis patribus, ac toti Christi Ecclesie tot ignota seculis, velut nouus Esdras, nobis Lutherus inuenit? Hoc declarat ipse, quum dicit. Nisi enim, missam obtinuerimus esse promissionem, seu testamentum, vt verba clare sonant, totum euangelium, & vniuersum solacium amittimus. Verba nunc audiuimus, restat, vt videamus exemplum. Exemplum ergo subiungit. Christus (inquit) in cœna nouissima, quum institueret hoc sacramentum, & cōdidit testamentum, non obtulit ipsum Deo patri, aut vt opus bonum pro alijs perfecit, sed in mensa sedens, singulis idem testamentum proposuit, & signū exhibuit. Ista sunt ergo verba Christi: istud est exemplum: è quibus nunc demum Lutherus, vnus per spicue videt, missam nō esse sacrificium, nec oblationem. Mirum est igitur, ex tot sanctis patribus, ex tot oculis, quot in Ecclesia tam multis seculis, idem legerunt Euangelium, nullum fuisse vnquam tam perspicacem, vt rem tam apertam deprehenderet: imo omnes etiam nunc tam cecos esse, vt ne adhuc quidē queant, id quod cernere se Lutherus iactat, quamquā ipso monstrante, perspicere. An non Lutherus hallucinatur potius, & aliquid se videre putat, quod non videt: & digito conatur ostendere, quod nusquam est? Nam obsecro, qualis est ista probatio, quū docere nititur, missam non esse sacrificium, ex eo, quod sit promissio, quasi promissio & sacrificium ita sibi mutuo pugnent, quemadmodum frigus & calor? Quæ Lutheri ratio adeo profus friget, vt nec responso digna videatur. Nam legis Moisaicæ tā multa sacrificia, quæquā essent figuræ, omnia futurarum rerū tamen promissiones erāt & ipsa. Promittēbat enim eas;

Verba Regis quod missa nō sit sacrificium. Verba Lutheri.

Irridet Lutherus.

Lutherus notus Esdras: Verba Lutheri.

Argumentū Lutheri pro vt ipse putat Christi.

Respondetur argumēto Lutheri de sacrificio.

Ostenditur missa esse ex ipso verbis Christi.

Pauli de missa sententia.

Quæ acute scilicet Lutherus disserat.

Promissiones factas veteris testamenti. enim ea, propter quae fiebant, non modo futura quondam illa, quorum erant figurae, sed etiam liberationes, expiationes, purgationes, purificationes populi tunc praesentis, pro quo more solemniter quotannis offerebantur. Quae res, quum tam aperta sit, vt nemo prorsus eam possit ignorare, ridicula plane dissimulatio est ista Lutheri, quum nunc argumentetur, fieri id non posse, quod non ipse tantum, sed populus quoque nouit tam saepe factum.

AVDISTI lector verba regis: Audi nunc vicissim verba nebulonis, vt iudicare possis, quam scite seuretur fraterculus.

Verba Lutheri. Deinde, pro sacrificio missae defendendo, sic Thomisticatur. *Esto, inquit, missa sit promissio, non hinc sequitur, non esse simul sacrificium, quando in veteri lege erant sacrificia, quae simul erant promissiones.* Respondeo. Huius Thomisticae assertionis, debuit Rex vel vnum exemplum producere. Nunc vero pro more suo, satis esse putat, si tantum scribat in veteri lege sacrificia, quae simul erant promissiones. Respondeo. Huius Thomisticae assertionis, debuit Rex vel vnum exemplum producere. Nunc vero pro more suo, satis esse putat, si tantum scribat in veteri lege sacrificia, quae simul erant promissiones. Siquidem promissio est verbum, sacrificium est res, vt etiam pueri infantes intelligant, impossibile esse, vt promissio sacrificium, aut verbum res sit. Me miserum, qui cum talibus stultitiis monstris, tempus perdere cogor, nec dignus sum, vt ingenio aut eruditione praestantes mecum certent. Error itaque manifestus est, dicere in veteri lege fuisse sacrificia promissiones. Nisi rex asseritor, lubricitate Thomistica figurate voluerit loqui, quod sacrificia promittebant, id est, significabant futura in Christo. Verum, hoc non est asserere sacramenta, sed ludere & nugari verbis. Si quidem, hoc modo, promissio est signum, seu res, non verbum. At nos in missa potissimum, vocamus promissionem, ipsa scilicet verba Christi sine quibus, panis & vinum essent, neque signum, neque sacramentum, neque missa. Nam quod per sacrificia, in fide oblatum, promissiones impetrabantur, aliud est. Non enim hic, vel de fructu, vel significatione sacrificiorum disputamus, sed de ipsa substantia, vt sciamus, quid sit, & quid non sit sacrificium.

Verē istud ait, Lutheri, nō es dignus. Tu vere nugaris verbia.

Lutheri argutatio demissa & sacrificio.

NVN C expendit lector, quā belle rationes principis soluerit nebulō. Nam quū rex inter alias istius ineptias, hoc quoque miserabile sophisma, quo sic colligit. Missa est promissio, ergo nō potest esse sacrificiū: ex eo confutari, quod etiā veteris legis sacrificia sic erant promissiones, sicut argutatur Lutherus missam esse promissionem: recurrit nunc Lutherus, & negat sacrificia veteris legis, fuisse promissiones, nisi sophistice Missam vero nihil aliud esse omnino, nisi veram & meram promissionem. Quid facias lector isti stipiti, qui sic disputat, tanquā auditor es oēs, plane stipites essent. Solet ille vir, grauis ac feuerus, scholasticorum

argutias ridere, quū cogatur ipse sapissimē ad ineptissima sophismata confugere. Nam, quis nescit in sacrificijs Mosaiacae legis, manifestas fuisse promissiones Dei? Cuiusmodi est illud Leuitici, capite sexto. Pro peccato autem suo, offeret arietem immaculatum, de grege, & dabit eum sacerdoti, iuxta aestimationem, mensuramque delicti, qui rogabit pro eo coram Domino: & dimittet illi, pro singulis, quae faciendo peccauit. Vides hic lector tam manifestam esse promissionem, vt nusquam possit esse manifestior. At Lutherus fortasse dicit, in talibus remissionis indulgentiae per sacrificia promissiones esse, nō esse tamē promissiones ipsa sacrificia, sed missam nō habere promissionem adiunctā, sed ipsius missae substantialitatem, nihil aliud esse, quā meram promissionem, propterea quod missa sit testamentū, quod nihil est aliud (vt Lutherus ait) quam promissio hereditatis. Age igitur, accedamus propius vt videas lector, quā misero dedecoris sui conscientia, talia debileret nebulō. Consideremus illud sacrificium, quod isti ipsi sacrificio velut figuram quandam prauiam Paulus copulauit apostolus: Lecto, inquit, omni mandato legis à Mose, vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum, & hircorum, quā aqua, & lana coccinea, & hyssopo, ipsum, quōque, librum & omnē populum asperxit, dicens. Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad nos Deus. Quid dicitis nūc domine doctor, vbi est vocabulariū vestrum, quod scurrimini proponendum esse principi? Inspicite vocabularium sacrificij veteris, Inspicite vocabularium sacrificij noui. Nunquid in vtroque, vocabulario legis idē vocabulum? Nūquid sicut sanguis Christi vocatur in altero sanguis testamenti, sic vituli sanguis, sanguis testamenti vocatur in altero? An nō igitur (si quid habetis cerebri) facile videtis cōsequi: vt aut testamentū nō sit promissio (& tunc perierit vobis totū fundamentū, quod male collocastis, super testamentū, qui contēdatis idē esse prorsus adaequāte, missam & testamentū) aut, si testamentū sit promissio, tūc verū esse, quod vos negatis, nempe illud sacrificium fuisse promissionem. Et sic domine doctor, ego docui vos tam plane, quam pueros docere solent pedagogi, quod sacrificia veteris legis, fuerunt promissiones, non solum eodem modo, quo vos dicitis missam esse promissionem, in lege noua, sed eodem etiā verbo quantumuis acute disputetis, sacrificium esse rem, & promissionem esse verbum: & sic videtis nūc, quā pulchre vobis procedat vester vocabularius. Nec tamen haec eo dico, quod aut ibi contēdam in Exodo, aut hic tibi aenē in Euangelio, testamentum esse meram promissionem: quippe qui plane videam, id verū esse, quod Rex obiter tibi tribus verbis ostendit, merum est commentum, quod tu affers de testamento: quod reuera & illic legem veterē, & hic significat nouā, iuxta illud propheticum,

Paulus Apostolus.

Capē tu i. luthere vocabulariū tuū

Verba Lutheri.

Et iure optimo miratur.

ticum, quod Apostolus commemorat. Ecce dies veniet, dicit dominus, & consummabo super domum israel, & super domum iuda, testamentum nouum, non secundum testamentum, quod feci patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit dominus. Quia hoc est testamentū, quod disponam domui israel, post dies illos dicit dominus, dando leges meas, in mētē eorum & in corda eorum superferbam eas, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum, quoniam omnes scient me à minore vsque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autē antiquatur & senescit, prope interitū est.

QVID hic dicit Apostolus esse testamētū veterē: quid hic appellat nouū: an nō legem veterē, & legē nouam? idque tam aperte multis modis enuncians, vt nullū habeas tergiversandi locum, aut vanissimum commentū tuū tuendi: quod nulla neque ratione, neque scriptura fretus, mero arbitrio tuo statuis stolide, & velut pro imperio iubes orbem credere. Quamobre (vt dixi) nō haec eo protuli, quod in Exodo contēdam, testamētū verbum significare promissionem: sed & ex alijs sacrificijs ostenditur promissionem, nec obtare, nec repugnare sacrificio: quemadmodum ipse blaterasti, & ex illo probaui, quod satis est aduersus, si testamentum foret mera promissio, sicut tu contēdis, tunc aliquod saltem sacrificium fuisse promissionem in lege Mosaiacā, quod tu homo absurdissimus, & absurdū esse iactas & impossibile.

Miratur etiam dominus Henricus, quales nam ego concionatores audiverim, quod scripserim, nihil esse in concionibus de promissionibus bis vnquam dictum, ipse vero ad tedium vsque audivit de testamento, de promissionibus, de rebus, etc. Respondeo. Et ego miror, regis esse tam rude caput, & tantam amentiam, qui tam insignes conciones audivit, & adeo nihil didicerit, neque intellexerit verbū Dei, nostrum opus aut sacrificium esse non posse, quā contrarium sine fine blaterat.

MIRATUR dominus Henricus, Lutheri caput tam stolide gloriosum effert, vt ex fece tritium & rancidarum cocio, quā, dogma ipsum tam insanum haulerit, quod velut nouum & inauditum prius, toti propinaret orbī, quom hoc dumtaxat habeat noui, quod idem stultius tractatur ab illo, quā quicumque ante tractauit. Nec pudet eum, iam toties victum atque reuictum turpiter, summo cui probro suo, stolide nugari rursus illo despuendo sophismate.

Si enim vlla scintilla rationis humana in eo videret, vitis negare non posset signum Dei, opus Dei esse erga nos. Sic sacrificium, & promissiones Dei esse verbum Dei, non opus nostrum.

IMO si in Luthero vigeret vlla scintilla rationis humanae, nunquam secū pollet in tā paucis verbis, tā infane pugnare. Nunquid hic dicit manifeste nobis, tam sacrificiū quā promissiones esse verbum Dei: atque vsque adeo confirmat istud, vt eum censeat, ne scintillā quidem humanae rationis habere, quisquis id negare fuerit ausus? Nullam ergo scintillā rationis humanae prorsus habet Lutherus. Nā id ipsum in eadem pagina, prorsus negauit. Ideo enim negauit sacrificium posse promissionem esse, quia omnis promissio verbum sit, & omne sacrificium res, atque ob id verbum esse non possit, quum nulla res verbum sit. Verum ne fingere possit, me per calumniā sua verba deprauare pro meo commodo, sua illi verba licet tam nuper dicta, quoniam illum oblitum esse video, non grauaor commemo rare denuo.

Tam stolido asseritori (vt video) proponendus est aliquis vocabularius, quo disceret primum, quid significat tam sacrificium, quā promissio. Siquidem, promissio est verbum, sacrificium est res, vt etiā pueri infantes intelligant impossibile esse vt promissio sacrificium, aut verbum res sit. Me miserum, qui cum talibus stultitiis monstris, tempus perdere cogor, nec dignus sum, vt ingenio aut eruditione praestantes mecum certent.

EN hominem lector dignum, qui cū Minerva disputet: quem miserandum sit, ita cogi tempus cum stultis perdere, quum sit ipse tam sapiens, vt in vno versu stolidos clamet esse, qui sacrificiū putent verbum esse, aut esse verbum posse, quum sit res: & post in proximo ferē versu contra clamet, stolidos esse, nec vllam scintillam humanae rationis habere, qui negarent sacrificium esse verbum. An non isti sacramentorum impugnatoti, foret opus nō vocabulario, sed cauterio, quo tam stolidae frontis, ad perpetuam rei memoriae, stultitiæ nota inureretur.

Deinde Rex iste mendacij, qui hoc loco scribit sese vsque ad tedium audisse de testamento & promissionibus eiusmodi, postea de Sacramento ordinis garrat, in tota caena Christi nullam esse promissionem, non modo sibi ipsi turpissime contra dicens, sed impudenti mendacio in cenam domini insatiens. Sic praecipit Papistas furor, & amentia, vt prorsus nihil videant, quid dicant, aut contra quid statuunt.

Male habet Lutherū, quod ei tam praecleari inuenti gloriā fratres interciperent: nō potest adhuc concoquere, quod rex eadē prius audivit ab alijs, eiusdem farinae fraterculus: id, inquam, Lutherus ferre non potest. Nam, qui

Verba Lutheri. Vide quā hac contentiant superiori bus.

Verba Lutheri.

Verba Lutheri.

Luther nugas suas alij inuidet nugatoribus.

volet ingenio cedere, rarus erit: sed clamat regem esse mendacem: certe si me audiret princeps, potius quam Lutherum habeat inimicum, totam tam stulti inuenti laudem solidam reddet Luthero. Sed addit tam iratus, vt sese loquentem non audiat, regem qui se mentitur tantum audisse de testamentis & promissionibus, postea garrire in tota cena Christi, nullam esse promissionem, atq; ira & sibi contradicere, & in cenam domini insanire. Primum lector, expende mirabilem reuerendi patris prudentiam, qui ex eo quod rex ait, se plus milles audisse fraterculos aliquot indoctos, ea praedicasse stolidae, quae nunc Lutherus iactat, sese primum sapienter inuenisse, colligit regem sibi contradicere, si dicat vtrosque, nugari, & illos stultos & hunc stultiorum esse: hanc videlicet vocat reuerendus pater potator repugnantiam. Reuerendus pater impudenter mentitur, quod dicit regem dicere, nullam esse promissionem in cena dominica. Nam id non dicit, quippe qui fateatur esse promissionem, sed non eius generis promissionem, quae iuuet Lutheri causam. Neque enim vllam illic promissionem esse factam cuiquam, propter sacramenti receptionem, quod Christus instituit in cena, sed per sanguinis effusionem, quem Christus effudit in cruce. Quod, quo videas lector apertius, audi rursus verba principis.

Quid Luthero sit sibi quae contradicere

Verba Regis

SE D tangemus tamen Lutherum aliquanto propius. Eucharistiam concedit esse sacramentum, quod nisi fateretur, insaniret. At vbi reperit in scriptura, promissam in illo sacramento gratiam? Nam ille nihil recipit, nisi scripturas, & easdem claras. Legatur locus de cena dominica: non reperiet apud vllum Euangelistarum, in susceptione sacramenti promissam gratiam. Legitur a Christo dictum. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Quibus verbis significauit, semet in cruce per passionem redempturum genus humanum. Sed quod dixit ante: Hoc facite in meam commemorationem, nullam hoc facienti, id est sacerdoti consecranti, aut eucharistiam recipienti, gratiam ibi promittit, nullam peccatorum remissionem. At nec apostolus in epistola ad Corinthios, quum intermineretur male manducantibus iudicium, vllam mentionem facit de gratia bene manducantium. Quod si quid ex capite sexto Ioannis, gratiam promittat suscipienti sacramentum carnis & sanguinis domini, ne id quidem quicquam iuuare Lutherum potest quippe qui totum illud caput neget, ad Eucharistiam quicquam pertinere. Videtis ergo, vt istam promissionem gratiae, quam pro totius sacramenti fundamento, magnifice nobis in toto promissit opere, non potest in eo rueri sacramento, quod fere solum relinquit, nisi quod necesse habet, praeter scripturae verba, recurrat ad ecclesiae fidem.

Luther non potest tueri sua sententiam.

NUNC videtis lector, huius reuerendi patris impudentem calumniam, & non minoram stultitiam. Nam id imputat regi, quod nusquam dicit: ad id vero, quod dicit, Lutherus nihil contradicit, quum tamen sit eiusmodi, vt totum Lutheri fundamentum subruat: illud in qua fundamentum, quod habet pro firmissimo, nempe nihil credendum esse necessarium, nisi probetur euidenter scripturis: Princeps locum explicuit, ac fecit planum, quod dixit, nempe Lutherum non posse, ex illo loco probare euidenti scriptura, illud sacramentum habere promissionem gratiae, quum euangelium ibi non dicat: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui bibetur in remissionem peccatorum, sed qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. At quid respondet ad haec tam aperta Lutherus? Certe nihil aliud, nisi, tu mentiris. Nam hoc illi frequens est, quum ipse mentitur. Quamobrem, non alio opus est responso, quam vt idem ei totidem verbis respondeat Echo.

Lutheri responsio.

Audet etiam asserere, manifestum esse, fieri a sacerdotibus, non modo id, quod Christus in cena, sed quod & in cruce fecit. Respondeo. Quomodo hoc Dominus Henricus tantum dicit, & non probat, Dico ego contra, manifestum esse, sacerdotibus in missa id omittit, quod Christus in cena fecit, & id facere, quod iudas fecerit in cruce Christo. Nec ideo hoc solum, sed probo quoque. Nam qui verbum Dei peruerit & extinguit, is vere crucifigit solum Dei, id quod faciunt omnes, qui ex promissione opus faciunt, quum hoc vere sit veritatem Dei mutare in mendacium.

Verba Lutheri.

Nunc domine ego dico, tu mentiris.

Ait regem istud dicere, & non probare: sed interim illa disimulat omnia, quibus id rex probauit. Tacet illud Apostoli: quod testamentum mortis testatoris inuoluit. Tacet & illud eiusdem: Quotiescunq; manducaueritis corpus domini, & sanguinem eius biberitis, mortem domini annuntiabitis, quae in cruce perfecta est, non in cena. Mors ergo pertinet ad illud sacramentum, per quam se Christus obtulit. Item illud tacet, quod rex docuit, a spiritu sancto ideo Ecclesiam docentem infundere aquam in vinum, quia aqua cum sanguine fluxit a latere Christi, morientis in cruce. Haec omnia disimulans, censet se egregie oculos omnium festiua illa pertrinxisse blasphemia, qua sacerdotes omnes ait, iterum crucifigere Christum, quicunque missam dicunt esse bonum opus, aut sacrificium. At quum satis constet, id nunc facere totam ecclesiam Christi: quum constet id fecisse totam ecclesiam totaetibus: quum illas ipsas missas quas celebrasse feruntur, & beatus Clemens, & apostolus Iacobus, oblationem appellent & sacrificium: nec vllum vnquam canonem quicquam legit, tam vetustum, in quo venerandum illud sacramentum non sit appellatum sacrificium. Quis est vsquam tam tepide Christia-

Cur in missa aqua vino miscetur.

Christianus, qui ferre possit in tot millia sanctorum, qui vsi sunt illo canone, per quem sacramentum corporis & sanguinis dominici offerretur in sacrificium, istum tam scurrili petulantia scurrantem scurrant, vt eos dicat cum Iudeis rursus Christum crucifigere, quorum plerumque pro Christo, sanguinem suum non dubitarunt effundere, pro quo Lutherus, nisi talis esset nebulo qui graueretur effundere vnum scyphum ceruisiae, nunquam posset in animum inducere, vt tam stolidam scurrilitate baccharetur in sanctos, & in sanctorum blasphemis blasphemaret Deum.

Blasphemia scurrilitas Lutheri.

Verba Lutheri.

Post haec vrget me canone illo missae, in quo missa sacrificium nominatur, cuius autoritate ideo me vult teneri, quod eius verbis vsus sum. Nam ista verba, Quotiescunq; feceritis, etc. non in euangelio reperiri scyphum ceruisiae, sed ista, Hoc facite, in Paulo vero esse alia. Hic vide infelicem Satanam, vt reptat, vt captat, vt quaritat effugiat, sed frustra, non effugiet. Canonem ego reieci, & reiecio, quod prorsus aperte contra Euangelion, vocat sacrificia, quae sunt signa Dei, promissionibus adiecta, nobis oblata, & nobis recipienda, non offerenda. Nam quod rex dicit in Euangelio non esse ista verba, Quotiescunq; feceritis, qui puer non videt, grammaticam asserenti tanto deesse quasi vero necesse fuerit euangelistas, per omnes syllabas concordare, & formam illam sacramenti statuere, quam nobis papistae sic immutabilem & necessariam statuerunt, vt peccati mortalis reum faciant, & inferno tradant, qui dictum illam illam enim, omiserit, scilicet Rhadamanti & Aecilli, liberrimarum conscientiarum carnifices, sic delirant. Igitur testibus grammaticis, & communi omnium sensu, dico, idem esse, quod euangelistae de cena dicunt, quantumuis patris verbis variant, idemque esse. Hoc facite, quod quotiescunq; feceritis, Causaeque credo spiritum sanctum singulari consilio, vt Euangelistae eandem rem paulo aliter scriberent, & peccarent peccatum illud irremissibile in formam sacramenti papisticam, quo nos a futura superstitione & tyrannide impiorum hominum tutos redderet. Neque enim minus vere consecraret, qui forma Lucae Marci, Matthaei, Pauli vteretur, quam qui canonis istius impij & falsi vtiur.

Hi te delirum vel potius furiosum reddunt.

Perpetuus Lutheri.

VERE vrget te canon missae, quae tu vno loco probasti, & vsus es pro te: sed hoc nihil est contra te, qui nihil censeas esse stultius, quam vt quicquam exigit abs te, vt verbis tuis debeas stare, cui perpetuus mos est, quicquid dixeris, quod libet, rursus in dictum dicere, sed miror, quid hic loci fuerit tibi garriendi, de Euangelistarum concordia, quae rex eos negasset diuersis verbis idem dicere, aut quasi quicquam euangelistarum haec beat ea verba, quae tu ad confirmanda tua sumpsisti, de tibi toties improbo canone. Anita nugando sperasti fucum te facturum lectoribus, ne

sentire possent, quam belle respondere? Nam te festiue putas in regem ludere, cui grammaticam deesse, quolibet ais puerum videre: deinde tu tantum grammaticus citatis in testimonium grammaticis omnibus, & communi omnium sensu, dicit idem esse, Hoc facite, quod hoc facite, quotiescunq; feceritis. Si tantum disputasses illo loco, sic sensisse Christum, & aliqua loquuntur alia, tali genere locutionis, ad quae propositum ei non erat quatenus obligare, potuisset res vtique tolerari. Nunc vero, quum dicit ex grammatica, & communi hominum sensu, idem esse, hoc facite, quod hoc facite, quotiescunq; feceritis, ego neminem esse puerum putum tam rudem grammaticae, qui non rideat tuam grammaticam, & tibi censeat neque communi hominum sensus, neque peculiaris, quicquam esse, sed magis peccatum quam sit in vlla pecude, per quem doceamur ex grammatica, & communi sensu sic perpetuo scripturas intelligere: Hoc facite, quotiescunq; feceritis, Eleemosynam date, quotiescunq; dederitis. Ieiunate quotiescunq; ieiunaueritis: & ad eundem nimirum modum deducet: ne futurum facias, quotiescunq; non feceris: Deum diligite, quotiescunq; dilexeritis: & non moechaberis, quotiescunq; non moechatus fueris: & caetera simili ratione, & haec est regula reuerendi patris intelligendi scripturas, & ex grammatica, & sensu communi, per quam possit effugere, ne quis probare possit euidenter scripturis, aut vlla virtute precepta esse, aut vitium vllum prohibitum: & tunc facilius poterit sustinere, quod bona opera nihil profunt, nec mala nocent, sed sola fides sufficit ad salutem non ex promissione Christi, sed ex promissione Lutheri.

Lutheri cano ad interpretatum scripturas

REFELLIT ILLVD ABSVRDISSIMUM Lutheri sophisma, quo sic arguitur, Sacerdos in missa recipit Eucharistiam, ergo non potest offerre.

CAP. XVII.

VBI vero ego scripsissem, sacrificium & missam pugnare, cum sacrificium offeratur, missa vero recipiatur, hic audet audax dominus Henricus Lutherus ad Bibliam prouocare, dicens: Vbi est in veteri lege vsipiam, vllum sacrificium, quod non simul offeratur, & recipiatur? Plane hic Lutheri iactat summum argumentum corruere, securusq; triumphat gloriose assertor. Respondeo. Non est hoc meum summum argumentum, sed illud, quod supra dominus Henricus pro Thomistica benignitate mihi donauit: scilicet missam esse testamentum & promissionem, hoc inquam, capitale meum argumentum est. Tamen vt triumphatori aliquid suggeram, si dominus Henricus solum Bibliam semel aperuisset, & inspexisset, imo si meminisset Psalmi quinquagesimi, quae puer olim legis

Et hoc est bi non dedit rex, factis intelligit.

(si Christianus est) non iactasset triumphum tam Thomisticum. Siquidem illic legisset holocaustum, quo nullum celeberrimum & maius sacrificium est in lege. Hoc certe totum soli Deo offerebatur, nihil ex eo recipiebatur.

HIC saltem sentiens Lutherus, infirmam esse istam aciem, quam rectissime potest, dat signum receptui, & ait istud non fuisse fortissimum fundamentum suum, sed illud potius, quod missa sit testamentum, quod ait regē illi pro Thomistica ciuilitate donasse, sed quod omnes vident prius confutatum esse, quā donatū: post ita donatum, vt quo magis id Luthero donauerit, eo stultiorē Lutherū probauerit, qui stolide sibi fundamentum sumperit, quod ei donari sine vllō incommodo potuerit, donatū nihil ei profusus profuerit. Et tamen adhuc tam stupidus est, vt id non sentiat, sed ita nitatur illius argumenti validissimo robore, vt iā istud, quod idē non possit offerri, quod recipitur, habeat propemodum pro derelicto: nec tamen video, cur alterū sit altero firmitus. Nā hęc duo, missa est promissio: ergo non potest esse opus: & sacramentum recipitur, ergo non offertur, sunt perquā similia sophismata, velut eiusdem mali corū mala oua. Verum fugiens velletur tamen, ne se fugere fateatur. Nam quum sic fuisset argutus in Babylonica, Sacramentum altaris recipitur à sacerdote, ergo non offertur Deo: nam idem & recipi & offerri non potest: princeps admiratus sophisticationem, quærīt, an non omnia sacrificia in lege Moisaica, & offerebantur, & tamen recipiebantur ac manducabatur. Hic mirifice videtur sibi respondere Lutherus, quōd profert vnum sacrificium, quod totum incendebatur: quasi satis esset ipsi, aliquod vnum tale reperiri, ac non potius satis esset regi aduersus Lutheri sophisticationem, vel aliquod vnum fuisse sacrificium, quod & offerebatur & manducabatur. Verum Lutherus, ægregie videlicet tetigit regem: quia rex de omnibus dixit, quum iste doceat excipiendum vnum. Tanquam si rex ita quæsisset: quis tam impius est, vt neget sacrosanctū sacramentū, à sacerdotibus oblatū, prodesse populo? Quis tam absurdus hæreticus, vt putet solam fidem sufficere, & opera bona non exigī? Quis tam stolidus est, vt censeat populū christianum nullis obligari legibus? & mille quæstiones huiusmodi: Proflitat ilico Lutherus, ac suo more, sic derideat principem. Quā obliuiosus est iste rex, qui tam impium & stolidū asserit esse neminem, vt dicat talia? Ergo vt huic assertori suggeram: si dominus Henricus solum semel aperuisset, & inspexisset libellos meos, non tam fortiter asseruisset, neminem esse tam impium, neminem esse tam hæreticum, neminem esse tam stolidum, siquidē illic, tam impium ac stolidū hæreticū facile vidisset me.

NESCIO quid hic pro se reperiat rex:

ego certe nihil reperio, sed fateri cogor hæc parte planè sane victū esse. Nec enim mihi hoc desumpsit, vt si quid parū caute scriptū sit à rege, defendere: aut per calūniā vellicē, si quid forte veri dicat Lutherus. Imo cupio potius, vt vterque quicquid errarit, emendet. Igitur, quemadmodum Luthero suaferim, vt tā multas, tam stultas, impie suscitatas hæreses, reuocet, atq; recatet, ita plane regi consulerim, vt impotterum calamo temperet, ac scribat circumspēctius, & quoties dicit, nullum sacrificium fuisse oblatum olim, quin idem manducaretur, excipiat holocaustum: Si neget quenquam quicquam creare posse de nihilo, semper excipiat Deum. Si neget vllam virginem esse quæ peperit, excipiat tamen Mariam. Si neget quenquam esse tam impium, aut stolidum, vt hoc aut illud asserat, immanis absurditatis hæreticū, meminerit in talibus, excipere semper Lutherum.

Quin si rex meus paululū haberet humani sensus, verterem triumphī quæstionem in eum, & dicerem. Vbi est in lege vllum sacrificium, quod recipiebatur, & non penitus totum offerebatur? An mihi sacrificium hic faciet, armos, pectuscula, & alia quæ in vsum sacerdotū cedebantur? Aut offerre, rex illi, for equiuocus denuo vocabit, quod per populum & sacerdotes ex agris offerebatur, & applicabatur corā domino: scilicet id est offerre & asserre apud dominum Henricum. Verum quid hoc ad me, quid nugigerulus fingat? Mihi satis est, in lege, quicquid offerebatur Deo, totum incendebatur. Quod autem non incendebatur, sed partim sacerdoti, partim populo tribuebatur, non offerebatur, sed de oblatis separabatur & edebatur. Verum quid ista sacra cum prophanis? Igitur in calice meretricis Babylonica nullum est sacrificium, quod solum offertur, illa enim sunt Biblia nostri domini Henrici, Biblia nostra referta sunt talibus sacrificijs.

HIC sibi videtur acutus, & mirū se reperisse putat effugiū, dum distinguit inter asserre & offerre: atq; id solū disputat esse sacrificium quod incenditur domino: cetera vero, quibus vel sacerdos vescitur, vel hi, pro quibus offertur, negat esse sacrificium: hic regnat, hic ridet, hic subannat papistas, & velut prophanos, arceat ab his tam sacris distinctionibus, quibus distinguit argute inter asserre & offerre. Sed interea miror istum reuerendum fratrem, qui miratur esse quenquam, qui illum prouocet ad Biblia, non tenere memoria caput secundum Levitici, vbi ita legimus, Anima quā obtulerit oblationē sacrificij domino, similia erit eius oblatio. Fundetq; super eum oleū, & ponet thus, ac deferat ad filios Aarō sacerdotis. Quorū vnus tollet pugillū plenū similia & olei, ac totū thus, & ponet memoria le super altare, in odore suauissimū domino. Quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron

Candidū aut horis institutū

Verba Lutheri.

Hic vos videmini non satis tenere vestra Biblia.

Hic pater totum offerretur? erit Aarō & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini. Quum autem obruleris sacrificium coctum in clybano de similia, panes scilicet absq; fermento conspersos oleo, & lagana azima oleo lita, si oblatio tua fuerit de fartagine similia conspersa oleo, & absque fermento, diuides eam minutatim, & fundes super eam oleum. Si autem de craticula fuerit sacrificium, æque similia oleo conspergetur, quam offerens domino, trades in manibus sacerdotis. Qui cum obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare, in odorem suauitatis domino. Quicquid autem reliquum est, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorū de oblationibus domini. Omnis oblatio, quæ offertur domino, absque fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebit in sacrificio domini. Primitias tantum eorum offeretis ac munera: super altare verò non imponentur in odorem suauitatis. Quicquid obruleris sacrificij, sale condies: nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal.

AN NON hic reuerende pater, manifeste dicit scriptura, id quod cedit in partem sacerdotum, primum fuisse partem oblationis sacrificij? deinde idem vocat reliquum de sacrificio: quod, quid aliud est, quàm eam partem sacrificij, quæ superest? quod etiam appellat sanctum sanctorum de oblationibus domini. An ideo vocat sanctū sanctorum de oblationibus domini, quia (secundum præclaram rationem paternitatis vestre) nunquam fuit oblata domino? An paternitas vestra sic intelligit sanctum sanctorū de oblationibus domini, id est, sic separatū ab oblationibus domini, vt nunquam fuerit pars illius oblationis, quæ tota fuit oblatio domini? Paternitas vestra sæpe iactat grāmaticam suam, sed si hæc sit grāmatica vestra, tunc si vultis dicere, quod non estis asinus, vos habetis necessario concedere, quod estis de asinis, id est, per grāmaticam vestram separatus ab asinis, sed per cæterorū omnium, id est, vnus ex asinis: & hic sensus est communior, & verior. Id ipsum etiam ostendit, quod ita legitur in eiusdem capituli fine. Sin autem obtuleris munus primitiarum frugū tuarum domino, de spicis adhuc virētib; torrebis eas igni & confringes in morem farris, & sic offeres primitias tuas domino, fundēs super eas oleum & thus imponentis, quia oblatio domini est, de qua adolebit sacerdos, in memoria muneri, partem farris fracti, & olei, ac totū thus. In his verbis videtis pater, quā manifestè scriptura dicit, totum esse oblationem domini: quanquam in eam partem duntaxat adolebit sacerdos. Quid illud? Reliquum autem partem similia, comedit Aaron cum filiis suis absque fermento. Ideo non fermentabitur, quia pars eius in domino offertur incensum. At quare non possit fermentari, postquam illa pars separata est, & incensa, nisi quia id quoque, quod reli-

quum est, & non adolebit in incensum, tamen offertur domino. Nā & ante fuit præceptum, quod omnis oblatio, quæ offertur domino, absque fermento fiet. Manifestum est ergo, hanc quoque partem, quæ non incenditur, sed manducatur à sacerdotibus, oblationem esse, quæ offertur domino. Et quæ ob causam, illam quoque partem manducare iubentur, absque fermento, quam alioqui possent fermentare, si sacrificium non esset, sed quod tu dicis separatam. Vis adhuc Luthere locū apertissimum? Ista est inquit, lex hostiæ pro peccato. In loco vbi offertur, holocaustū immolabitur coram domino, sanctū sanctorū est. sacerdos, qui offert eam, comedit eam: & rursus, sicut pro peccato offertur hostia, ita pro delicto, virtusque hostiæ lex erit vna. Ad sacerdotem, qui eā obtulerit, pertinebit. Et iterū: Omne sacrificium similia, quod coquitur in clybano, & quicquid in craticula, vel in fartagine præparatur eius erit sacerdotis, à quo offertur. Hic vides, etiam si pars duntaxat incenditur, tamen ita scriptura testatur, quod totum offertur, & quod à sacerdote manducandum est, ab eo manducari debet, à quo offertur. Et huius rei testimonij, tam plena est scriptura sacra, vt penè pudeat ista proponere, tanquam res egeret probatione, & tamen admiror, si deessent cætera. Quid dicit vestra fraternitas ad illud sacrificium, de quo scribitur Exodi capite 12. in quo agnus immaculatus masculus immolabatur totus, & totus manducabatur, & dominus doctor Lutherus, docet nos nullum sacrificium manducari solitum apud Iudæos, quia non est idem offerre & asserre. Et hæc est illa sacrosancta sapientia, quā non possumus capere, nos qui sumus hebetes & prophani papistæ, quam suos docet perfectos acutiisti & sacrosanctū potitæ.

Hic Lutherus videtur non tenere cōsequētiā tuā, recipitur ergo non offertur.

Redarguit ridiculam arrogantiam Lutheri, qui ridentulum putet, obijci aduersus se auctoritatem omnium sanctorum patrum.

CAP. XVIII.

Vltimo dicta patrum inducit pro sacrificio missario statuendo, & ridet meam stultitiam, qui solus velim sapere præ omnibus, quod sit stultissimum, etc. Hic dico confirmari hoc nomine meam sententiam, nam hoc est, quod dixi. Thomisticos asinos nihil habere, quod producant, nisi multitudinem hominum, & antiquum vsum. Deinde ad proferentem scripturas dicere. Tu es stultissimus omnium. Tu ne solus sapias? Tunc oportet sic esse. Mihi autem stultissimo omnium hoc satis est, quod sapientissimus Henricus nullam scripturam contra me potest producere, nec productas contra se diluere. Deinde cogitur concedere suos patres sepius errasse, suum antiquum vsum non facere articulum fidei, in quos fidere non licet, nisi Ecclesie illi

Quin & arrogantisimum omnium & gloriā audissimus.

Lutherū ipsum iam peno dum suis distendere dictis.

Quā pulchre Lutherus tagat regē scilicet.

rediturum se, postquā euerterit biblion: neq; magni operis fore, reliqua sex expugnare Sacramenta, victori tanto, qui in eo, quod primū oppugnauit, operam luserit, & reiectus cū dedecore victus turpissimè fufus fugatusque decesserit.

Verba Lutheri.

Nihil proferunt responsione dignum per tota sex sacramenta, prater illud vnum, quod de sacramento Ordinis adducit Paulum, scilicet ad Titum, iubentem, vt per Ecclesias ordinet presbyteros. Hoc loco enim vult institutum Ordinis sacramentum.

Hoc erat facilius quā cōfutare ca.

NVNC doctor Luderus non habet ociū ludendi, currit enim celeriter amissis copijs, & insequentes timens, trepidus, velut canis, è Nilo bibit & fugit. Reliqua praterit omnia, velut contemptim, quæ tu quum ex ipso regis libello legeris, videbis facile, cur prætereat. Inrerim arripit illud Apostoli ad Titum. Nam regem sentire dicit, quod ibi sacramentum Ordinis fuit institutum.

Nō cōfiderat Luther que loquitur

HIC tuam lector imploro fidem, aduersus istius nebulonis stolidissimam perfidiam. Quoties quā aperte dicit, & inculcat rex, imo quoties quā aperte probat, nullum sacramentum aut institutum esse, aut institui posse nisi à Deo: quam euidenter id ipsum iterum atque iterum nominatim repetit in sacramento Ordinis? & nunc ait iste nebulō stolidissimus regem dicere, sacramentum Ordinis institutum esse ab Apostolo. At in sacramento Vnctionis extremæ, quum iste scurra blasphemus aduersus Apostolum Iacobum, diceret se non crediturum Apostolo de sacramento Vnctionis extremæ, quippe qui non haberet ius instituedi sacramenti, hoc est promittendæ gratiam cū signo visibili, Rex ita respondet, à Apostolū tradidisse populo, quod ipse acceperat à Christo. Sicut & apostolus Paulus tradidit Corinthijs, quod acceperat à Christo. Neutrum dicit instituisse. Quod si rex dixisset, id quod iste mentitur ab eo dictum, nempe quod sacramentum Ordinis institutum fuit à Paulo, quare nō hic rursus idem elatrauit in Paulum: quod illic rabidus elatrauit in Iacobum, se non crediturum Paulo, de sacramento Ordinis, etiam si esset Apostolus? Nam nullum Apostolum habere potestatem condendi sacramentum, id est promittendi gratiam cum signo visibili. Cur hic dissimulat istud nebulō, si Rex illud scripsit, quum illic se cohibere non potuit à blasphemia, vbi scripsit aduersus alios, quorū nescio, an id quifquam scripserit? Quomodo potuit Rex sentire, sacramentum ordinis institutum ab apostolo, quum toties aperte dicat, apostolus institutos esse sacerdotes à Christo? & tamen hoc eum dicere dicit pater Luderus qui toties mentitur se nunquam mentiri. Nūc vides lector solers stratagemam fugientis Luderij, quo fumum offundat, qui fugam tegat.

Vides lector hic quā nihil pro se nō dicat Luther?

Lutheri tergiversatio. Verba Lutheri.

Sed non videt Larua Thomistica, quid vel ego dicam

dicam, vel ipse met respondet. Ego ordinem negaui sacramentum esse, id est promissionem & signum gratiæ adiectum, quale est baptisimus & panis, non negaui, imo asserui esse vocationem et institutionem ministrj & concionatoris, siue hoc fiat auctoritate vnius Apostoli, vel pontificis sola, vel populi eligentis & consentientis simul, nihil refert. Quamquam rectius fiat populo eligente & consentiente, quomodo Apostoli Actuum 6. septem dracones insituerunt. Nam vt Paulus Titum iubet presbyteros ordinare, non tamen sequitur, solum Titum sua auctoritate id fecisse, sed exemplo apostolorum, per suffragia populi eos instituisse, alioqui pugnauit verba Pauli cum exemplo apostolorum. Quæ vero de impositione manuum ad Ordinis sacramentum trahit, vident pueri nihil ad Ordinis sacramentum pertinere, sed more suo papistico, sic & scripturis facta quodcumq; visum fuerit. Impositio manuum tunc erat donatio visibilis spiritus sancti.

Imo tu hic mos est, torquere scripturā quod lubet.

Vere nō vides larua Ludere, quid vel dicas ipse vel respōdeat princeps: neq; enim rex probauit tibi sacramentū Ordinis, esse tātum vocationem & institutionem ministrj, & cōcionatoris, sed tam vere sacramentum esse quam baptisimus est, aut Eucharistia, idq; secundum tuam ipsius finitionem, hoc est vere conferre gratiam, cum signo sensibili. Sed neq; tu Ludere dixisti simpliciter promissionem gratiæ, cum adiecto signo sensibili sacramentum esse sicut nūc te videri vis dixisse. Imo negasti plane promissionē vllam gratiæ factam à Christo cum adiecto visibili signo, sacramentum esse, nisi eadem promissio cum suo signo comprehensa legatur euidente scriptura. Hac in re tibi restitit rex. Hac in re te mentitum probauit euidente scriptura. Nam & omnia probauit à Christo instituta, verbo & facto, prorsus absq; scriptura: nec omnia, quæ fecit Christus, esse comprehensa scripturis: id vero probauit rex euidentissimis scripturis. At nec Ecclesiam in talibus errare posse fallive, quatinus ad sacramenta spectat, id non euidentibus tantū scripturis probauit, sed euidentibus etiam rationibus, & ex tua confessione iacto fundamento, te pertraxit illuc, vt tibi necesse fuerit, etiā fateri cætera, quæcumque tam obstinate negaueras. Et tamen ex abundantij probauit tibi in sacramento Ordinis, gratiam illam cum signo visibili patere quoque ex scripturis ipsis, ex quibus diuersa tibi loca protulit, aperta quoque ex eodem apostolo, quam sit ille locus ad Titum: cuiusmodi sunt vnus aut alter ad Timotheum. Atq; ita hac in re rursus patet tua nescio imprudentij an stultior sycophantia, & stolidissimum effugium tuum, quo fingis, quod impositio manuum tunc fuit donatio visibilis spiritus sancti, non collatio gratiæ: quasi non multis manum imposuerint laicis, dum eos ordinauerunt in clericos, quibus iam ante donatus fuerat in signo sensibili, spiritus sanctus,

Quis agitur Luther?

Hic Lutheri dice, quid regi recū non cōueniat.

Cōmētū Lutheri de impositione manuum.

sanctus, aut quasi spiritus sanctus, adueniens in sensibili signo Christianis nullam secū gratiam conferat.

Diluitur Lutheri interpretatio de exemplo apostolorum.

SED & itud æque stolidum est effugiū: quum apostoli verba, quibus perspicuum est, ordinem fuisse collatum per episcopos, sic declinas, vt id fatearis quidem, cæterum nō probari ex eo, quod episcopus ordinauit, ordinasse solum sine suffragijs populi, ne verba Pauli pugnarent cum exemplo apostolorum, instituentium diaconos, scilicet quia quum tales in clerū essent electuri, quibus dispensatio crederetur rerū temporalium, noluerunt vt suo iure, vt absq; populo deputarent ipsorum loco, victū cuiq; diuisuros diaconos, quia magis extra suspensionem fore videbant populo, quos ipse diuisores prætulisset: ideo scilicet pugnare cū hoc exemplo Paulus, si volebat Titū vt in præficiendo presbytero spirituum rerum ministro, conferret sacramentum Ordinis sine suffragijs populi, in eo loco, vbi cuiusq; merito nota essent ipsi, qui cōsecraturus erat episcopo. Nam interdum, vbi id minus erat notū, permittebant episcopi populo, vt nominaret, quæ censeret optimū: quæ res magis erat cōmendatio quædam virtutis, & probatæ vitæ testimoniū, quam ius electionis. Sed hic dicis, nihil tua referre, siue ordinetur sacerdos auctoritate vnius apostoli, vel pontificis sola, siue populi eligentis & consentientis simul. Ecce, quomodo turpiter retro fugis. Nunquid in Babylonica scripsisti manifeste, nullo modo episcopum sine populo, posse sua sola auctoritate facere sacerdotes: nec opus esse ordinationibus aut cōsecrationibus, vsq; adeo, vt hæc tua tibi verba Rex obiecerit?

Vides Lutheri, quā nihil proderit cōmentum.

Verba Lutheri & Baby.

Si sacerdotes cogentur admittere omnes aquiliter sacerdotes esse, quotquot baptizati sumus, sicut resera sumus, illisq; solum ministerium, nostro tamē consensu, datum permissum nullum eis super nos ius imperij, nisi quantum nos sponte nostra admitteremus.

Neq; enim est nisi ista tanæ, cuius sacra colit.

Verba Lutheri.

HIS verbis aperte negas pontificem solū posse facere sacerdotem, nisi consensu vestro. Nam te quoq; eximis prorsus ordini sacerdotali, atq; adnumeras laicis, idq; in paucis verbis facis aperte septies, vt planè facias perspicuum te tibi sacerdotem non esse amplius. Nempè quia te ordinauit episcopus absq; consensu laicorum, & adhibuit cōsecrationem, quam tu velut superstitiosam execeraris. Nam & ita scribis paulo post.

Negari non potest, Ecclesias olim à senioribus fuisse rectas, absque istis ordinationibus & cōsecrationibus, propter atatem & longum rerum vsum, in hoc electis.

ECCĒ, quā aperte scripsisti dudū, Episcopū sine populo nō posse sacerdotē facere, et ordinationibus aut cōsecrationibus opus nō

esse. At nunc manifeste victus, vtrumq; fateris falsum. Sed tamen addis, nihil tua referre: quasi dicas, Tam impudens nebulō sum, vt mea nihil referat, quam aperte conuincar infania. Nam & istud quoque, quod in Babylonica scripsisti, & nunc repetis, ordinem esse tātum officium concionandi, Rex & ratione tibi sustulit, & euidentibus plane scripturis, è quibus vnū locum aut alterum visum est commemorare, vt videat lector, quam belle Luderus ludat in re tā sancta & seria. Sic enim scribit princeps.

Quoties Lutheri vis tibi solui?

ORDINE M Lutherus negat sacramentum esse; & ritum tantum esse dicit eligendi concionatoris. Nam qui non concionatur, nihil minus ait esse, quā sacerdotes: nec aliter sacerdotes esse, quam homo pictus est homo: cōtra Paulū Apostolū, qui ad Timotheū scribens ait. Qui bene presunt presbyteri, duplici honore digni sunt, maxime qui laborāt in verbo & doctrina. Apostolus hic manifeste docet, quāquā ij præcipue duplici honore digni sunt, qui quū presbyteri sint, laborāt in verbo & doctrina, tamen & qui hoc non faciūt, non solū esse presbyteros, sed & bene præesse posse, & duplicem quoque honorem promereri. Alioqui nō dixisset, maxime qui laborant in verbo & doctrina: sed solū ij, qui laborāt in verbo & doctrina. Præterea ne possit dicere Luderus, id quod dicit, officium sacerdotis erga populum, nihil esse nisi prædicare. Nam missas inquit, cauere, nihil est aliud quā communicare se ipsum, hoc inquam (vt apparet) quam falsum sit, rursus audiamus apostolum. Omnia inquit, pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. An non apostolus aperte declarat etiā pontificis officium istud, vt pro hominibus offerat sacrificium Deo? Quod quum scribat, quāquam Hebræis, tamen Christianis, quos nō lit iudaizare, datum est loqui de Pontifici legis vtriusq; atq; ideo, bis Lutherum suo premere testimonio. Nā & missam docet esse sacrificiū, & offerri pro populo, quē ecclesia nullū offerat aliud, & docet offerendi officium, præcipuā partē esse muneris pontificij. Et certe nisi falsum esset, quod dicit Lutherus, facile videris consecrari, vt quum nemo nisi sacerdos possit consecrare corpus domini, si est tot sacerdotum millibus, qui concionari nesciant, nullus vere sacerdos est, sed tantum vocatur equivoce, quemadmodum homo pictus vocatur homo, totus christianus orbis clerum populūmq; ferme non habet aliū, quam idololatrias panem pro Christo colētes, & genua sua curuant ante Bāal.

Luthera, na missæ definitio

Missam, & sacrificiū & oblationē esse.

Ex opinione Lutheri plebsq; oēs Christiani nos esse idololatrias.

CVR hæc omisit Luderus, quibus tā aperte probat Rex, ad sacerdotis officium præcipue pertinere vt in missa pro populo sacrificet: quā cōtendat iste nec in missa fieri sacrificium, nec sacerdotium quicquam esse, nec pontificium;

tificium, nisi dumtaxat ritum eligendi concio- natoris: nec istud pudet effrontem blaterare, quum clare videat, solos ab initio vsq; sacerdo tes consecrasset, concionatos vero nonnunquam qui non fuerint sacerdotis, id quod in Actis Apostolorum constat, fecisse beatum Stephanum non sacerdotem, sed diaconum, vt manifestum sit, maxime proprium sacerdotis officium, in eo situm esse, vt pro populo consecret. Sed adijciam ex libello Regis locum alium.

Propriū officii sacerdotis.

Verba Regis Pauli de sacerdotio.

Apostol. Pauli de sacerdotio.

Quomodo fieret sacerdos olim.

Sacerdotiū nec nouū esse nec ignotam ecclesie.

SI Laicus quisque æqualem habet potestatem cum sacerdote, in quocunque sacramento, & ordo sacerdotij nihil est: cur ita scribit Apostolus Timotheo? Noli negligere gratiā, quæ in te est; quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Et alibi ad eundem? Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ in te est, per impositionem manuum mearum. Iterum. Nemini, inquit, cito manus imposueris, neq; communices peccatis alienis. Denique hunc in modum Apostolus scribit ad Titum. Huius rei gratia, reliqui te Cretæ, vt ea, quæ defuncti, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Habes nunc lector semel sub oculis Apostoli pauca loca, & non multa verba: quibus inter se collatis, facile potes deprehendere falsa fictaque esse omnia, quibus tam inordinatè Lutherus debacchatur in ordinem. Nam quos dicit populi consensu fieri, Paulus ostendit fieri ab Episcopo. Huius rei gratia, reliquisse Cretæ, vt oppidatim presbyteros constitueret, nec tamen temere, sed sicut ipse præsens disposuerat. Vides impostis manibus fieri sacerdotem. Et ne dubitari possit, simul cõferri gratiam, vides illam manuum impositionem collatam. Resuscita, inquit, gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum mearum. Et illud quoque. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. In ijs te exerce. Miror igitur non pudere Lutherum, quum negat sacramentum ordinis, haud ignarus in manibus omnium versari verba Pauli? quæ doceant, non nisi à sacerdote fieri sacerdotem, nec sine consecratione fieri, in qua & signum adhibeatur corporeum, & tantum spiritualis in fundatur gratiæ, vt is, qui consecratur non solum accipiat ipse spiritum sanctum, sed etiam potestatem conferendi alijs. Nouū verò qui potest esse, de quo scribit apostolus? Quomodo ignoratum Ecclesie, quod in omnibus Christi legitur, & nunquam nõ legebatur Ecclesijs? Quibus ex rebus, manifestum est tam multis, quæ tanta cum confidentia, pro compertissimis Lutherus eblaterauit in ordinem, ne vnam quidem syllabam fuisse verā, per malitiam ficta falsaque omnia.

VEL ex his particulis vides lector, quam scitè tractet Luderus sacramentū ordinis, qui quæcunque non valet soluere, tacito præte-

rit omnia. Sed tum videlicet, tractabit accuratius, postquam redierit ab euerfo biblio. Cupio mediūstidius idem vt tractet denuo. Nam sic tractauit haecenus, vt mihi spem indubiam præbeat, quo rem tractarit sepius, eo fore, vt multo tractet infansius.

Lutherū ea quæ tractat in peius emendare.

REFELLIT EA, QUAE LUDERUS ITERUM TIMIDE TANGIT, & SOLIDE DE MATRIMONIO.

CAP. XXVI.

ET quid dicam in nomen sacramenti quid intelligere voluit, quod euidenter ostendit, quam locum Pauli Ephes. tractat de matrimonio, quem Paulus de Christo et Ecclesia ponit, dicens: Sacramentum hoc magnum est, ego vero dico in Christo & Ecclesia.

Verba Lutheri.

IMO Luderus ludere maluit quam intelligere, quæ rex in illum scripsit locum: nisi quod verius puto, maluit suo more dissimulare stolidè, tanquam ipso rem prætereunte silentio, nemo locum posset de regis libello legere. Quem locum lector quum legeris, ibi demum senties eam rem, sic esse tractatam à Rege, vt non sit mirum, nihil reperisse Luderum, quod hic respõdeat. Atq; ideo præterijisse, quæ si nihil esset dictum.

Luderus Luderū agit.

Neque enim scriptura patitur, vt matrimonium sacramentum dicatur, quum sacramentum vsu tantum scriptura significet, rem secretam & absconditam, quam sola fide consequi possis. Matrimonium autem adeo non est res abscondita, aut fide percepta, vt nisi palam ob oculos fiat, matrimonium esse non possit, cum sit copula maris & femina externa & publica professione & conuersatione cõfirmata. Sed nihil mirum, Thomistas asinos sic delirare, apud quos nihil neque sanè neque rectè Deus esse voluit.

Verba Lutheri.

QVID hic dicam lector? Ego me plane fateor hic insaniare maxime, si non hic Luderus insaniat. Sacramentum, inquit, significat rem secretam & absconditam, sed matrimonium non est res abscondita, ergo matrimonium non est sacramentum. Domine doctor, per vestram fidem, imo per infidelitatem vestram, per quam regulam tenet ista consequentia? quum in præmissis mutatur copula à significare ad esse, nisi vocabularij vestri vobis dicat quod hæc duo verba, Sum & significo, idem significant. Alioqui si valet illud argumentum similiter valet & hoc. Omnis homo sedet, sed Luderus non currit: Ergo Luderus non est homo. Domine doctor, quo peregrinatur animus vester, quum sic desipitis? an hæreticos Deus percellit in insaniam? Sacramentum significat rem secretam & absconditam, esto, Matrimonium non est res secreta nec abscondita: quid tum potest? Nec

Sacramentum quid sit Lutheri.

Expugnatur Luteri ratio de matrimonio.

Matrimonium esse sacramentum vel Luteri definitione. Verba Lutheri.

Stupida Lutheri obliuio.

Qualiter Luther se tuetur

stea? Nec sacramentum dicit esse rem absconditam sed significare rem absconditam. Dic igitur eodem modo, Matrimonium non significare rem secretam, nec absconditam, & ex eo concludere, non esse sacramentum: sed tunc mentiris in minore. Nam sicut baptismus corporis, significat ablutionē animæ, sic matrimonium significat coniugium, inter Christum & Ecclesiam. quæ res est, opinor, abscondita & secreta, licet sacramentum, id est eius signum, sit sensibile, sicut ablutio animæ est res abscondita & secreta, licet eius sacramentum, id est signum sacrum, signum sit sensibile. Dicite, quæso Domine doctor, nunquid hoc saltem loco vos fatemini tam stolidè plane scribere, vt nullus asinus potuerit stolidius rudere?

Quamquam ego hoc vulgato vsui dedi, vt Sacramenta vocent, quæ potius signa visibilia sunt. Tantum negaui, in scripturis Sacramenta vocari.

DEVS bone, quantus stupor est in isto stipite, qui in hac vna breui periodo, bis insanit: primum, ait ista, quæ vocantur sacramenta, potius esse signa visibilia. At cū iā in proximo prius versus dixisset sacramentum significat rem arcanam, & absconditā, quero, de quo sacramento dixit illud? De baptismo ne dixit, & Eucharistia? Sic opinor. Nam illa sola fatetur esse sacramenta. At de re significata, non loquitur, vt pote de ablutione animæ. Nam illa non significat rem absconditam, sed est ipsa res abscondita. Sacramentū igitur, de quo loquitur, quod significat rem absconditam, est in baptismo ablutio corporis, in Eucharistia species panis & vini. Quæso te nunc Luder, an non & illa sunt signa visibilia? tam hercle sunt, quam matrimonium. Quid ergo tibi vis insanissime, quæ velut per somnium stertis, ea quæ tu negas esse sacramenta, potius esse signa visibilia: quæ nihilo potius sint signa visibilia, quam ea ipsa, quæ tu concedis esse sacramenta? Non dubito quin, Luderus quum legerit hæc, doliturum sit homini, quod semisomnis scripserit tam delirata somnia: sudabit fatis, & omnem vertet lapidē, si qua reperire possit aliquid, quo tantam saltem palliet vecordiam. Gestio profecto videre, quem pannum purpureū tanto prætexat vlceri. An (vt est impudens) simulat se tantum definire sacramentū vocabulum, quum dicit, sacramentum vsu scripturæ significare rem absconditam, & sic locutum esse, tanquam diceret, homo semper significat quiddam rationale. Et ita sacramentum vsu scripturæ semper significat rem absconditam, sed matrimonium non est res abscondita, matrimonium igitur nõ est illud, quod vsu scripturæ vocatur sacramentum. Si fingat Luderus istud, ita se tuebitur, quomodo si quis sic declinet istum, callidus vt capite repellat à brachio. Quid enim finget isto commento stolidius? Nam vt verum est,

nullum esse sacramentum, quod non aliquo sensibili signo designet rem secretam, ita verum est, nullum illorum signorum significare perpetuo rem secretam, sed eorum vocabula communiter significare dumtaxat illas ipsas res, quæ sunt aliquando signa rerum sacrarū. Nam & ablutio, quatenus sacramentum, significat rem absconditam, nempe lotionē animæ, tamen cõmuniter id non significat, nec eius vocabulū cõmuniter designat sacramentum. Quid est enim cõmuniter ablutio, aut baptismus? aliud ne quā quælibet lauatio corporis? Quam obrem si se putet hac strophæ Luderus elapsurū, plane labetur in latrinam. Nam si sic nobis argueretur dominus doctor, sacramentum scripturarū omnium vsu, significat rem secretam, atque absconditam, sed matrimonium non est res secreta nec abscondita, ergo matrimonium non potest esse sacramentum: opponam domino doctori argumentum isti simillimum, hoc pacto. Sacramentum vsu scripturarum omnium significat rem secretam atque absconditam, sed ablutio vel baptismus non est res abscondita: & species panis & vini non est res abscondita: Imo quia dominus doctor irridet speciem, neque panis, neque vinū sunt res absconditæ, ergo neque baptismus, neque species panis & vini, neque panis & vinū, possunt esse sacramenta. Inueniat mihi dominus doctor, solutionē huius argumenti mei, & simul inueniet solutionē sui. Defendat se dominus doctor, qui hæc tenus verbo saltē cõfessus est, illa duo esse sacramenta. Certè nisi voler illa duo tollere quod plane conabitur aliquando, imo re ipsa iam diu fecit, fati cogetur istā rationē suam nihil habere rationis. Quin fati cogetur ex ipsius assumptum matrimonium verum sacramentum appellandum esse, potius quā baptismum ipsum. Nam ablutio neque res abscondita significat, nisi quatenus sacramentū est: neque semper sacramentum fuit, neque nunc semper est. Matrimonium autem ab initio fuit sacrum signum rei sacratissimæ.

Refellit Luteri argumentum de sacramentis.

Ex Luteri assumptum matrimonium verius esse sacramentum quā baptismū.

Lutherus quæ bellet se castiget.

Nec minus insanū est istud, quod ais te nihil aliud quā negasse, quod matrimonium, & cetera sacramenta quæ dānas, sacramenta vocentur in scripturis. Siccine Luder ludis tandē? nihil ne negas amplius? paulo antè negasti, quod sint sacramenta: nunc nihil negas, nisi quod vocentur sacramenta in scripturis. Soluta est igitur ista lis, & tota causa cefsissimè, quæ contendat illa sacramenta omnia vocabulo sacramenti vocari in scriptura sacra. Sed quæso te, quis nunquam tibi mouit illam litem? Quis id cõterdit vnquā? Olim negasti veteres Ecclesie patres, ordinem vocasse sacramentum. Rex te vetustissimorum testimonio probauit esse mentitum. Nunc velut rem magnam profers, quod saltem scriptura ea non vocat sacramenta. Hui quam validum icessit telū. Profer obsecro scripturā sacrā, quæ baptismū vocet sacramentū vocabulo. Profer, quæ sic vocet

V Euchar.

Eucharistia. Inuenies opinor, in scriptura nul- lum sacramentum, vocabulo sacramenti no- minatum, praeter istud vnū, quod stolide nūc oppugnas, matrimonium. Audistin vnquā quē- quam lector, in re tam sancta & seria, tam im- pudenter stolideq; nugantem?

SCITE ET IOCVNDE TRACTAT ea, quae Lutherus velut summam rerum scur- riliter aggestit in sine.

CAP. XXVII.

Verba Lutheri.

Summa rerum haec est. Totus liber Henrici ni- stitur hominum verbis & vsu secularum, nullis Dei verbis, neq; vsu spiritus, vt ipsemet fateri cogitur. Contra, summa earum rerū est, verba ho- minum & vsus secularū, vt tolerari & teneri pos- sint, scilicet non pugnauerit scripturis sanctis, tamē ar- ticulos fidei, & necessariam obseruantiam non fa- cere. Si itaq; rex Henricus coniunctis omnīū Tho- mistarū, papistarū, demonū, & hominum viribus & studijs poterit ostendere necessariam humanorū ver- borū obseruantiam, victus est Lutherus suo ipsius iudicio & confessione. Nam tum demum articulos fidei habeo, quicquid vel Thomista iusserint. Si non poterit, victor est Lutherus. Quid enim aliud voluit? Neq; enim si mille millies libros scripserint contra me, aliud a me postulare poterunt.

Ita reue- ra es, si velles ag- noscere.

Summa libri Lutherani.

Summa rerum haec est. Totus Luderī liber nihil est aliud, quā mera farrago verborū scur- rilium, cum deprauatione verborum Dei, cō- temptu sanctorum omnium, & blasphemia spi- ritus sancti, sicut ipsemet fateri cogitur. Con- tra, Summa rerum principis est assertio sacra- mentorum, quae luce clarius, probauit esse nō traditiones hominū, sed traditiones Dei, atque id probauit ratione, scripturis, & ipsius cōfessionē Lutheri. Si itaq; Lutherus, coniunctis omnibus suis combonibus, coniunctis scur- ris, & nebulonibus, cōiunctis larvis & cacode- monibus, blasphemiarum suarum inspiratori- bus, si poterit, in quā, ostendere, quod impiorū nebulonum scurritas, plus valere debet, quā traditiones Dei, victor est Lutherus. Si nō poterit, victus est Lutherus, ipsius confessione Lutheri. Quid enim aliud vult? Nam qui cō- tra illum scribunt, etiam si millies mille libros scribant, nihil aliud ab illo postulaturū sunt, quā vt audiat, quid ei dictum sit, & meminerit quid ipse dixerit, quorum haec tenus ab eo neu- trum quicquam impetrare potuit.

Summa libri Regis.

Quā ini- quos sem- per fuerit Lutheri.

Nec fuit opus mihi Henrico rege magistro, qui me haec doceret, qui adeo pulchre ea nouerim, vt etiam impugnarim, vt miranda sit stultitia Satanae, quae his me impugnet, quae ipse impugno, & perpetuo principium peti.

Verba Lutheri.

Neq; enim ego quero, quid Ambrosius, Augusti- nus, concilia, & vsus secularum dicant. Non (inquā) disputo, quid a quoquam dictum, vel nō dictū scri- ptum vel non scriptum sit, sed an hoc dictum & scri- ptum necessarium sit seruati, an sit articulus fidei, an liget conscientiam.

Nemo est (opinor) qui ideo tibi vel Ambro- sium opponat, vel Augustinum, vel sanctorū

quenquam, vel concilia, vel synodos, quia nesciat, quam arroganter & stolide cōtēnas omnes prete, sed quia munire populum salutari student antidoto, cōtra furiale venenū tuum. Nam quum videant contra tuam sententiam, stare pro sacramentis ecclesiae, non vnū aliquem veterum, sed vniuersos, dubitare non possunt, illam fuisse publicam fidem Ecclesiae Catholicae, quae nunquam fuit in terris ecclesia vere catholica. Quam tua confessione probauit rex in sacramentis falli, atq; errare nō posse. Praeterea, quū tui fatearis ibi adesse Christi vbiq; sint duo vel tres congregati in nomine eius, facile sentit populum, nihil tibi metis esse, quum illinc disputas abfuisse Christi, vbi congregati sunt in nomine Christi ducenti vel trecenti, ijdemq; eruditissimis, atq; vndecunq; sanctissimis. Quamobrē satis intelligit populus, ecclesiam catholicam, etiā si non facit articulos fidei, probare tamen & docere veros articulos fidei, sicut probat et docet quodnam sit euangeliū, etiā si non faciat euangeliū. Non igitur dicit quicquam, verba totius ecclesiae esse aequalia verbo Dei, sed Ecclesiam docere, quod sacramenta sibi tradita sunt per verbum Dei, in quo discernendo, tu quoque Ludere passus es, eam falli non posse. Atq; ita semper tua confessione constringeris, prefer- tim quum tibi probatum fuit, non hodie tantū hoc sentire ecclesiam, quam tu vocas papisticam quae tamē reuera est ecclesia catholica, sed idē sensisse semper, quae nunquam vnquam in terris fuit ecclesia vere catholica. Quae res patet & conciliorum decretis & sanctissimorum consensu patrum, lecis ac temporibus tam diuer- sis, idē tamen constanter sentiētium, vt quū illis vniuersis vnus dissentias, nihil aliud facias quam stultitiam tuam impiam atq; impuden- tem traducas.

Quā di- stantē cōiungit Lutheri omnia.

Sacramē- ta eccle- siae tradi- ta p- ver- bū Dei.

Verba Lutheri. Verū ais scripu- ris enim te impug- nat, quas tu op- pugnas.

Nec fuit opus mihi Henrico rege magistro, qui me haec doceret, qui adeo pulchre ea nouerim, vt etiam impugnarim, vt miranda sit stultitia Satanae, quae his me impugnet, quae ipse impugno, & perpetuo principium peti.

IM O opus est tibi, Henrico rege magi- stro, qui te ista dedoceat, quae rex te tuus do- cuit Satanas, qui vere Rex est super oēs filios superbiae, qui te sic infatuat, vt perpetuo tē- mer in seū impugnes ipse, ne vnquā tibi cō- stes, sed aliud stans, aliud sedens sentias. Nam quod ais, eos qui tibi sanctos patres opponūt, & concilia, perpetuo principū petere, tu per- petuo furdus es, quia tibi nō liber audire. Nā si vlla vnquam ecclesia vere Christiana fuit, illa certe fuit, cuius fidem testantur scripta san- ctorum patrum, eam fuisse, quam tu nunc impu- gnas. Quamobrē quum tute fatearis, Ede- clesiam in dijudicando Dei verbo falli nō posse, & tamen dicis eandē, quae tam diu iudicauit sacramenta per Dei verbum initō tradita, falsam esse, perspicuum etiā pueris est, & te

& te mentiri falsissime, & teoū pugnare tur- pissime.

Quid te- gi cum Lutheri cōueniat quid nō. Quomodo rex pe- tat prin- cipium.

Lutheri in dispu- tando mos.

Verba Lutheri. Imo ille pro Dei sermone tu proli- cētia sce- lerum.

De libertate, & captiuitate quero, pro libertate ego pugno. Rex pro captiuitate pugnat. Ego rationē libertatis signaui. Rex rationes captiuitatis omittit & solum blaterat, quae sit captiuitas. Debitores facit, & culpam non absquirit. Valeat itaque inep- tus, & miserabilis defensor captiuitatis Babylo- nica, & sua papistica ecclesia.

Verba Regis.

AT Lutherus ipse fatetur, nihil esse peri- culi, si quis hac in re sentiat, quod tota iam sen- tit Ecclesia. At contra, tota Ecclesia cōset her- reticum esse eum, qui sentiat cum Lutherō. Non debet ergo Lutherus animare quenquā, cui bene cupit, vt secum sentiat, cuius senten- tiam tota condemnat ecclesia. Sed debet his his suadere, quos amat, vt accedant illis, quos

ipse quoque iudicat in nullo versari periculo. Falsa est ergo ista Lutheri via, contra publicā fidem, non huiusmodi temporis, sed etiā aet- tum omnium. Nec liberat captiuitate creden- tes ei, sed educens ē libertate fidei, hoc est loco sancto (quod Lutherus ipse fatetur) captiuat in errorem, ducēs in praecipitiū, & vias inuias, incertas, dubias, eoq; plenas periculi: & qui amat periculum perit in illo.

In sine si quem offenderit mea in regem asseri- tas, hoc sibi responsum habeat. Cum insensatis mon- stris me hoc libro agere, qui omnia mea optima & modesta scripta, tum humillimam meam submissio- nem contempserunt, & magis ex mea modestia in- duruerunt. Deinde a virulentia, & mendacijs ab- stinui, quibus liber regis referri solent. Nec mag- num est, si ego regem terrae contemno & mordeo, quando ipse nihil veritus est, regem celi in suis ser- monibus blasphemare, & virulentissimis mendacijs prophanare.

EX tot mendacijs, extot blasphemijs, vnū saltē proferre Luderus exempli loco debue- rat, maxime ne quis vere illud imputet ei, quod ille falso prius imputauit principi. Quae mentitur, nullum Lutheranae repugnantiae locum indicasse, quum indicarit plus decem. Ceterum illa proferat Luderus, quum vaca- bit. Sed interim Luderī mendacissimas in Deū blasphemias, effecit princeps, ne quis om- nino nesciat, nisi qui non legerit, aut sit talis omnino, qui aquam non reperiat in pelago. Nam & aperte (id quod Rex ostendit) omnes blasphemat sanctos, quicunq; scripturam sacrā scriptis illustrarunt suis. Blasphemat Aposto- lum Iacobum. Blasphemat apostolum Paulū. Christi blasphemat Ecclesiam. Blasphemat sacra- menta Christi, quae tanquam hominum in- uenta cōtēmit. Blasphemat ipsum Christū, cuius sacramentum primum & ceterorum ianuam, non aliud fere facit, quam securam in facinus omne licentiam. Blasphemat spiritum sanctum, cuius doctrinam totam velut men- dacem, quoad potest, priuat fide, quae nunquam docuit sine scriptura. Totam denique blasphe- mat trinitatem, in cuius inflexibilem volunta- tem, refert inexcitabilem scelorum omnium necessitatem.

Iam illud, quam ridiculum, quod excusat se, ne videatur scilicet nimis inclementer morde- re principem. Ego profecto non dubito, regē illi facile morsus omnes cōdōnaturū. Quippe qui verū videat illud esse Senecae: Raro mor- det canis, qui latrat. Latratib; profecto Luth- erus equiparat Cerberum, morsu vix culicem. Verum quid ni latret strenue, vir videlicet op- timus & modestissimus, quando cum insensa- tis (vt ait) agit monstris, quae non sentiant eius omnia scripta esse ipsius vnus preconio optima, & modestissima, id est, haeresibus & blasphemijs tam inflata, quā nullū vnquā vtrē quicquā inflauit vento. Quae mōstra indure- runt, etiam

Verba Lutheri. At praeter te nemo videt istā tuā modestiā hoc tu Lutheri facis.

Verba Lutheri. Imo ille pro Dei sermone tu proli- cētia sce- lerum.

Verba Lutheri. Imo ille pro Dei sermone tu proli- cētia sce- lerum.

Verba Lutheri. Imo ille pro Dei sermone tu proli- cētia sce- lerum.

V ij

qualis sit Lutheri submissio. Depictus ex suis virtutibus Lutheri. runt, etiam ex illius humillima submissione, qua sic se submisit fraterculus vicario Christi, quomodo Iudæi se submisserunt Christo, quibus datis alapis flexerunt genua, clamantes per lumbum, Ave rex Iudæorum. Verum à mendacijs & virulentia, prorsus abstinuiffe se testatur ipse, cui nihil est aliud in calamo, quam calumnia, mendacia, sycophantia: cui nihil est aliud in animo, quàm virus, tumor, invidia. Qui nihil in capite concipit præter stultitias, furores, amentias. Qui nihil habet in ore, præter latrinas, merdas, stercorea. Quibus scædus & spurcius, quàm vllus vnq̃ scurrarum, quorum nemo repertus est vnquam, præter istum, tam stolidus plagepatis, vt sibi sterces in os conijceret, quod alij spueret in sinu. Quamobrem quum sit huiusmodi, nihil miror si nunc indignus habeatur, quocum quisquã disputet. Certe quod quidē totum se deuouit inferis, & obdurauit in schismate, nec vnquam decreuit hæreses recantare, statueret tamen secum debet aliquam

faltem, vt habeat ciuilibus honestatis rationem, quo sibi potius vendicat authoritatē dogmatistæ, quam vilis in heretico scurræ. Quod si quando volet, si discipulic seruo, si mendacia sua recantet, ac sycophantias si abegerit stultitias, furores & hætenus nimium familiares furias, si merdas suas resorbeat, & sua relingat stercora, quibus tam scæde linguam suam, calamumq̃, conspurcat: non deerunt, qui de re graui grauius, quod decet, differant. Verum si ad istum, quo cepit, modum scurrari pergat, & furere, si grassari calumnia, nugari stultitia, insanire dementia, scurrilitate ludere: nec aliud in ore gestare, quam sentinas, cloacas, latrinas, merdas, stercorea, faciant quod velint alij, nos ex tempore capiemus consiliū, velimus ne sic bacchantē ex eius tractare virtutibus, & coloribus suis depingere, an furiosum fraterculum & latrinarium nebulonem, cum suis furij & furoribus, cum suis merdis & stercoreibus, cacantem cacatumq̃, relinquere.

Hoc etiã eius laudi, cuius appetens est, foret non inuicibile.

Lutheri de precibus opinio.

Isti homines malit in peiorem partem peccare.

PERORATIO OPERIS, IN QVA MVLTAE PIE, INGENIOSE, ET DOCTE, NEC MINUS AMENE TRACTANTUR.

Nihil vereor optime lector, quin æquitas tua facile condonet mihi, quod hoc in libro toties ea leges, quæ tuus opinor auerfetur pudor. Mihi profecto nihil potuit accidisse molestius, quàm eo necessitatis adigi, vt quicquam honestis auribus ingererem, quod verbis inhonestis offenderet. Sed nullū vitadi fuit effugium, nisi decreuissem (quod per quã obnixè contenderã) Lutheri scurrile librum prorsus nõ attingere. Alioqui si respondendū omnino fuit homini ad intendēdas calumnias excubanti, nec omitti quicquã decuit, quod ille scripsisset, nec mutari verba licuit, quum rerū nihil subesset: nec honeste recitari valuit, quod inhoneste scriptum esset. Postremo, qui fieri potest, vt quæ scurriles eius sycophantias resellere suscipiam, nebulonis impuri verbis impurissimis pure puteq̃; respondēã? Nam is eo modo re tractat, vt plane se declarat meditari scædā, immortalitatis quoddam genus absurdissimū, eaq̃; iã coepisse perfrui, & totus esse, versari, viuere in huiusmodi sensu & titillatione gloriolæ, quæ futurū præsumat post aliquot adhuc ætatu myriadas vt recorderentur & loquantur homines, fuisse olim aliquando apud seculum prius nebulonē quēdã, cui nomē Luthero fuerit, qui quum cacodæmones impietate vicisset, vt dignis

emblematis ornaret suam scædā, picas garrulitate, lenones improbitate, prostibula obscenitate, scurras omnes scurrilitate superarit. Quid studuerit, curarit, effecerit, vt velut philosophorum scædæ ex ipsis habet vocabula: & Gnato meditatus sit parasti itidē, vt Gnatonici vocentur, sic absurdissimū genus hæreticorum impietatis, scelerū, spurcitieq̃; colluuiēs, appellentur Lutherani. Nā quæso te lector, quod vnquã genus hæreticorum tam absurdū fuit, vt cõparetur isti? Quod vnū nihil nõ renouat eam heresim, quas suis quaq̃; temporibus christianus orbis olim dānauit, oppressit, extinxit: quarū oim cineres iste fax inferni denuo semel accendit. Qui quum ipso factō pratendat pietatem, vt doctissimorum virorum libellos prateream, qui hanc personam, fuciq̃; ab ore improbo retulserunt, si re ipsam spectes, arborem lector facile ex eius fructu cognosces. Nam si memoria tecū reuolueris, ab ipsis Christianissimi cunabulis, veteres ecclesiæ proceres, videbis lector vt quicquã ab illis sanctissime cultum est, ita ab Lutheranis istis maxime haberi cõceptū. Quid olim tanta veneratione celebratū est, quã sacrosanctū sacrificiū missæ? Quid ab istis porcis ita scædatū est, & conculcatū, & paulominus abolitū? Nam quod vnū adhuc in quocq̃ templo sacrū seruant, (quod ipsum suis impietatibus polluit atq̃; prophanat) quum neq̃ sacrificiū esse cõtendat, neq̃ populo quicquã prodesse

Lutheri hæreticos oēs antiquos equiparare.

Lutheri in missam contumelia.

Cum Creteſi Cretizandū, vt est in prouerbio.

Fama Luthero futura.

prodesse prædicent: an non viam sibi struunt, qua propediē etiam ipsum vnū, quod reliquerunt, sacrum eliminēt? Iam preces quati faciant, vides, qui non solum eiecerūt horarias, sed illas etiam vniuersas, quas iã inde ab initio in defunctorum subsidium: perpetuo decatauit ecclesia. Quia in re, quis nõ abominetur immanitatem tantam? Nam si (quod illi falso cõtendunt) maxime foret ambiguum, vturum preces viuorū defunctis cõducerent, tamen quæ inuidia fuerit pios affectus exercere, & periclitari preces, in quibus, vt dubius es, an fortasse prodesse, ita certus es, q̃ nocere nõ posses: quid olim religiosius habitū est ieiunio? quid exactius obseruatum quadragesima? Nunc isti tandē homines spiritu perfecti, ne diem à die diiudicare videantur, omnē diē dedicant bacchanalibus. Quis nescit olim, quo in precio fuerit continentia? quàm seuerè mandata fides cõiugalis, quàm probata veteribus viduarū castitas, quã asidud, q̃ accuratè laudata virginitas? Atq̃; hæc omnia autore ipso Christo. Nunc Antichristus iste pudicitia se prorsus omnē sustulit. Sacerdotes, monachi, Deo dicatæ virgines, auspice diabolo, in ecclesia malignantiū legitimiorū nomine coniugū magna cum pãpã de monū, nepharias celebrant nuptias, & scædus fidēq̃, q̃ vel homini pactã, nemo nisi malus violat, violare nõ metuunt pactam Deo, securi videlicet nuptias indulgente Luthero, qui numerosas simul vxores etiã (quã solam vocat digamia verã) incipit ostentare. Propediē haud dubie confirmaturus, vbi virorū cuneis fide vt munierit aduersus mulierum turmas. Interim vero, quo gratificetur & illis, quã multis, quã faciles aperit exitus in Babylonica, quibus liceat à maritis abscedere, si qui soluendo non fuerint in cõiugali debito nisi maritus ipse tam æquus sit, vt cõducatur aliquid vicarium, qui sua vice fideliter soluat vxori. Atq̃; hæc, quæ non impia modo sunt, sed tam inepra quoq̃, vt videri possint à me deprauata per iocū, videbis lector in Babylonica, sic ab illo cõfirmata serio, vt satis mirari nõ possis, v quã inuenire quencquã quæ nõ impensè pudeat appellari discipulū, tam absurdū prorsus in sumi; magistri. Sed magnus in malum stimulus est spes libertatis & licentiæ, quæ qui altera manu protenditur, altera intētatur metus, nã neq̃ quicquid est Lutheranus violētius, quid miri est, si iisdē artib⁹ promouet se scæda Lutheri, quibus inualuit, atq̃ inualescit indies, nõ absumilis isti scæda Turcarū? si nõ & Turcas ipsos istorū vincit impietas. Nam hoc plane constat, nusquã tãta cum

contumelia vexatas esse sanctorum imagines, quanta vexantur indies sceleratissimis digitis istorum nebulonum, qui non verentur eas non modo à sanctissimis sedibus diuellere diuulsas abiectas, pertere, sed & priortis quoq̃; & contumelias, per omne ludibrij & contumelias genus insultare. Atq̃; hæc Lutherus aspiciet iustus in diuortium, effugies patrari (quorum honores & cultus omnes tollendos esse censet) & medio, eorum potētissima scædala) quum intēnt circumferri atq̃; adorari gaudeat venerabilem scilicet imaginem suam. Sed quoniam diuis omnibus impietate suam consuetus videt inuasiuam, eorum vicissim omnium venerationem atq̃; honoribus inuidet. Deiparã virginem venerantur & Turcæ, cuius nec nomen fere ferunt Lutherani. Nam qui ferre queant honores Mariæ, quãdo Christi quib⁹ crucifixi sanctissimam imaginē, sceleratissimi scilicet cõspergunt obscenissimis exurendorū corporū suorū excrementis? Hi sunt istius scædæ spirituales fructus. Huc tadē creuit Lutherana pietas. Cuius hereseos sceleribus, vniuersis vna patrocinatur impietas, qua se videri voluit, & disputat necessario tales esse, tanq̃ in quodlibet facinus impellat homines, certa & destimata voluntas Dei. Dubitas, dubitas inclya Germania, qui talia ferunt spiritalia, qualia sint, aliquando melsuri carnalia? Quin nunc, vt audo, male se proferunt cardui, et incipit Deus ostendere, quo pacto probet istam scædā, quum sacerdotes, qui ducunt vxores, non alijs cõtēntiū sunt, quam scortis publicis. Et quos legitimo coniugio vetuit copulari quondã, nisi purissimis virginibus, horū nunc incestas & sceleratas nuptias non patitur coalescere, nisi cum spurcissimis prostibulis. Quid quod passim sponfos tales misera primū traductos infamia, dein morbis, inopia, & gestare perditos, paulo post ad latrocinia dilabētes, publico densum punit supplicio? Atq̃; vtinã ista scædam istam sistat vitio: sed illa (nisi propere eatur obuiã) vagabitur aliquanto longius. Nam vt deficientem Clerū non illibet aspiciunt pleriq̃; principum, nimirū hiãtes in deficientium possessiones, quas velut ex derelicto sperat inuasuros sese, & Romano pontifici gaudet obediētiã subtrahi, dum spem concipiunt fore, vt ipsi omnia disponat diuidant, & dissipent inter se domi, ita non est, quod dubitent, quin eo respiciat populus vt principum vicissim iugum excutiant, & possessionibus exuat suis, quod quum aliquando patrarit ebrius sanguine principum & nobilium cruore luxurians, ne plebei quidē

Cõtume lic Lutheranoꝝ in diuos ipsos.

Pietas Lutheri.

Puritas & sanctitas Lutheranoꝝ.


Lutherani similes Turcarū fanatici.

magistratus patiens ex Lutheri dogmate calcatis legibus, anarchos & ex lex, sine freno, sine mente lasciuens, in sese demum conuerteret manus, et velut terrigenę illi fratres, mutuo se confodiet. Christi precor, vanus vates fiam, si autem, si respicerent homines, & nascentibus malis occurrerent. Alioqui verior, ne fiam, quod nolim, verus. Sed ista viderit Germania.

Ego ad Lutheri librum redeo, qui quum talis sit, qualę vides, id est mera farrago verborum scurrilium, venia lector meum dignaberis, scubi non satis tersum videris, quę illius sordes infecerint. Quod si longior interdum videar, equitas tua consideret, quum & illius recensenda verba fuerint, & adiungenda, quę scripsit princeps, necnon aliquid adijciendum de meo, quo palam fieret Lutheri calumnia, non potuisse contingere, quin res aliquatim cresceret, vt illud interim taceam, quod iudiciorum omnium consuetudine plures clypsedras impetrat, qui responderet. Quod si minus rei serię scituque dignę reperire te, quam pro libelli quantitate censeas, ne id quidem iure potes imputare mihi, cui nec extra librum eius euagari licuit, nec aliud illinc asserre, quam quod ibi fuit.

Et tamen interiecta mihi quędam spero, quę sic Lutheri fundamenta subruant, vt simul necesse sit impia viri dogmata; stolidę superstructa; corruiere: illud certe non dubito, nihil e regis libro velliatu esse Luthero, in quo non aperte reuicerim impudentę Lutheri scycophantiã. Deniq; vt non talę confiteor esse libellum meum; qualis orbi legendus edi postulet, ita nec talem esse confido, quem iure debeat ille contemnere, quisquis Lutheri nugę dignatur legere. Nam si quis eius nenias fuerit aspernat, illi nec opus est, nec opto, tempus hoc in libro conterat. Imo nihil mihi magis in votis est, quam vt illam aliquando diem videam, quę & has nugę meas, & illius omnes infanas hęrefes, mortales omnes abijciant: vt obruto pessimarum rerum studio, sepultis iurgiorum stimulis & contentionum oblitterata memoria, illuceat animis serenum fidei lumen: redeat sincera pietas, & vere christiana concordia: quam aliquando precor, vt reddat, ac restituat terrę, qui in terram venit pacem daturus e celo.

FINIS.



EXPOSI-

EXPOSITIO
PASSIONIS DOMINI

EX CONTEXTV QVATVOR EVANGELIS-
TARVM, VSQVE AD COMPREHENSVM
CHRISTVM: AVTHORE THOMA MORO.

Dum in arce Londinensī in carcere agebat:

Nunc primum in lucem

edita.

DE TRISTITIA, TAEDIO,
PAVORE, ORATIONE CHRISTI
ante captionem eius, Matthę 26.
Marci 14. Lucę 22. Io-

annis 18.
Hęc quę dixisset Iesus, hymno dicto,
exierunt in montem Oliueti.

Mat. 12.



OT Sancta verba, quot habuerat Christus super cęnam cum Apostolis, hymno tamen, quę digrederetur, absoluit. Heu, quę dissimiles Christo sumus, qui Christi nomen gerimus, &

Marc. 14

nō inania tantum & ociosa (de quibus tamen ipsis reddēdam rationē Christus admonuit) sed & perniciofa multa cōfabulamur in mensa, & cibo tandem, potuque distēti, nullis actis gratijs conuiuiorum nostrorū largitori Deo, immemores & ingrati discedimus?

Burgensis vir eruditus, & pius, & sacrarum rerum indagator egregius, idoneis coniecturis autumat, hymnum, quem tum Christus dixit cū Apostolis, fuisse sex illos Psalmos, quos simul iunctos, Hebręi nominant, Magnum Alleluya, nempe Psalmum illum 112. cum quinque deinceps sequentibus. Nam & illos sex Psalmos, sub nomine Magni Alleluya, solent Hebręi ex antiquissima cōsuetudine pro gratijs agendis in Paschate, & alijs quibusdam præcipuis festis orare, & eundem hymnum in eisdem festis etiamnum percensent. At nos, quum dicere soliti simus in agendis gratijs, & benedicenda mēsa diuersis temporibus hymnos diuersos, eosque temporis quemque suo accommodos: nunc vniuersos fermę permittimus exolefcere, & tribus verbis qualibuscūque contenti, eisdemque perfunctorie mulsitatis & oscitanter abimus.

Exierunt in montem Oliueti.

Non in lectum. Proheta ait: Media nocte

furgebam, ad consistendum tibi. At Christus nec se reclinauit in lectum. Sed nos vtinam vel illud vere possemus dicere: Memor fui tui superstratum meum: Nec erat æstas iam, quum Christus a cęna transiret in montem. Erat enim non ita multo post æquinoctium vernum, & frigidam fuisse noctem vel excoliquet, quod ministri se calefaciebant ad prunas in atrio Pontificis: Sed quod nō istud tum primum fecit: apertę testatur Euangelistę, quum dicit:

Secundum consuetudinem.

IN montem ascendit, vt oraret, significans subleuandos animos a tumultu rerum humanarum in contemplationem cęlestium, quum nos ad oradum componimus. Sed nec mysterio caret Oliueti mōis cōstitutus videlicet oliuis. Erat enim in vsu publico ramus oliuę, symbolum pacis, quam Christus venerat inter hominem, Deumque diu iam disidentes compositurus. Quin & oleum, oliuę fructus, Spiritus vnctionem designat, quę Christus venit, vt ad Patrem reuerfus mitteret in discipulos: vt quę nondum portare poterant, si audirent, paulo post vnctio doceret.

Trans torrentem Cedron in villam, cui nomen Gesemani.

Torrentes Cedron Hierusalem vrbem, & montem Oliuarum interiacet: significatque Cedri vocabulū, Hebręica lingua, tristitiam. Gesemani nomen, Hebręis sonat vallem pinguis simam, seu vallem Oliueti. Nō est igitur quod putemus temere factū, vt horū locorū ista nomina tā diligēter cōmemorarint Euangelistę. Alioqui enim quum eum narrarent in montem Oliueti progressum, abundę satis dixisse putassent: nisi mysteria quędam sub istis locorum nominibus obvelasset Deus, ad quę, commemoratione nominum studiofis hominibus occasio præstaretur auxilio Spiritu eruenda: Etenim quum nulla syllaba credi possit ociosa in ea scriptura, quam scribentibus Apostolis sacer dictauit Spiritus; neque Mat. 10. passer cadat super terram sine Deo: ego nec Euangelistas ea nomina commemorasse for-

V iij tuito,

tuito, nec Hebræos locis illis indidisse (quod quid ipsi, quum sic appellabant, sequebantur) absque arcano, licet ipsis incognito, Spiritus sancti consilio, qui sub nominibus illis recondidit eruendum aliquando sacrorum mysteriorum depositum. Nam quum Cedron tristitiam designet, ac prætereâ nigredinem, sicut idem vocabulum, nomen non torrentis solum, quod commemorant Euangelistæ, sed etiâ, quod satis constat, vallis, quam torrens perlabitur, & quæ vrbem ac Gesemani villam interiacet: hæc nomina nobis (nisi somnolentia præpediat) reuocant in memoriam, quod dum sumus in hoc corpore, vt ait Apostolus, peregrinamur à Domino: planè pertranseundus est nobis, priusquâ perueniamus in montem Oliueti fructiferum, & in amœnâ villam Gesemani, villam nõ aspectu tristem & squallidam, sed omni iucunditate pinguis simam: pertranseundus est (inquam) nobis prius, vallis ac torrens Cedron, vallis lachrymarum & torrens tristitiæ, quæ sua inundatione possint peccatorum nostrorum nigredinem & sordes abluere. Quod si doloris & tristitiæ peræssi, hæc laboris & penitentia: locum, terrâ præpostere, nobis conemur in quietem, lætitiâ, cœlumquæ conuertere, perpetuo à vera felicitàte nos secludentes, in penitentiam seram & inutilem, necnon intolerandas & interminandas grûnas immergimus. Et huius quidem rei perquam salutari hæc tam apposita locorum istorum nomina nos admonent. Sed vt sunt sacrorum verba voluminû non ad vnum alligata: sensum, sed pluribus secunda mysterijs, eadem locorum vocabula tam concinne quadrat ad præsentem Christi passionis historiam, tanquam in id vnum æterna Dei prouidentia curarit ea loca quondam talibus insignienda nominibus, quæ aliquot postea seculis cû Christi facta collata, præordinatos se acerbissimæ passionis eius testes indicarent. Nam quum Cedron significet denigratum, an non illud propheticum referre videtur, quod de Christo in gloriam suam per ignominiosum tendente supplicium, liuore, cruore, sputis, illuue deformato prædictum est? Non est species ei neque decor? Porro quàm non ociose torrens quum transit, significat tristem, ipse testatus est quum diceret: Tristis est anima mea vsque ad mortem.

Matt. 26

Secuti sunt autem eum et discipuli eius.

Ioan. 13

Vnde decem videlicet, qui remaserant, sequebantur. Nam duo decimus, quæ Diabolus post buccellam ingressus euexit foras, qui magistrum nõ sequebatur vt discipulus, persequabatur vt traditor, & nimium vere locum fecit illi verbo Christi: Qui non est mecum, contra me est. Erat enim vere contra Christum, cui tum maxime moliebatur insidias, quû reliqui discipuli sequerentur ad comprecandum. Sequamur nos Christum, & Patrem prece-

Matth. 12

mur cum illo. Non emulemur Iudam, vt digrediamur à Christo, passi beneficijs eius, & laute cœnati cum eo, ne in nos cõpetat illud Propheticum: Si videres furẽ, currebas cum eo, & cum adulteris portionẽ tuam ponebas.

Sciebat & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter conuenerat Iesus illuc cû discipulis.

Iterum nobis ex occasione traditoris inculcant Euangelistæ, & inculcando cõmendant, illam Christi sanctam: cõsuetudinem cum discipulis suis in illum locum, precandi causa, commigrandi. Nam si duntaxat interdum, ac non frequenter, noctu conuenisset illuc, non habuisset proditor pro tam certo & explorato, Dominum ibi se inuenturum, vt eo ministras Pontificis, & Romanorum cohortem, velut ad rem paratam perduceret: quam si imparatam reperissent, Iudibrio se habitos ab eõ credidissent, nec abire paterentur impune.

Vbi nunc sunt isti, qui sibi videntur viri, & quasi magnum aliquid fecerint, gloriantur secum, si quando in præcipuis vigilijs, aut noctu paulo prolixius peruigilent in precando, aut mane surgant ad orandum tempestiuus: Seruator noster Christus habuit in cõsuetudine, noctes totas in somnes in oratione traducere.

Vbi sunt, qui cum, quod Publicanorû conuiuia non detestabatur, nec hominû peccatorû aspernabatur officia, voracem vocabant & bibacem vini, & (præter erat rigidum Phariseorum institutum) vix vulgaris illû virtutis hominem ducebant? At dum hypocritæ tristes, vt viderentur ab hominibus, in platearû precabantur angulo: ille placidus & benignus, peccatores ad vitæ frugẽ cõuertebat in prandio. Idem rursus in precibus solebat pernoctare sub dio, dum Phariseus hypocrita molli stertebat in lecto. Vtinam, quos pigritia sic tenet constrictos, vt imitari tam præclarû Seruatoris exemplum non sinat, velimus saltem quum nos in strato vertimus in alterum latum iamiam dormitari, has Christi peruigilias in animam reuocare, & vel breuiter, donec redeat somnus, ei gratias agere, & nostram damnare segnicie, & augmentum gratiæ precari. Certè si vel tantillum facere velimus insuetere: Facite mihi persuadere, magnum bonæ frugis incrementum breui daturum Deum.

Et dixit: sedete hic, donec vadat illuc, & orem. Et coassumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cepit contristari & mestus esse, & pauere, & tadere. Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic & vigilate mecum.

Reliquos octo iubens inferius aliquatõ sub-sistere, Petrum, Ioannem, fratremque eius Iacobum secum prouexit longius, vt quos præcipuo quodam familiaritatis priuilegio cæteris semper Apostollis antetulerat, quod etiam si nulla alia ratione fecisset, quàm quod ita voluit, nullius oculis nequam debebat esse, quia ipse bo-

Matt. 11

Matth. 6

Luc. 6

Matt. 17

ipse bonus erat. Sed inerat tamẽ & causæ, quas videri potest respexisse. Nam Petrus fidei zelo, Ioanes virginitate præcelluit, Iacobus vero fater eius omnium primus erat pro Christi nomine martyrium subiturus. Quin & hostres iam pridem glorificati corporis sui confectos & spectatores admiserat. Par erat igitur, vt quos ad tam insigne spectaculû ascuerat, & æternæ claritatis temporanea luce recreauerat, eos potissimum, quos robustiores esse conueniebat, proximos affectas sibi ad præuium passionis agonem collocaret. Cæterum aliquantum spatij progressus, tristitiam, mœstitionam, pauorem ac tædium tam acriter euectigio, ac tã acerbe in se sensit irruere: vt protinus apud eos anxiam illam vocem, oppressi pectoris indicem, ediderit.

Matt. 17

Tristis est anima mea vsq; ad mortem.

Etenim moles immensa molestarum tenendum, piumquæ, sanctissimi Seruatoris corpus infedit. Imminere iamiam, & tantum nõ adesse sensit in sidum traditoris, insensos hostes, vincula, calumnias, blasphemias, verbera, spinas, clauos, crucem, & dira per horas multas continuata supplicia. Super hæc angebat eû discipulorum terror, perditio Iudæorum, quin ipse quoque peridi proditoris interitus, indicibilis deniq; dilectæ genitricis dolor. Hæc malorum omnium cunctum ingruens tempestas cor eius piensissimum, velut ruptis aggeribus Oceanus, inundabat. Miretur aliquis fortasse, qui fieri queat, vt seruator noster Christus, quum vere Deus esset, æqualis omnipotentî Patri, tristari, dolere, & mœstus esse potuerit. Non potuisset profecto, si quemadmodum Deus erat, ita duntaxat Deus fuisset, ac nõ pariter homo. Nunc verò, quum non minus verus homo fuerit, quàm fuit verus Deus: ego nihilo magis mirandum puto, quod vulgatos humani generis affectus (qui quidẽ culpa careant) habuerit, quã homo erat: quàm quod quã Deus erat, ediderit immensa miracula. Nã si miremur Christum pauorem concipere, tædium & mœstitudinem videlicet quum esset Deus: quid ni miremur itidem esurisse, sitisse, dormisse? Si quidem & ista quum faceret, nihilominus Deus erat.

Matt. 10

Sed hic fortassis obijcias: Desino mirari quod potuit, at non mirari nequeo, quod voluit. Nam qui conuenire potest, vt qui discipulos docuit, eos non timere, qui tantum corpus possunt occidere, & post hoc non habent vltra quod faciant: eosdem nunc pertimescat ipse, idque quum nec in corpus eius possint quidquam, nisi quatenus ipse permitteret? Ad hæc quum eius Martyres prosperasse constet alacres & exultantes, & tyrânis ac tortoribus insultantes ad mortem: quo modo nõ videatur indecorum, ad imminetentem pœnam expauescere, tristari tam vehementer & concuti Christum ipsum, nempe martyrum omnium

Antesignanum & duce? An non, qui omnia prius facere cœpit, quàm docere, hac in re præcipuè præire debebat exẽplo, vt mortem alacriter ob veritatem discerentalij, ipso docente, subire? ne qui cunctatè, & timide mortem pro fide paterentur postea, eo suæ fœcioris blandirentur, quod se putarent auctorem Christum sequi. Quod tamen quum facerent, & de causæ gloria plurimum detraherent, & aliorum animos sui timoris & tristitiæ conspectu deijcerent.

Hæc atque huiusmodi aliâ qui obijciunt, neque satis in omnes causæ huius sinus intendunt oculos, neque Christi consiliû, quo suos vetuit mortem metuere, satis animaduertunt. Etenim haud illud voluit, vt nullo pacto profus horrerent necem: sed ne sic horreret, & fugerent temporaneam, vt abnegando fidem current in æternam. Fortes etenim & prudentes suos volebat milites esse, non stupidos & amêtes. Fortis est pati, quod molestum est, stupidi non sentire, quod ferat. Amentis est non timere vulnera, Prudentis verò, nullo pœnarum metu ab instituto sancto deduci, & detrectando mitiores in multo semet acerbiores immergere. Medicus, quum secandus est locus qui laborat, aut inurendus cauterio: hortatur ægrotum, vt ferat, non vt sectionis aut vitionis pœnam nullo animi horrore præsentiat. Fatetur esse dolorem, sed salutis voluptate, & atrociorum dolorû vitiatione pensandum. Quin Seruator noster Christus, et si (quum vitari non potest) mortem potius iubet tolerari, quàm vt eius metu desciscamus ab ipso (desciscimus autem, si coram mundo fidem eius abnegamus) tantum tamen abest, vt iubeat eam vim nos nature facere, ne mortem quicquam metuamus: vt etiam, vbi citra dispendium causæ datur facultas, indulgeat fugiendi supplicij libertatem. Si persecuti vos

Matt. 10

Matt. 10

(inquit) fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã. Hac indulgentia, & cauto prudentis magistri consilio, nullus Apostolorum ferè, nullus ferè tot postea seculis illustrissimorum martyrum non aliquando seruauit vitam, & in tempus, quod occulta Dei prouidentia magis prouidit idoneum, cum sua & aliorum numero sa fruge produxit. Contra tamen interdum fortes Athletæ fecerunt, vt vltro se Christianos proderent, quum nemo quæreret, vltro se offerret ad mortẽ, quû nemo posceret. Sic Deo placuit in gloria suam fidei suæ diuitias nunc occultando, callidos insidiatores fallere, nunc ostentando, crudeles persecutores incendere, dum sua se spe frustratos cernerent, & offerentes sese in mortem martyres indignarentur, nulla se fœuita posse superare. At istud fortitudinis tam arduum, & accliuè fastidium misericoors Deus non iubet scandere, eodq; nec tutû temere puto, cuius eõ prorumpere, vnde se referre pedetentim nõ potest, sed si penetrare nõ sufficit in eacumen, in periculo

lit, n. 0

batur à suis, etiam ab his, qui diligebant maxime. Nam illi tristitia, metus, pavor & tedium, quibus, ingruente supplicio crudelissimo, tam anxie afflictus est, abstinere tamen eum non potuerunt, quo minus illos inuiseret. At illi, quantumcunque diligebant eum (diligebant proculdubio vehementer) tamen in tam immenso, tam vicino, tam amantis magistri periculo, somnum potuerunt admittere.

Et dixit Petro sic: Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum?

Hic sermo Christi tam brevis, quantum habet energiam: tam mitibus verbis, quam acuto pungit aculeo? Nam dum Symonè nomine compellat illo, & illo nomine somnolentiam exprobrat: tacite subsignificat, non iam Petri vocabulo (quod ob firmitatē Christus ei pridem in diderat) hāc infirmitatem eius, & soporem satis omnino congruere. Quin ut aculeum habet suppressio nominis Petri, imò Cephe: sic aculeum habet alterum ipsa Simonis expressio. Hebraica enim lingua (nam ea Christus ei loquebatur) Simon significat audiens, significat & obediens. Atqui dum, Christo contra monente, dormiebat, iam nec audiens, nec obediens erat. At nec hos tamen solos, sed & alios aculeos quosdā Seruator noster in Petrum māsuetis istis verbis tacite mihi videtur insingere: nimirum tanquā eum fueris increparet sic: Simon, non iam Cephas dormis? Quomodo enim Cephas, hoc est, saxum, mereris appellari? quo ego te nomine ob firmitatem olim insigniui, quum tam infirmum te probes nunc, ut nec vnam horam aduersus impetentem somnū possis sustinere? Quanquam vetusto quidem nomini tuo, Simon, perquam egregie iam respōdes scilicet, quippe qui sic dormitans, quomodo voceris audiēs? aut quum ego te vigilare monuerim, quo pacto voceris obediēs, qui me vix digressio segnis & somnolentus indormias? Ego te semper Simon feci plurimi, & tu Simon dormis? Ego te tot modis honestaui, & tu Simon dormis? Tu te modo iactasti, vel moriturum mecum, & nunc Simon dormis? Ego nunc à Iudæis ac gentibus, & vtrisque deteriore Iudæa quæror ad mortem, & tu Simon dormis? Quin & vos omnes tanquā triticū satagit cribrare Satanas, & tu Simon dormis? Quid à cæteris expectare debeo, quum in tātis & tam vrgentibus non modo meis, sed & vestris ipsorum periculis etiam tu Simō dormias? Post hæc ceteros videtur solum Petrum tagere, sermonem verit ad reliquos.

Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

Orationis hic mandatur assiduitas, & non utilitas eius modo declaratur: sed etiam imensa necessitas, nempe ne remoræ in mo-

rem, carnis infirmitas animum quantumuis ad bona pròptum remoretur ac retrahat in tentationis mala præcipitem. Quis enim spiritu promptior Petro? & tamen quantum eguit aduersus carnem Dei præsidio, vel hoc declarat, quod dum illud implorare precibus dormiendo distulit, locum Dæmoni dedit, quo paulo post per carnis infirmitatē, Spiritus alacritatē retunderet, & ad negandū cum periuorio Christum percelleret. Quod si talia vsuenerunt Apostolis lignis nimirum viridibus, vt dū per somnū orationē intermitterent, intrarent in tentationem: quid in aridis fiet nobis, si ingruente periculo (quod quomodo, quæso, non ingruit, quū aduersarius noster diabolus velut Leo rugiens assidue circueat vnde quaque: querens quæ carnis infirmitate cadentē protinus inuadat ac deuoret) in tanto, in quā, periculo quid fiet nobis, nisi Christi consiliū secuti, in vigilia & oratione perstemus?

Vigilare monet Christus, sed non ad charitas, & aleam non ad crapulam, comestiones, vinum & venerem, sed ad orandum. Orare monet non interdum, sed incessanter. Orate, inquit, sine intermissione. Orare monet non dūtaxat interdū (quis enim vigilare iubet in die?) sed orationis instantiæ suadet eius etiam tēporis bonā partē addere: quod plerique totū somno solemus impendere, quo magis nos pudere miseris decet, & inanē culpā agnoscere, qui vix interdū precem breuē, & eam tamen oseitanter & somnolenti peragimus. Moner nos denique Seruator noster orare, nō vt abundemus opulentiā, nō vt delitijs affluamus, nō vt inimicis nostris malū veniat, non vt nos honoremur in hoc seculo: sed ne intremus in tentationem. Voluit nos nimirum intelligere mundana illa omnia aut noxia prorsus, aut si cum hoc vno conferantur, inanisimas nugas esse, eoquæ istud vnum velut cæterorum quodammodo collectam summam in ea prece, quam pridem discipulos docuit prudens collocauit in fine. Et ne nos inducat in tentationem: sed libera nos à malo.

Iterum secundo abiit & orauit eundem sermonem, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes, erant enim oculorum grauati, & ignorabant, quid responderent ei. Et relicto illis, iterum abiit & orauit eundem sermonem, & postis genibus orabat, dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat.

Postquam ergo discipulos sic admonuit, iterum ad orationē redijt, idemque, quod ante, rursus precatus est, sed ita tamen, vt totā rem denuo Patris volūtatī committeret. Sic enim docet nos & instanter simul & nō precisè petere, sed exitum rei totum Deo cedere: qui nec minus bene nobis vult, quam ipsi nos, & quid magis conducat, milles videt melius. Pater

Ioan. 1.

Luc. 22.

Mat. 26.

Mat. 27.

1. Petr. 5.

Luc. 18.

Matth. 6.

Mat. 16.

Matth. 6.

& 8.

Pater mi, inquit, si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua.

Pronomen illud (Mi) duplicem habet effectum. Nam & magnum exprimit affectū, & singulari modo patre Christum, patrem declarat Deum. quippe quum non creatione tantum, sicut est vnuerſis, nec adoptione, quo modo pater est Christianis, sed natura sit Dei filij pater Deus. Cæteros igitur omnes erudiens in vita precaremur: Pater noster qui es in cælis, quibus verbis Deum agnosceremus omnibus nobis vt fratribus patrem esse communem, ipse merito, qui propter Deitatem solus potest, sic affatur Patrem. Pater mi. At si quis tam superbus est, vt non contentus esse, sicut cæteri hominum, solus sibi videatur gubernari secreto spiritu Dei, nec eadem esse sorte cū cæteris: hic mihi certè videtur Christus sibi verbum arrogare, & Pater Mi, precari, non Pater noster, quum Dei communē spiritum priuatim asserit sibi, Luciferi non multum dispar, qui sic Dei sibi verbum arrogat, sicut Lucifer locum.

Iam quod ait: Si non potest calix iste transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua, satis euidenter ostendit quid Christus appellat possibile, quid impossibile: nempe nihil aliud, quàm certū & immutabile de sua morte spontaneum decretum Patris. Alioqui enim si sensisset, vel ex decursu syderum cælestiū, vel abstrusiori quopiam omnīū rerū ordine, fatōque, imminere sibi ineluctabilem moriendi necessitatem, ac tali ratione dixisset: Si non potest calix iste transire, nisi bibā illum, frustra penitus adiecit illud: Fiat voluntas tua. Quo modo enim Patris arbitrio relinqueret eam rem, cuius exitum vel aliunde pendere, quàm à Patre crederet, vel Patrem necessario, hoc est, velit, nolit, velle?

SED interea tamen dum recensemus tāta, quibus mortem sibi Christus deprecatur à Patre, & omnia supplex Patris voluntati submittit: assidue nobis contra cogitandum est, quum & Deus esset & homo, hæc illū omnia, quatenus homo erat, & non vt Deum dicere. Nam & nos, quoniam ex anima constamus & corpore, vt quædam de nobis loquimur, quæ soli cōpetant animæ: ita quædam contra loquimur, quæ soli cōpetant corpori. Nā & martyres in cælū dicimus, protinus à morte conscendere, quum eo tantum ferantur anime: & homines vicissim dicimus, quantumuis hic superbiunt, terram tamen & cineres esse, tum vita breui defunctos in vili sepulchro putrescere. Sic enim loquimur assidue, quum nec sepulchrum ingrediatur anima, nec mortē obeat: sed quæ male vixit in corpore, post corpus misere viuūt in pœna, quæ verò bene, perpetuo viuūt in bono.

Ad hunc igitur modum, quia non minus erat humanitati coniuncta atque vnita diuinitas in omnipotentē personā Christi, quàm

immortalis eius anima corpori: quod mori potuit, tam ea quæ fecit vt Deus, quæ ea quæ fecit vt homo, nō tanq̄ bipartitus in duos, sed merito, sicut vnus erat, ita sicut vnus enunciat, sic & ob deitatem suā non dubitauit dicere: Ego & Pater vnum sumus. Et, Antequā Abraham fieret, ego sum. Et propter vtrāque naturam: Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationē seculi. Et vice versa propter humanitatē solā dixit: Pater maior me est. Et, Modicū tēpus vobiscum sum. Etenim tāctū glorioſum corpus eius veraciter nobiscū præsens est, eritque semper vsque ad finē seculi sub specie panis in venerabili sacramento Eucharistiæ: corporalis tamen eius forma, in qua cū discipulis diu versatus est (de quo præsentiat modo sensit nimirum, quum diceret: Modicum tēpus vobiscū sum) Christus conscendente subtracta est. Omnia igitur ista quæ Christus hoc loco agoniz suæ vel fecit, vel passus, vel precatus est, quæ tā humilia sunt, vt nequitiam decere videantur excelſam illam sublimitatem Dei: ab illo eodem Christo facta recorderemur, vt homine, quin & quædam, vt ab inferiore humanitatis suæ parte, nempe sensibili duntaxat proficisci, quæ declararent humanæ in eo naturæ veritatem, & naturalem in alijs post hominibus horrorem solarentur.

Itorum igitur verborum, cæterarumque rerū omnium, quæ tam afflictæ humanitatis indicia series eius agonis demonstrauit, adeo nihil suæ gloriæ Christus putauit ingloriū: vt ea nimirum ipsemet diligenter euulganda curarit. Etenim quamquam quæ scripta sunt ab apostolis omnibus, ab vno pariter ipsius Spiritu vnuerſa dictata sunt: nō facile tamē aliud eius factum recorder vllum, quod tam peculiari modo curarit cōmendare memoriæ. Nā quod vehementer tristis erat, id quidem narrauit Apostolis, quod illi postea ab ipso posset tradere: cæterum quibus verbis Patrem precatus est, quum & ad lapidis iactum abessent proximi, etiam si vigilasset, & quū dormirent, si præsentis in re fuissent, non potuissent audire: quanto minus id nobis certè nec, quādo se demisit in genua, quando prostrauit in faciem? Sanguineas verò guttas illas quas toto sudauit corpore, etiam si restantes & conspicuas postea spectassent in terra, quidlibet, opinor, cogitassent potius, quàm id diuinaſsent, quod erat, quod ante nusquam contigerat, quoniam sudasse sanguinem. Sed neque cum matre postea, neque cū Apostolis ante mortē collocutus est, vt ea tū narraſſe videatur: nisi quid id putet verisimile quum ab oratione digressus rediret ad Apostolos, adhuc aut dormitantibus aut vix excitatis & semisomnibus, aut denique quū satellites essent ad manum, tum videlicet illis recensuisse totam agonis historiam. Restat igitur quod videtur verisimium, vt postquā reſurrexerit

Ioan. 10. & 8. Mat. 16.

Ioan. 14. Ioan. 16.

Luc. 22.

ta fuerint vel prolongata. tum, cuius vna gutta tam preciosa sanguinis, propter infinita eius Deitatem, ad redimendos omnes homines abunde superq; suffecisset: ei poenam putant a Deo destinatam tantam, non quantam alius vsquam aliquis passus est, sed quantam impetrabili eius sapientia visum est conuenire: Cuius modum vt nemini satis compertum, ita citra prauidicium fidei credi posse censent infra, quorundam martyru poena substituisse. At mihi certè præter vulgatam opinionem Ecclesiae, quae Hieremiae verba decenter de Hierusalem decenter ad Christum applicat: O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus, vel hic locus vehementer suadet, vt credam, nullius vnquam martyris supplicium cum passione Christi, ipsa poenarum acerbitate comparabile.

Thren. 1.

Equidem si faterer (id quod idoneis de causis non necesse habeo) cuiuspiam ex martyribus adhibita fuisse, & plura & maiora tormentorum genera, adde etiam, si placet, diuertitiora, quam, Christo: videtur tamen mihi perquam credibile sub tormentis in speciem valde minoribus atrocioram poenam Christum pertulisse, quam eorum quiscquam senserit, ea passus, eum videri possint multo molestiora, quam eum videam eximpendentis passionis angustia tanta mentis amaritudine percussam, quanta nullus mortalium vnquam omnium expectatione tormentorum fuit. Cuius enim vnquam tam acerba fuit anxietas, vt toto ex corpore guttatim in terram sanguineus sudor efflueret? Inde igitur aduentus poenae magnitudinem metior, quod aduentantis eius praesensionem supra quam vlli vnquam alij fuit, fuisse Christo tam acerba video. At nec animi valuisse vnquam in id vigoris anxietas inualecere, vt corpus suaderet omnipotens eius diuinitas non modo minuisset, sed & vires praeterea roburque tantae addidisset angustiae, quo & futurorum martyrum fundendum in terra sanguinem figuraret, & simul eos, qui ad supplicij meditationem trepidaturi forent, ne timorẽ suum ruinae praesagium interpretantis desperatione succumberent, tam nouo, tam miro, tam immensa anxietatis exemplo solaretur. Hic si quis rursus martyres illos proferat, qui ob Christi fidem alacres vltro sese offerrebant in mortem, eosque demum triumphali dignos lauro censat, quod laetitia superante dolorem nulla tristitia signa, nulla timoris argumenta protulerint: in ea re profecto ad iudicium suum licebit adscribat & meum, modo ne triumphum istis quoque denegat, qui quanta non vltro properant, apprehensi tamen, neque renitentur neque retrocedunt: sed quaquam thimentes & anxij, nihilominus ob amorem Christi, quicquid exhorrent, ferunt. Quod si maiorem illis contendat quispiam, quam his

tributam gloria: per me licebit, secũ contenti dat solus. Sat est enim mihi, quod vterque in caelo habet tantam, quantam dum viueret, nec viderat eius oculus, nec auris audierat, nec in cor eius ascenderat. Etenim quisquis in caelo praefertur, ei non alius inuider, imo quilibet potius propter amorem mutuum cuiusque gloria fruitur. Adhuc quibus cui gloria praefertur in caelo Deus, non ob in hac mortalitatis caligine palpitantibus haud hilaquam puto factis inclarescere: Nam vt hilarem datorem (factorem) diligit Deus, ita Thobiam dilexisset non dubitem, nec item beatum Iob: quorum vt vterque fortiter ac patienter calamitatem tulit: ita (quod scia) neuter ad plausum admodum aut exultauit alacriter.

1. Cor. 2.

2. Cor. 9.

Offerre se pro Christo morti, quã res aperte postulat, aut quum occulte stimulat Deus: egregiae virtutis opus esse non nego. Alioqui verò nec satis tutum reor, & praecipua ex his columina, qui sponte pro Christo sunt passi, timuisse multum, fuisse vehementer anxios, nec semel ante se subduxisse morti reperimus, quam postea tamen fortiter adierunt. At nec Deũ posse inficior, & facere aliquando confiteor (nunc pijs id tribuens antea gratia vitæ laboribus, nunc mera benignitate gratificans) vt animũ martyris totum sic impleat gaudio: vt non modo molestas illas anxietates opprimat, sed & eas quoque, quas Stoici propassiones appellant, & quibus factiosos sapientes suos omnino fatentur obnoxios, sic eminus arceat, vt non permittat accedere.

Hieron. in Mat. 5. Qui videt

Etenim quum saepe videamus accidere, vt in pugna quidã vulnera sua non sentiant, donec animus, quem vehemens abduxerat affectio quæpiam, reuerfus aduertat danum: non est quod dubitem, tanta propinquantis gloriae spe gestientem animum posse sic ferri supra se, vt neque mortem metuat, neque supplicia sentiat. Et tamen si cui donum hoc dederit Deus, ego certè vel gratuitam felicitatem potius, vel praeteritæ virtutis praemium vocauerim, quam futuræ mercedis materiam. Nam mercedem crediderim toleratæ pro Christo poenae responderi, nisi quod eã Dei liberalitas mensura tam bona, tam conferta, tam coagitata, tam supereruffante retribuit: vt non sint vlllo pacto condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in illis, qui tam impense dilexerunt Deum: vt eius gloriae tanta mentis angustia, tanto cruciatu corporis sanguinem & vitam impenderint. Quid quod interdum pro sua bonitate Deus quibusdã adimit metum, non quod magis eorum approbet, ac remuneret audaciã: sed quod talẽ eorũ nouit imbecillitatẽ, vt timori suo ferendo pares nõ essent futuri. Etenim nonnulli succubuerunt metu, qui postea tamẽ inficta tormẽta vicerunt. Iã quod attinet ad animandos alios eorum exemplo, qui mortem ferunt alacriter: non abnuerim, id multis

Luc. 6. Rom. 9.

id multis esse perutile. Sed rursus quoniã plebriq; omnes sumus ad ingruentem mortẽ timidi, quis nosse potest, quã multis profint & hi, quos quum anxios ad mortem videmus & pauidos: cernimus tamen per obiectos, & obstantes illos tædij, pauidis, angustia plusquam adamantinos obices fortiter penetrare, & effractis istis ferreis repagulis, triuphata morte caelum violenter irrupere? An non hi pusillis & timidulis homuncionibus ipsorum videlicet similibus vehementer addunt animũ, ne incubente persecutione succumbant, quanta sibi magnam sentiant tristitiam, timorem, tædiũ, & diræ mortis horrorem suboriri? Prouida igitur Dei sapientia, quæ penetrat omnia fortiter, & disponit cuncta suauiter, praesenti contentis intuitu, quo modo, quibus in locis affectus sint mentes hominum, huius aut illius sortis exempla, prout maxime cõducitura videt, temporibus, & locis accomodat. Sic pro sua prouidentia Martyrum suorũ affectus temperat, vt alius alacer ad mortẽ prouolet, alius cunctanter & timidè prorepat, nec tamen minus fortiter mortem praeferat, nisi quis ideo forte minus fortis haberi debet, quod praeter debellatos inimicos reliquos, suum etiam ipsius tædium, tristitiã, timorẽ, fortissimos affectus, & potèntissimos hostes expugnat. Ceterũ disputatio praesens tota huc deniq; tendit, vt sanctissimorum Martyru vtrumque genus admireremur, vtrumque veneremur, in vtroque laudemus Deum, vtrumque, quũ res postulat, pro suo quisque capto (prout gratia dedit Deus) imitemur. At is, qui se sentit alacrem, non tam solari habet, vt audeat: quam moneri fortassis vt metuat, ne Petri more nimium de se praesumens subito relabatur & corruat. At qui se sentit anxium, mœstum, timidum, ei nimirum vt exporrigat animum, adhibenda consolatio est.

Math. 11.

Luc. 17.

Luc. 10.

mores (cui nulla fuit vnquam agonia comparabilis) Jobnixè precemur eum, vt suæ anxietatis intuitu solari nos dignetur in nostro, & quum per illum liberari periculo praemissis angustia vehementer petimus, imitantis tamen ipsius exemplum longè saluberrimũ, petitionẽ nostram ipsius adiectione claudamur.

Matt. 27.

Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Hæc si sedulo fecerimus, nihil omnino dubitem, quin vt ipsi sic oranti consolatio veniat ab Angelo: sic & nobis per Angelũ cuiusque suum consolatio ab ipsius adferretur Spiritu, quæ nos ad ea duranda firmabit, per quæ subuehemur in caelum. Nam vt eius rei nobis certam praebet fiduciam Christus, eodem ordine, eadẽ via nos illic antecessit. Siquidẽ post diu perpessam agoniam istam, sic animo refectus est: vt surgens reuissis Apostolis traditori & tortoribus ad passionẽ se quærentibus vltro prodiret obuiam. Deinde passus (vt oportuit) introiit in gloriam suã, locum nimirum nobis eius vestigia sequentibus ibidem paraturus, quod ne nostra nos solordia frustraret, ipse propter agoniam suã nos in agone nostro dignetur adiuuare.

Luc. vlt. Ioan. 14. 1. Pet. 2.

Et quum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes pra tristitia, & ait illis: Quid dormitis? Dormite iam & requiescite. Sufficit, surgite & orate ne intretis in tentationem. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui me tradet, prope est.

Ecce, iam tertio reuissente Christo somno sepultos Apostolos, quos sustinere secum, & impendente periculo precibus inuigilare mandauerat, dum traditor interim ludas ita totus in prodendo Domino in vigili cura versatur, vt ne cogitandi quidẽ de somno vilis illi sit relictus locus. An non in hac disparitate traditoris & Apostolorum nobis iam inde succedentium ad nostram vsque ætatẽ temporũ velut in speculo quodam figura non minus clara, quam tristis & horrenda relucet? Cur non hic contemplentur Episcopi somnolentiam suã? qui sicut in Apostolorum succedent locũ, sic vtinam virtutes eorũ perinde nobis referret, vt & auctoritatem libenter amplectuntur, & ignauam istã illorũ dormitantia representant. Nam plerique ferendis in populo virtutibus & asserendæ veritati dormiunt: dũ inimici Christi serendis vitijs, eradicandæ fidei, hoc est, quoad in ipsis est, apprehendendo Christo, iterũque crudeliter crucifigendo peruigilant, tãto sunt (vt Christus ait) prudẽtiores filijs lucis filij tenebrarum in generatione sua. Cæterum hæc similitudo dormientium Apostolorum, quam valde competit in hoc Episcopos, quidam virtus & fides veniunt in discrimen, dormiant: non omnibus tamen huiusmodi Praesulibus vsquequaq; conuenit. Nam sunt ex his (heu) multo plures quam vellem, qui non præ tristitia

tristitia (sicut Apostolis accidit) mœsti labuntur in somnū: sed sopiti & sepulti perniciosi affectibus, nempe dæmonis, carnis, & mundi inulto ebrii, velut sues in cœnū se puoluētes, indormiunt. Enimvero laudandi fuit affectus, quod in magistri sui periculo tristabatur Apostoli: verū quod tristitia sic superati sunt, ut totos se somno dederint, id certe vitium fuit. Quin mœrere quoq; pereunte mundo, & aliorū illa chrymare flagitijs, pię mentis esse sensit, qui dixit: Sedebā solitarius & gemebā. Et qui irē illud: Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Huius itaque generis tristitiam in ea parte posuerim, de qua dicit.

Sed ita tamen posuerim, si affectū illū quantumvis bonū præses infrenet ratio. Nam aliqui si sic perstringat animū dolor, ut oppresso vigore mentis ratio remittat habenas, ac sicut ignauus gubernator nauis ad fragorē tempestatis animo concidens temonem deserit, atque in angulū quempiam tristis semet abiciens, puppim permittit fluctibus, sic Episcopus mœstitię lux somno superatus ea relinquat infecta, quæ in salutē gregis, officij sui locus efflagitat: hanc ego certe tristitiam cōferre & comparare non dubitem cum ea tristitia quæ ducit, ut ait, ad infernum, imo adeo longe postposuerim, quoniā in re diuina speciem quandam habet animi desperantis de Deo.

Proximū huic generi locū tenent, sed multo deteriorē, quos nō ob aliorū pericula deijcit mœstitudo, sed mali timor in ferendi sibi, id est, timor etiam ipse tanto nequior, quanto magis contemni debet, quod metuitur, nēpe quum non capitis res agitur, sed pecunię. Et tamen ipsius corporis iacturam iubet Christus ipsius causa contemni. Ne terreamini (inquit) ab his, qui occidunt corpus, & posthęc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: Timeate eum, qui postquam occiderit corpus habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timeate. Et quum hoc in commune præcipiat omnibus, quando deprehensis nullū patet effugium, Præsulum honori seorsum onus iniungit amplius, ut pote quos nō de sua dumtaxat anima finit esse sollicitos, nec tantisper in silentio delitescere, donec protracti cogatur aut palam fateri quod sentiunt, aut dissimulare mendacio: sed si creditum sibi gregem videant in periculo, prodire voluit eos, & dum gregi profint, periculis vltro semet ipsos offerre. Bonus pastor, inquit Christus, animam suam ponit pro ouibus suis. Quod si bonus quisque pastor animā suam ponit pro ouibus suis, certe qui cum ouium damno animā suę parci, bonum pastorem non agit. Quamobrē sicut qui perdit animā pro Christo (pro Christo enim perdit, qui mandato Christi perdit pro grege) in vitam æternā cu-

stodit eam: sic qui Christum negando (negat enim, qui in damnū gregis conticescens, veritatem non fatetur) hic animam seruādo, planē pergit perdere. Quanto magis, si subactus metu, verbis etiam neget & desinat publice? Tales cum Petro non dormiunt, sed cum Petro vigilantes pernegant: sed respiciētes eos Christo per eius perique gratiam delictum illud aliquando fletu saluifero deletur, si modo respicienti & ad pœnitentiam familiariter inuitanti Christo, verborum eius memores, & pœnitentiam contemplantes, exeuntesq; foras ab his malorum pedicis quæ eos peccatis incluserant, cordis amaritudine & conuersione respondeant. Cæterum si quis vsque adeo malicia inualecat, ut non metu veritatem taceat, sed cum Arrio, Ariūque similibus doctrinam falsam vel quætu turpi, vel ambitione pestilenti prædicet: hic non cum Petro dormit, neque cum Petro denegat, sed cum Iuda scelerato vigilat, Christumque cum Iuda persequitur. Huius igitur quam sit supra cæteros valde periculosa conditio, Iudæ nimirum docet tristis & horrendus exitus.

At quum sit misericordis Dei nullo sine clausa benignitas, nec isti quidem peccatorum generi venia desperanda est. Multas etiam Iudæ respiciēdi præbuit ansas Deus. E conuictu suo non eiecit, non Apostolatus ademit dignitatem. At neque loculos ei, quam fur erat, abstulit. Vltima in cœna dilectis discipulis traditorem admisit socium. Ad pedes proditoris procumbere dignatus est & sordidos eius pedes sordidissimæ menti simillimos manibus suis innocuis et sacrosanctis abluere. Adhęc incomparabili bonitate sub forma panis edendum præbuit illud ipsum corpus suum, quod proditor iam vendiderat: bibendumque sub vini specie dedit illum sanguinem, quem traditor interea dum bibit, per scelus meditatur effundere.

Postremo verō venientem cum satellitio ad se comprehendendum et osculum offerentem, osculum, inquam proditoris abominandę telleram mansuetus & mitis admisit. Quis non crederet, quiduis horum omnium traditoris animum quantumvis additum sceleri, ad saniora consilia potuisse flectere? Quin & illud initium pœnitendi, quum se peccasse fateretur, & referret argenteos, quumq; non recipere, abijceret, simulque se clamaret traditorem, & sanguinem diceret etiam iustum tradidisse: hætenus profecto Seruatori illi Christum crediderim suggessisse, ut fieri posset, hoc est, si proditioni proditor desperationē nō adijceret, illū etiā ipsum seruaret ab interitu, a quo tā recēter ipse tā per se debebatur ad mortem. Ergo quum tam multis modis Deus ipsius etiam Iudæ quamquā proditoris ex Apostolo facti, valde tamen se misertum probet, tam sæpe inuitarit ad veniam

veniam, nec nisi per solam desperationē perire passus est: certe de quoquā imitatore Iudæ non est quod hac in vita quisquam debeat desperare. Imo secundum illud Apostoli sanctum consilium quum ait: Orate pro inuicem ut saluemini: Si quæ videamus à via recta vehementer aberrare, rediturū aliquando in semitam speremus, supplicesq; interea sedulo præcæmur, ut respiciēdi & Deus ei ansas porrigat, & ille pariter ad hoc iuuante Deo porrectas arripiat auidē, arreptas teneat, & neque per maliciam abijciat, neque per seigniciem miserè patiatur elabi. Dormientes igitur quum iam tertio Christus inuenisset Apostolos, ait illis: Quid dormitis? tanquam diceret: Nō est nunc dormiendi tempus, sed vigilandi necessarium tempus est, & orandi, cuius ego rei tā recēter bis modo vos admonui. Qui quū secunda vice dormientes inuenit nesciebant, quid responderent ei, nunc in eadem culpa tā cito deprehensi tertio, quid excusationis idoneę potuissent comminisci? An quod Euangelista commemorat, eo se poterat excusare, videlicet si dixissent dormire se præ tristitia? At id commemorat quidem Lucas. Verum enimvero non laudat. Tristitiam tamen eorum insinuat fuisse (sicut erat certe) laudabilem. At non vitio tamen somnus inde sequens caruit. Etenim tristitia quæ sit eius generis ut magni sit præmij capax, in magnum aliquando malū tendit, utiq; si nos sic absorbeat, ut eam reddamus inutilem, dum non ad Deum votis & oratione recurrimus consolari petentes ab ipso: sed quadam animi deiectione ac desperantis imagine velut refugientes tristitię nostrę sensum, solamen aucupamur à somno, neq; tamen, quod venamur, affequimur somno, consolatione perditā quam vigilibus precibus impetrare potuissim à Deo, mētis anxie molestum pondus sub ipso etiam somno sentimus, pariterq; in tentationes, & diaboli structas insidias oculis clausis impingimus. Christus igitur velut omnem huius dormitantię defensionem præscindens, Quid dormitis, inquit? Dormite iam & requiescite. Sufficit, surgite, & orate ne intretis in tentationem. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce, qui me tradet, propè est. Et adhuc Iesu loquente, ecce Iudas Iscariotis, etc.

Dormitantes Apostolos Christus protinus ut excitauit tertio, ironia non illa quidem leuicula & iocosa, qualibus solent homines diceces & ociosi ludere, sed seriā grauiq; percelluit: Dormite, inquit, iam & requiescite. Sufficit, surgite et orate ne intretis in tentationem. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce qui me tradet, propè est. Et adhuc eo loquente Iudas etc. En sic indulget somnū, ut plane se probet adimere. Nam quum vix dixisset: Dormite, sabianxit illico: Sufficit,

quasi dicat: Non est nunc necesse ut dormitis diutius. Sufficit enim quod quo maxime tempore vigilare debebatis, hætenus (etiā me vetante) dormitastis. Nunc non modo non dormiēdi tēpus superest, sed ne sedēdi quidē. Sed surgendum vobis est illicit, atque orandū ut non intretis in tentationem, per quam cōtingat vobis, ut magno me cum scandalo deseratis. Nam alioqui quod ad somnū attinet, dormite iam & requiescite, per me licebit, videlicet, si potestis. Sed certe non poteritis. Nā aduentant prope, & tantum non adsunt, qui somnum istum oscitantibus vobis excutiant. Ecce enim appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & ecce qui me tradet prope est. Quumq; tam pauca vix eos admoneret, adhuc eo loquente ecce Iudas Iscariotis etc.

Non sum nescius, è viris eruditiss & sanctis aliquos expositionem istam non admittente, quam tamen alijs & eruditiss simul & sanctis placuisse constentur. Nec horrent tamen illud ironiæ genus: quod alij quidam faciūt pij quidem & illi, sed in loquendi figuris, quas è vulgari sermone sumptas habet in vsu scriptura sacra, non satis exercitati. Nam alioqui tā sæpe reperissent alibi, ut hoc in loco non posset offendere. Quid enim illa ironia falsus ac facetius, qua beatus apostolus lepide perstringat Corinthios, petēs videlicet veniam, quod eorum neminem sumptu vel impensa grauauerat? Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris Ecclesijs, nisi quod ego ipse non grauauit vos? Donate, mihi hanc iniuriā. Quid illa ironia fortius aut mordacius, qua propheta Dei prophetas Baal surdam eius statuā in clamantes irrisit? Clamate (inquit) altius, nam Deus vester dormit, aut aliquo fortassis pegrinatus est. Hęc adferre libuit obiter propter eos, qui pia quadam simplicitate non ferentes in scripturæ sacra, vel certe non aduertentes vsitatas illas pœsim loquendi formas, dum deflectunt à figura sermonis, à genuino pariter scripturæ sensu perquam frequenter aberrant. Cæterum hoc in loco D. Augustinus nō displicere sibi dicit interpretationem illā, quā attuli, sed non esse necessariā. Simplicem enim sermonem citra figuram sufficere. Quod ut doceat, eundem locum sic interpretatur ipse in eo opere quod scripsit de concordia Evangelistarum. Videtur, inquit, hic sermo secundum Mattheum sibi ipse esse contrarius. Quo modo enim dixit, Dormite iam & requiescite, quam connectat: Surgite, eamus? Qua velut repugnantia commoti quidam conantur ita pronunciare, quod dictum est: Dormite iam & requiescite, tanquam ab exprobrante, non à permittente sit dictum. Quod rectè fieret, si esset necesse. Quum vero Marcus ita commemorauerit, ut quum dixisset: Dormite iam & requiescite, adiungeret: Sufficit, & deinde inferret: venit hora, ecce tradetur filius hominis utique

Matt. 10.

Ioan. 15

Matt. 26.

2. Cor. 12

1. Reg. 18

Augusti.

vtiq; intelligitur post illud, quod eis dictū est: Dormite & requiescite, siluisse Dominū aliquantum, vt hoc fieret, quod permiserat, & tunc intulisse: Ecce appropinquauit hora. Propter quod secundum Marcum positū est: Sufficit, id est quod iam requieuitis. Acute quid ē ista beatissimus Augustinus: vt omnia, verum qui diuersam viam secuti sunt, his opinor non visum probabile, quod Christus, qui bis iam increpauerat, quod instante sua captione dormiebant, protinus vbi sugillado dixisset: Quid dormitis, dormiendi tempus indulsit tum præsertim, quum propter quod prius abstinere somno debuerint, id nunc tā prope pro foribus (vt aiunt) iugrueret. Verū vtraq; nunc interpretatione proposita sequi fas erit cuique, vtram visum fuerit. Ego tantum vtramque recensere statui, non item sententiam meā (qui nihil sum) velut arbiter honorarius interponere.

Surgite, & orate vt non intretis in tentationem.

Prius vigilare iussit & orare, nunc vbi bis experti sunt per sedendi segnicie somnum sibi surrepere: aduersus ignauium illum somnolentia morbum præsentaneum docet remedium, surgere. Quod remedij genus velut ab ipso Seruatore traditum vti nam vel interdum per intertempus noctem liberet experi. Hic enim non illud modo comperiremus verum, quod (vt ait Horatius) dimidium facti qui cœpit, habet: sed etiam quod qui cœpit, illicet habet totum. Nam quū aduersus somnum cōsisturi sumus, prima coitio semper est acerrima. Itaq; non est lucta sensim superandus somnus, sed illecebrosa brachia, quibus nos amplectitur & reclinat, semel impetu diuellenda sunt, nobisq; protinus ab eo prouendū. Tum vero, vbi semel somnum desidem, mortis videlicet imaginem reiecerimus: vitæ succedat alacritas. Tum si meditationi nos & orationi dederimus, in opaco illo noctis silentio collectus animus longe se capaciorem sentiet consolationis diuinæ: quum diurno strepitu tot circumfusa negocia, oculos, aures & mentem distrahant & in varia non minus vana quā diuersa dispergunt. Sed o Christe salutarifer, quum nonnunquam nobis de re quāpiam leuicula, quæ quidem ad mundum pertinet, cogitatio sic interrumpat somnum, vt longo tempore teneat vigilēs, ac vix aliquando finat redormiscere: aduersus tam immensam animæ procurandam frugē, inter tot dispositas pestilentis hostis insidias, in tanto periculis non expergiscimur ad orandū, sed somnia speculantes mandragoræ indormimus. At illud nobis assidue memorandum est, quod nō simpliciter Christus iussit surgere, sed surgētes iussit orare. Neque enim sufficit surgere, nisi surgamus ad bonum. Alioquin enim minus peccet, si quis tempus perderet

ignaua somnolentia: quam si tempus per maliciam vigilem sedulo flagitijs impenderet. At nec orare quidem tantum iubet, sed etiam cū orandi necessitate docet quid orare debebat: Orate, inquit, ne intretis in tentationem. Hoc vnum iterum atque iterum inculcauit eis: orationem aduersus tentationem vnicū esse præsidium, quod quisquis in arcem animæ nō admittit, sed somno se dedens excludit, obsidentis eam diaboli satellites, tentationes videlicet malas per inertiam finit irrumperere. Ter & illos orare verbis monuit: tum ne verbo tantū docuisse videretur, vt simul doceret exemplo, ter orauit & ipse, nimirū illud insinuans, orandam esse Trinitatem nobis. Patrem scilicet ingentium, genitumq; ab eo coæqualem filium, & vtrique comparem, procedentem ab vtrique Spiritum. Ab illis tribus oranda pariter tria: nempe de præteritis veniam, ad tractanda presentia gratiam, & aduersus futura cautelam. Verum hæc non segnit & oscitanter orāda, sed incessanter & feruide. A quo precandi modo pleriq; omnes quam nūc procul absfumus, & sua priuatiū quemque docet conscientia, & Deum precor ne paulatim publicè minor minorq; que quotidie proueniens ab oratione fructus ostendat. Veruntamen quoniā paulo iam ante eam partem, quam potui vehementer incubui, vt id genus orationis incesserem, quæ non attentum habet animum, sed mobilem & in multa vagantem, ne immitis in morem chirurgi videar vlcus tam vulgare nimis inletemer attingere, multiq; teneioris animi mortalibus non medicinam adferre, sed dolorem & spem consequendæ salutis adimere: libet & Gerfone malagma profere, quod leniat. Vtitur enim is ad curandos animæ phlegmones anxios lenientibus quibusdam rebus, quæ medicinis illis proportionē respondeant, quas ad mitigandos corporis dolores Medici vocant ano dyna. Ioannes ergo Gerfon vir eruditionis eximie, & mitissimus attrictator afflictæ conscientia, quū aliquos, opinor, videret, quos mentis illa distractio tam valde habuit anxios, vt singula subinde verba suarum precum molesta quadam battalogia repeterent, neque tamē quicquam proficerent, interdum etiam tertia vice, quam prima plus suā sibi displiceret oratio, quo fiebat, vt concepto tædio omnem orandi consolationem perderent, aliquibus etiam precandi consuetudinem velut inutilem se precantibus, aut etiam quod verebantur noxiam, relicturis: homo, inquam, pius quo tam anxiam illis molestiam mitigaret, tria quædam in precando notauit: actum, virtutem, habitum. Ceterum quo, quid volebat, redderet dilucidius, rem proponit per exemplum eius, qui ad S. Iacobum peregre proficiscitur ex Gallia. Nam is interdum & pergit in itinere, & simul secū de Diuo illo & insitudo suo meditat. Hic toto igitur hoc tempore peregrinationem suā dupliciter

pliciter actū cōtinuat, nepe (vt Gerfonis ipsius verbis vtar) cōtinuitate naturæ & cōtinuitate moris: naturæ, quia actū, hoc est ipsa re versus illum locum progreditur moris: quia versatur eius cogitatio circa peregrinationis suæ materiam. Morem enim appellat molestem illam formam, qua proficiscēdi actus alioqui de se indifferens, ex pia perfectionis causa perficitur. Interdum vero se promouet in via sua, quum alias res animo versans, neque de sancto, neque de loco quicquam interea cogitat, cogitans fortasse sanctiora veluti de Deo ipso. Iam naturæ actū peregrinationem cōtinuat, moris vero non item. Neque enim vt actū pedem promouet, sic actū quoque de causa cogitat, ob quam proficiscitur, vt nec ipsa fortasse de via. Sed quamquam non actū moris peregrinationem suam, moris tamen virtutem cōtinuat. Totum enim hunc actū ambulandi naturalem, pium ab initio propositum tacite conquitans, morali virtute imbuunt & informat, quandoquidem à prima illa voluntate totus hic motus sequitur, sicut ab impulsu primo retracta manu iactus procurrit lapis.

Nonnunquā vero adest actus moris, quum non actus naturæ, nempe quoties de peregrinatione cogitat sedens fortasse, non ambulans. Frequenter denique actus vterque subtrahitur: vt pote dum dorminus, quum neque naturæ actū peregrinus ambulat, neque moris actū quicquam de peregrinatione cogitat, in terea tamen virtus moris nullo reiecta proposito remanet & persistit in habitu. Nunquam igitur vere rumpitur hæc peregrinatio, quin habitu saltem perduret ac perseveret ad meritum: nisi quum contraria voluntas opponitur, aut peregrinationis desideria penitus, aut in aliud saltem tempus differendæ. Hæc igitur similitudine peregrinationis paria de oratione concludit, eam videlicet, ex quo semel adhibita cum attentione cœpta est, nunquam postea sic interrumpi posse, quin primi propositi virtus maneat ac perduret assidue, actū videlicet aut habitu, quāmdiu nec apposita voluntate definendi relinquitur, nec opposito mortali peccato perimitur. Hinc citra figuram vllam sermone puro & simpliciter dictum ait illud à Christo: Oportet semper orare & non desicere, vereq; item & simpliciter ad verbum à bonis hominibus impleri. Quam sententiam suam trito illo Doctorum adagio confirmat: Qui bene viuit, semper orat, nempe quod is qui ex Apostoli præscripto omnia facit in gloriam Dei, semel attempte cœptam orationem nunquam post interrumpat sic, quominus eius virtus ad meritum, quamquam non actū, habitu tamen permaneat.

Lucæ 19.
1. The. 5.

Hæc vir eruditissimus idēque optimus Ioannes Gerfon in eo tradit opusculo, quod de oratione & eius valore composuit, sed ita ta-

men tradit, vt eis illa velit esse solatio, qui minus anxie tristantur quod inter orandum animus auferatur incautis, quum sedulo conentur attendere, non vt alij fallā sibi persuasione blandiantur, quasi tui sint, quum cogitare de precibus secura supinitate non curant. Nam quum tantam rem tam negligenter agimus, preces quidem dicimus, sed non precamur, neque (quod ante dixi) Deum nobis reddimus propitium, sed iratum procul auertimus. Siquidem quis miretur, si indignetur Deus, quum tam contemptum se ab homuncione cernit appellari? Quomodo enim Deum non adit & appellat contemptum, qui Deo dicit: Exaudi Deus orationē meā, quum animo interim in alias res inanes & nugaces, atq; vti nam non interdū impias auerfo, suam ipse vocem non exaudiat: sed dictatas preces vsu tritas infcius & ignarus immurmurans (vt ait Maro) dat sine mente sonum. Itaque sic plerumque dicta oratione discedimus: vt alia oratione protinus egeamus, qua de prioris oscitantia precemur veniam. Christus igitur quum Apostolis diceret: Surgite & orate, ne intretis in tentationē, vt ostenderet non sufficere somnolentam orationem ac tepidam admonuit ilico, quantum impendebat periculi: Ecce (inquit) appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, perinde ac si diceret: prædixi vobis ab vno vestrum me tradendum, exhorruitis ad verbum. Prædixi Satanam vos, vt velut triticum cribraret, expetere, illud oscitantem audistis, neque enim respondistis quicquam, tanquam eius tentatio parū formidolosa foret. Ego, vt quam non contemnenda res esset tētatio sentiretis, prædixi fore, vt omnes in me scandalum pateremini. Omnes hoc futurū negastis, ei qui id negauit maxime, prædixi fore, vt priusquā cantaret Gallus, ipse me ter negaret. Institit affirmare non futurū, sed moriturum mecum potius, quā me negaturum. Similiter & omnes dixistis. Ego, ne tentationē rem tam leuem duceretis, iterum atq; iterum vos vigilare iussit, & orare ne in tentationem intraretis, & vos tam procul tamen ab æstimanda tentationis violentia semper abfuitis, vt nec orare aduersus eam nec vigilare curaueritis, animati fortasse inde ad contemnendas Diabolicæ tentationis vires, quod quū ego vos pridē emisisssem binos & binos ad prædicandā fidē, reditēs renūciastis mihi, etiā dæmones fuisse subiectos vobis. Sed ego, cui & dæmonū natura simul et vestra penitus est nota quā vobis, quippe qui vtramq; condidi: vos ē vestigio monui, ne in tali vanitate gloriaremini, quū illā subiectionē dæmonū neq; vestre vires effecerint, & aliorū causa, qui vertendi ad fidem erant, ipse fecissem, non vestra: sed solido potius gaudio gloriaremini, quod nomina vestra scripta sint in libro vitæ. Hoc enim ad vos in solidum pertinere, quod illud gaudium semel assecuti non

Gerfon.

non

non admittentibus aduersus vos demonū phalangis omnibus vnquam possitis amittere. Sed vobis tamen aduersus eos exercita tum potestas sic crexit animos: vt eorum tentationes videamini tanquam res parui momenti contemnere. Haestenus igitur ad eas, quanquā impensurum praedixi hac ipsa nocte periculum, tamen velut è longinquo spectastis. Nunc vero vos admoeneo, non ipsam tantum noctem, sed & ipsam etiam horam adesse. Nam ecce, appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Nunc ergo non est amplius sedendi & dormiendi locus, sed vigilandi necessitas & orandi vix momentū reliquū. Nūc igitur nō vt in re futura praedico, sed in re presenti protinus vobis edico. Surgite eamus: ecce, qui me tradet, prope est. Si vigilare nō vultis vt possitis orare, surgite saltem & abite prope, ne non contingat euadere. Nam, ecce, qui me tradet prope est. Nisi fortassis ideo potius dixit: Surgite, eamus, non vt timide fugerent: sed vt fidenter occurrerent. Sic enim fecit ipse. Siquidem non in diuersam partem se diuertit retro, sed simul secū dicto, viā ad se gladiatorio animo affectantibus vitro offert obuium. Talia adhuc loquente Iesu, ecce Iudas Scariothis vnus ex duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus missi à principibus sacerdotum & Scribis & senioribus populi. Esti nihil potest esse validius ad salutem, & Christiano pectori quodque virtutum genus inferendum, quam si quis pio cum affectu feriens passionis Christi meditetur: fecerit tamen haud infalubriter qui tēporis illius historiam de dormientibus discipulis, quum traderetur filius hominis, ad imaginem ac mysterium temporis futuri transtulerit. Etenim Christus ad redimendum hominem vere factus est filius hominis, nempe quanquam sine virili femine conceptus, vere tamen à primis propagatus hominibus, eoque veraciter filius Adā: vt ipsius posteritatem, parentum culpa perditam, & miseris modis abiectam, in plussquam pristinam felicitatem sua passione reponeret. Hanc ob rem, quum esset Deus, assidue tamen se (quod erat verus homo) filium vocabat hominis: assidue videlicet nobis insinuans mortis suae beneficium, eius naturae cōmemoratione, quae sola mori potuit. Siquidem, quanquam moriebatur Deus, eo moriente qui erat Deus: non tamen subiit mortem eius Deitas, sed duntaxat humanitas, imo corpus tantum, si naturae potius vim, quā vocis vsum perpendamus. Mori namque dicitur homo, quū anima corpus relinquit mortuum, immortalis ipsa digrediens. Ceterum quando non tantum naturae nostrae vocabulo delectatus est, sed & naturam nostram ei collibitum est pro nostra salute sumere, postremo vero vniuersos nos, quos sacramentis salutaribus et fide regenuit, velut in vnus corporis compaginem adglutinare sibi, suorum etiam nominum parti-

icipatione dignatus (sic enim fideles omnes & Deos scriptura vocat & Christos) non absurdos facturos putē, si toties timeamus tempus appropinquare, quo filius hominis Christus tradetur in manus peccatorum: quoties cōspicamur imminere periculum, ne in manus impiorū hominū corpus Christi mysticū, Ecclesia Christi, Christianus videlicet populus pessundet, quam rem nullo iam diu saculo (proh dolor) alicunde non videmus acciderē, dum alias alibi, partes alias truculenti Turcae Christianae ditionis inuadunt, alias intestino dissidio multiplices haeticorum sectae dilacerant. Talia ergo vbicumque videmus, aut quantumuis procul audimus exoriri: cogitemus non esse nobis desidendi tempus & dormiendi, sed surgendum esse protinus, & quo modo possimus, si minus aliter, precibus saltem nostris aliorum periculo succurrendum. Nec enim segniter accipienda res est, quia longius absit à nobis. Quippe si poetae Comici valde illa probatur oratio: homo quum sim, humani nihil à me alienum puto: quo nō dignum vituperio fuerit, Christianos ad pericula Christianorum sterere? Itaque Christus, vt istud insinaret nobis, nos eos tantum quos collocarat propius, sed & illos quoque, quos longius fecit subsistere, vigilare similiter monuit & orare. Quin si nos aliorum mala, quod absint longius, nihil fortasse commoueat: commoueat saltem nostrū ipsorum periculum. Siquidem habemus metuere, ne pernicies ab illis viam sibi struat ad nos, nempe multis exemplis edocti quanta sit vis rapidē se proruentis incendij, & prouolantis pestilentiae quam formidolosa cōtagio. Quū igitur inane sit humanū omne praesidiū absq; malorū depulsore Deo, huius Euangelici verbi semper meminerimus, semperq; putemus Christum ipsum sua nobis verba rursus ingerere: Quid dormitis? Surgite & orate ne intretis in tentationem.

Occurrit hic nobis & aliud, quod tū quoque traditur Christus in manus peccatorū, quum sacrosanctum eius corpus in sacramento consecratur, & attrectatur ab incestis, flagitiosis, & sacrilegis sacerdotibus. Talia quum videmus accidere (accidit heu nimium saepe) ab ipso nobis Christo rursus putemus hoc dici: Quid dormitis? Vigilare, surgite, & orate ne intretis in tentationem, nam filius hominis traditur in manus peccatorum. Etenim ab exemplis malorum sacerdotum, vitiorum labores facile dimanat in populum, quantoq; minus ij idonei sunt ad impetrandam gratiā, ad quos vigilandi & orandi pro populo spectat officij: tāto nimirū magis opus habet populū vt vigilet, surgat & impēsus oret ipse pro se: nec pro se tantum, sed & pro presbyteris eiusmodi. Nam ex magno populi bono fuerit, sacerdotes malos fieri meliores.

Denique peculiari quodam modo traditur Christus in manus peccatorum apud eius secte

Eucha-
ristia.

secte populos, qui quū venerabile sacramentū Eucharistiae & recipiūt sepius & sancti videri volūt honorare, quia cōtra morē publicū sine vlla necessitate, sed nō absq; magna ecclesiae catholicae cōtumelia recipiunt sub vtraq; specie, receptum tamē sub honoris specie blasphemādum & verū alij panē & vinū verū appellant, alij (quod immanē deteri? est) nō modo panē & vinū verū, sed etiā merū vocant. Nā verum Christi corpus, cuius id appellat nomine, cōtineri in sacramento pnegat. Quā rē quū iā tandē facere instituit cōtra scripturas aperitissimas cōtra sanctorū omnium interpretationes planissimas, cōtra totius Ecclesiae tot seculorum fidē constantissimam, contra tot miraculorum milibus testatissimam veritatem, qui posteriore isto infidelitatis genere laborant, & è duobus longe deteriore: quātulum precor ab illis absint, qui Christū ista nocte ceperunt? quātulum ab illis Pilati satellitibus, qui per ludibriū genua corā Christo flectentes velut honorem deferētes insultabant appellantes eum Iudaeorum regē, vt isti flexis genibus Eucharistiā vocant corpus Christi, quod se fatētur nihil magis credere, quam Pilati milites Christum crediderunt regem. Quoties igitur audimus eiusmodi mala populis alijs quantumuis procul disitis accidere: Christum protinus nobis putemus ingerere: Quid dormitis? surgite & orate ne intretis in tentationem. Siquidem vbicumque; hodie pestis illa desquit acerbissimē, non vniuersos vna die morbus arripuit: sed morasensim inualecente contagio, dum ij quoque, qui initio abominatur, post audire sustinentes aspernantur seignius, deinde prauas confabulationes ferunt, post & auferuntur, Cancris in morem (vt ait Apostolus) serpens morbus totam postremo patriam occupat. Vigilemus ergo, surgamus & oremus assidue, & vt illi respiscat prope, quotquot ad hunc modū miserē Satanā deceptione desipiunt: & nos ne patiatur vnquam Deus in eiusmodi genus tentationis intrare, neve Diabolus vnquam sinat ad litora nostra procellas istius suę tempestatis obuoluere. Sed haestenus in haec mysteria digressi, redeamus nunc ad historiam.

Iudas ergo, quum accepisset cohortem à Pontificibus, & à Pharisaeis ministros, venit illuc cū Lateranensis et facibus. Et adhuc Iesu loquēte, ecce, Iudas Scariothis vnus ex duodecim, & cū eo turba multa cū gladijs & fustibus missi à principibus sacerdotū & Scribis & senioribus populi. Dederat autem traditor eis signum.

Cohortē, quam Euangelistae commemorat proditori traditam à Pontificibus, ego Romā crediderim Pontificibus à Pilato permissam, cui cohorti suos ipsorum ministros Pharisaei, Scribae & populi Seniores adiunxerant, aut nō satis fidentes Praesidis militibus, aut etiā iuuantes numero, ne quo subitatio tumultu per noctē exorto Christus eriperetur aut (quod

illi fortassis affectabant praeterea) vt nullo per tenebras elabente, cuncti pariter Apostoli cōprehenderentur. Cuius propositi ne composites esse possent, eius ipsius fecit potentia: qui ideo captus est ipse, quia solus apprehendi voluit. Fumidas accendūt faces & lucis malignae lucernas, quibus illustrem iustitiae solem possent per tenebras peccatorum cernere: non vt ab illius illuminarentur lumine, qui illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundum: sed vt aeternum iumen eius quod obscurari non potest, extinguerent: missi videlicet similes mittentium, qui propter traditiones suas obruere laborabant legem Dei.

Quorum per vestigia Christum etiam nūc persequuntur illi, quicumque; in suam gloriam fatagunt diuinę gloriae splendore obubrere. Sed dignū est hoc loco diligēter aduertere assidue se vertentē humanarū rerum vicissitudinem. Nam non totā sex dies praeterierant, ex quo & gentes ob insignia Christi miracula cum tanta vitae sanctitate iuncta Christum cupiebant aspiciere. Iudaei vero aequitatem Hierosolymam mirum quam reuerenter exceperint. At nunc Gentibus Iudaei iuncti tanquam latronē veniunt comprehendēri, idq; nō comite modo, sed duce quoque, Ceteribus & Iudaeis omnibus deteriore, Iuda. Quae ex re prebēdū curauit in sua morte Christus documentum istud oibus insignne mortalibus, ne quisquā stabilem promittat sibi ne se iā stare fortunā, ne christiana praesertim vllus ambiat (quippe qui caelū sperat) huius mundi despuendam gloriam. Autores mittendae contra Christum turbae sacerdotes erant, imo sacerdotum principes, Pharisaei, Scribae & seniores populi. Siquidem vt quod iue natura est optimum, ita quum semel coepit in diuersum tendere, euadit tādem pessimū. Sic Lucifer inter caelestes Angelos à Deo creatus eximius, vbi se superbię corruptionem dedit: factus est demōnū deterrimus. Sic non vulgi sex, sed Seniores populi, Scribae Pharisaei, Sacerdotes & Pōtifices sacerdotum principes, ad quorum spectabat officium, vt iustitiam curarent, & Dei negocium promouerent: ij potissimum conspirarunt in vnu, vt iustitiae solem extinguerent, & vniū genitum Dei filium perimerent, eo vesaniae transtuerfos egit Auaritia, Fastus, Inuidia. At hoc non transeunt aspiciendum est, sed cōtemplandum sedulo quod Iudas, qui frequenter aliās nomine traditoris infamatur, hic apostolatus quoque, titulo sublimi tradidit: Ecce (inquit) Iudas Scarioth vnus ex duodecim Iudas Scarioth non vnus ex infidelibus Aethaniceis, non vnus ex Iudaeis hostibus, non vnus, ex discipulis Christi gregarijs (quod ipsum tamen quis potuisset credere) sed vnus (proh pudor) ex Christo lectis Apostolis Dominum sustinet tradere capiendum & ipse fieri captorum Dux.

Habēt hoc loco, quod discat oēs qui finguntur magi.

defendi (si mori nollet) aut villo mortali præfido, neque enim defuturum Patrè, si vellet, hoc ipse petere, qui aduersus homunciones istos, qui cum capturi venerant, periclitanti sibi validam & inuictâ aciem Angelos è cœlo mitteret. Primum igitur (vt dixit) ferendi zelum obiecta ratione reuerberat. Calicè, inquit quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? Tota vita mea fuit hæc obedienciæ forma & exemplar humilitatis. Quid frequentius docui, quid efficacius: quàm parendû magistratibus, honorem deferendû parentibus, reddèda Cæsari, quæ sua sunt, & quæ sunt sua Deo: & nunc quum absoluedum est opus meum, & summa tandè manus admouenda: telam illam pulcherrimâ, quam tam diu texui, tu me vis scilicet reiecto calicè, què pater porrigit, illicet totam rētēre & filiû hominis, Patri non obedire Deo? Deinde Petrum docet peccatū esse percutere gladio, atque id exemplo docet legum etiâ seculariû. Omnes enim (inquit) qui acceperint gladium, gladio peribunt. Si quis enim absque legitima potestate vel gestare gladiû deprehenderetur occidendi hominis causa: Romanis legibus, quibus iam & Iudæi suberāt, eo fere loco habebatur, quod is qui occidisset. Quanto igitur ad id accedit propius, qui & educit & percutit? Neque enim tum Petrû putauerim in trepida illa consternatione tam circumspectum: vt de industria vitato Malchi capite ipsam tantum collimarit auriculâ, vt non occideret scilicet, sed perterrefaceret. Quod si quis forte contendat, cuiquē esse licitum adhibita etiam vi, grassatores noxios ab innocente depellere: longiorem ea res disquisitionem postulat, quàm hic locus commodè possit ferre. Certè quâquam affectus in Christum pius fecit, vt Petrus percussit excusatus: legitimâ tamen ei de iussu pugnandi potestate, abunde declarat illud, quod olim Christus eû tam seuerè monuerat: ne passionem eius & mortem non solû nulla vi, sed ne verbo quidem niteretur impedire.

Post hæc ex eo quoque Petri retundit impetum, quod eius defensionem docet rem esse superuacaneam.

An putas (inquit) quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquàm duodecim legiones Angelorum?

De sua potestate subicit, de Patris in se favore gloriatur. Siquidem dum ad mortè tenderet, noluit de semet loqui sublimia, neque tû prædicare cum Patre sibi potestatem parè, sed vt declararet neque Patris neque mortalis cuiusquam auxilijs indigere, auxilium cœlitum indicat (si vellet poscere) præsto futurû protinus ab omnipotente Patre. An putas (inquit) quia non possum rogare Patrè meû, & exhibebit mihi modo plusquàm duodecim legiones angelorû? Perinde ac si diceret: Si id de te docere nõ potest auxilio tuo nõ egere me, quod

totam turbam hanc (aduersus quam si me sperares tuis te viribus posse defendere, miserabiliter insanires) oculis me vidisti tuis, absque tactu, sola voce prosternere: at recogita saltè tecû, cuius meû filiû esse cõfessus es, quâ querenti mihi: Vos quem me esse dicitis, è cœlo doctus ilico respondisti: Tu es Christus filius Dei viui. Ergo quum Dei me filiû esse, ipsius reuelatione cognoscis, quumque nescire non possis, mortales parentes filijs suis non deesse: putas quod si mori mea sponte non vellè, cælestis Pater meus vellet deesse mihi? Putas quod si id vellem rogare, non esset exhibiturus mihi plusquam duodecim legiones Angelorum: nec id procrastinaturus, sed representaturus modo? Aduersus quot legiones Angelorû quò modo posset cõsistere misera ista cohors hominonû? qualium legiones decies duodecim nõ auderent in vnius Angeli vultû iratum respicere. Post hæc rursum Christus ad primum reuertitur, vt in quo præcipua vis negocij verteretur.

Quo modo ergo (inquit) implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri?

Plenæ sunt scripturæ vaticinijs de Christi morte, plenæ passionis eius & redẽptionis humanæ mysterijs, quæ non nisi Christi passione futura fuit. Ne Petrus ergo aut alius vnquam quisquam tacite sic nullaret secum: Si potes Christe tot à Patre legiones impetrare, quare non petis? ait: Quo modo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? Quum ex scripturis intelligas vnâ hâc esse viam iustissimâ Dei sapientia decretam, qua genus humanum perditam instauraret ad gloriam: si ego nunc rogare efficaciter, vt morti me Pater eriperet, quid aliud facerem, quàm id ne fieret, niterer, quod facturus veneram. Nam Angelos propugnatores è cœlo deuocare mihi, quid aliud fuerit: quàm totum genus humanum (quod venio redempturus in cœlestem gloriam) è cœlo prorûs excludere? Non ergo nunc aduersus Iudæos impios gladius depugnat tuus, sed impugnat potius vniuersum genus humanum: quando scripturas impleri vetas, & calicem, quem dedit mihi pater (quo narturæ labem ipse labis expertus & immunis expurgem) non vis vt bibam illum. Sed nunc vide mitissimum Christi peccus, qui non satis habuit percutientem compescere: sed vt nobis daret exemplum reddendû pro malo boni, decussam persecutoris auriculam tetigit ac restituit sanam. Nullum, opinor, corpus tam plenum est anima sua, quàm sacræ scripturæ litera spiritualibus plena mysterijs. Siquidem vt nullam in corpore partem datur tangere, cui non inest anima, quæ vitam sensumquè præbet particulæ: sic nulla est in scriptura tota tam crassa & corporea (vt ita loquar) historia, qui spiritali viuat animata mysterio. Nõ est ergo quod in aure Malchi præcisa Petri gladio,

rursusquè,

rursusquè, Christi manu restituta solâ spectemus historiam (ex qua tamè ipsa possumus salutaria documenta discere) sed inspiciamus præterea velatum sub historiæ litera salutare sacramentum spiritus. Malchus igitur quum in Hebræa lingua significet, quod in Latina Rex: rationè nobis non absurde figurat. Ratio enim tanquæ Rex regnare debet in homine, regnatquæ vere, quum in obsequium fidei se captiuas Deo seruit, cui seruire, regnare est. Pontifex verò qui cum sacerdotibus suis, cum Phariseis & Scribis & Senioribus populi deditus erat superstitionibus prauis, quas cum lege Dei miscuerat, & prætextu pietatis oppugnabat pietatem, & veræ religionis autorem studebat amoliri: rēdè nobis representant cum suis sequacibus, impios hæresarchas pestiferæ superstitionis antilites. Rationalis igitur animus quoties aduersus veram Christi fidem insurgēs semet addicit hæresibus: fugitiuus Christi, hæresarchæ seruus efficitur, cuius errores deuio à demone seductus insequitur. Is ergo sinistra seruanus qua sinistra aufcultat hæreses, qua fidem audire veram debet, dextra perdit auriculam: sed non eodem affectu semper, nec semper effectû pari. Interdum enim animi destinata malicia quidem se vertunt ad hæreses. His auricula non impetu præscinditur, sed mora sensimquè, diabolo suum virus inspirante putreficit, & concretis purulētis partibus (ne quid intus penetrare possit boni) θρόυς & meatus obturat. Tales, heu miseri, vix vnquam redduntur integri. Partes enim quas cancer depascēs excedit: funditus interierunt, nec restat, quod reponatur quiddam. Auricula verò subito præcisa impetu, quæ non satis circumspecto zelo tota rotatur in terram, designat eos, qui quodam affectu repentino victi falsa veritate auertuntur à vero, quidam etiam decepti bono zelo, qua de re loquitur Christus: Erit tempus, quum omnis qui vos persequitur, arbitretur obsequium se præstare Deo.

Talium typum Paulus referebat Apostolus. Quidam verò terrenis affectibus inturbata mēte autem à cœlesti doctrina præcisam facere patiuntur in terra. Sed talium miseriam sæpe miseratur Christus, aurēquè subito impetu aut in expèso zelo decussam sua manu tollit de terra, capiti què suo tactu reglutinat & aufcultandæ doctrinæ veræ rursus reddit idoneam. Scio ex hoc vno loco per antiquos Patres, dū alius aliud reperit, sancti Spiritus adiuuante gratia eruta diuersa mysteria: sed mihi propositum non est omnia recensere, quæ res historiarum feriem hiato nimio didiceret.

Dixit autem Iesus ad eos qui venerant Principes sacerdotum & magistratus templi & Seniores: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & sustibus comprehendere me: quum quotidie sterim vobiscû in templo, & sedebâ docēs, et nõ me tenuistis. Sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.

Dixit ista Christus ad eos, qui venerant principes Sacerdotû & magistratus templi & Seniores. Sed hic nonnullis iniicit scrupulum, quod Lucas Euāgelista commemorat Iesum hæc ad principis sacerdotum & magistratus templi & Seniores populi dixisse: quò reliqui Euāgelistæ sic rem recensent, vt non ipsos quidem venisse, sed cohortem scribant & ministris misisse.

Hunc nodû ita soluunt aliqui, quod Iesus illis quidè dixit, quum eis diceret, quos illi miserant. sic enim solent & Principes inter se per Legatos loqui, & priuati passim per internuncios. Ita domino dicimus, quicquid eius ad nos ministro misso narramus, quod illi narretum sibi, vicissim renunciant hero. Ego certè (quanquam hoc responsum non improbo) libentius tamen illorum accedo sententiæ, qui sentiunt Christum ista cominus principibus sacerdotum, magistratibus templi & senioribus populi ore ad os locutû. Lucas enim non ait Christum hæc ad omnes sacerdotum principes neque ad omnes templi magistratus, nec ad omnes populi seniores hæc dixisse: sed ad eos tantum, qui venerat. Quibus verbis aperte satis videtur indicare, quod quanquam ab vniuersis pariter collectis in concilio cohors & ministri ad comprehendendum Christum, communi nomine destinati sunt: ex omni tamen ordine tam Seniorum, Phariseorû, quàm Principum aliqui venerunt simul, quæ sententia cum Lucæ verbis adamussim congruit, & ex Euāgelistis reliquis, nullius narrationi repugnat. Principes ergo Sacerdotû, Phariseos & Seniores populi compellans Christus, tacite commonet eos, ne suis ipsorum viribus aut solertiæ deputarent, quod eum tum comprehenderent: nève rāquam re callidè & versutè gesta (quod infeliciter foelices in malo solent) stolidè gloriarentur. Non enim ipsorum stultè commentas machinas (quibus veritatem laborabant opprimere) contra ipsum potuisse quiddam promouere: sed profunda Dei sapientia prouisum & statutum tēpus, in quo princeps huius mundi, generis humani male partam prædam, dum per nefas retinere studet, falsus, per fas amitteret. Nam alioqui docet Christus, quàm nihil illis opus fuerat proditoris operâ emere, nõ est venire cum laternis & facibus, cû cohorte globatos aggredi, gladijs armatos & sustibus, què toties poterat absquè sumptu, sine labore, nulla noctis vigilia, nullo armorû strepitu, sedentè & docētē in templo comprehendere. Quod si gloriarentur secum velut prouidenter ab ipsis re disposita, dicant quæ (quod Christus ostendit fuisse facile) valde fuisse difficile, nec potuisse confici, nisi magno cum periculo propter tumultum populi: bona pars eius discriminis nuper emergerat refuscitato Lazaro. Nā prius haud semel vsu venerat, vt quanquam propter virtutes amaretur admodum & valde suspicere-

Ioan. 11.

tur à

aut dicere quidquam cogere, quod honori Christi posset aduersari: relicta syndone nudus aufugit ab eis. Fecit huic adolescenti simile aliis olim adolescentis prior, sanctus & innocens patriarcha Ioseph, in sine documentum posteris, non secius ab incestu stupri periculo, quam ab inextincta ege fugiendum. Illum enim, quod esset facie pulchra & decoro aspectu, Putipharis vxor, cuius domui feruus prefectus est, oculis in eum coeectis adamauit, eoq. furoris tandem insana libidine percita prouehitur: vt non vultu tantum verbiq. impudens vltro se iuueni offerret, abhorrentemq. illiceret, sed & detrectanti manibus iniectis, prehensa veste, viro mulier (pro pudor) inferret vim: at ille, qui mori mallet, quam nefarium scelus admittere sciretq. simul, quam periculosum sit, contra preceptum veneris copiam inire coeectura, nec illa tutius quenquam posse, quam fugiendo vincere: in adultere manu relicto pallio, celeri fuga sese proripuit foras. Ceterum nobis (quod institui dicere) non pallium, non toga, non tunica, non aliud euismo diu estimatum corporis: sed animam quoq. vestis corpus ipsum, potius quam flagitiu admittamus, abijciendum est. Nam si id studemus peccado seruare, perdimus, & animam simul amittimus: sin ob amore Dei patienter sustinemus amittere, quemadmodum anguis pelle veteri, quem opiorum Senectam vocant, spinis & tribulis affricata exiit, & relinquens in sepibus nitidus & iuuenescens egreditur: ita nos Christi consilium sequentes, prudentes scilicet sicut Serpentes effecti, corpus hoc veruatum, velut anguinam senectam inter spinas tribulationis effricatum ob amore Dei relinquens in terris, nitidi nimirum & iuuenes nunquam post illa senfuri seniu, prope subuehemur in caelum.

DE CHRISTI CAPTIONE.
Tunc accesserunt & manus iniecerunt in Iesum.

THOMAS MORVS IN HOC OPERE VLTERRIVS

PROGRESSVS NON EST, HACTENVS ENIM CVM

ESSET PERVENTVM, OMNI NEGATO. SCRIBENDI

instrumento, multo arctius quam antea in carcere detentus: non ita multo post

prope turrim Londinensem loco consueto securi percussus est. Secundo

Nonas Iulij, Anno Domini supra millesimum quingentesimo

tricesimo quinto; Regis vero Henrici

octaui vicesimo septimo.

QVOD PRO FIDE MORS

FUGIENDA NON EST, AVTHORE

THOMA MORO, DVM IN ARCE

Londinensi detineretur, Anno Domini

M. D. XXXIIII.



VITA per offensam Dei seruata, erit ei qui sic se seruauerit odibilis. Nam qui sic vitam tuam seruaueris, rube posttridie vitam tuam odio habebis, & dolebis vehementer mortem te non pertulisse pridie. Nam restare

Cohors autem & Tribunus & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & tenentes ligauerunt et adduxerunt eum ad Annam primam, erat enim socris Caiaphae. Erat autem Caiaphas, qui consilium dederat Iudeis, quia expediret unum hominem mori pro populo. Et conuenerunt in unum omnes sacerdotes, Scribae, Pharisei & Seniores.

Quo tempore primum in Christum manus iniecta sunt, sententiae Doctorum variant: dum ex Euangelistarum de re concordia, sed in recenti modo variantium (quippe quod vnus anticipat, alius intermissum repetit) ex interpretibus nihil historice veritati derogantes, nihil praediuicantes inuicem alius aliam coeecturam sequitur. Matthaeus siquidem ac Marcus eo re recentem ordine vt liceat coeectere protinus post osculum Iudae, manus iniectas in Iesum, eamque coeecturam quae alij Doctores Ecclesiae non in celebres, tum vir egregius Ioanes Gerson in eo opere, cui titulum fecit *Μοῦνη Ἰουδαίου* (quod opus eius dum Palsionis ordine percetero, ipse quoque in praesenti potissimum delegi mihi) coeectat, & historia contextendo sequitur. Quo vno in loco tamē ipse deflectens ab illo secutus eos sum (qui quidem & ipsi celebres Autores sunt) qui ducti ex Lucae & Ioannis narratione coeecturis valde similibus veris esse post, osculo dato, regressum ad cohortem, & Iudeos Iudae, post protrata Christi sola voce cohortes, post amputata sanataque: rursus ferui summi sacerdotis auriculam, post cohibitos, ne pugnant, reliquos, post increpitum, qui pugnant Petrum, post coepellatos iterum qui tum aderant magistratus Iudeorum denuntiamque, quod ante non poterant, capiendum coeectam facultate, post apostolos omnes elapsos fuga, post adolescentem, qui, quantum caprus, teneri tamen non potuit, alacri nuditate seruatum, tum demum primum manus iniectas in Iesum.

tibi mortem recordaberis, quae qualis futura sit nescis, neque, quam cito ventura. Et merito habes metuere, ne mortem sic dilatam sequatur inferorum tormenta, ubi desiderabit homines mori, & mors fugiet ab eis, quum ea mortem quam fugisti, secutura fuerint aeterna caelorum gaudia.

PRECATIO

EX PSALMIS COLLECTA, PER THOMAM MORVM, IN ARCE LONDINENSE AGENTEM, Anno Domini: M. D. XXXIIII. Cui ipse hunc titulum posuit: Imploratio diuini auxilij, contra tetrationem, cum insultatione contra demones, ex spe & fiducia in Deum.



DOMINE quid multiplicati sunt Psal. qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt anime meae, non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.

Ego dormiui, & soporatus sum: & exurrexi, quia dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me, exurge domine, saluum me fac Deus meus.

Domine deduc me in iustitia tua, propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. Psal. 5.

Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, iudica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis: secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine.

Et letentur omnes qui sperant in te, in aeternum exultabunt, & habitabunt in eis.

Domine vt scuto bona voluntatis tuae coronasti nos.

Domine Deus meus in te speraui, saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me. Psal. 7.

Nequando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.

Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Persequitur inimicus animam meam vt comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluere deducat.

Arcu suu tetendit, & parauit illum: & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus efficit.

Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effudit eum, incidit in foueam quam fecit.

Conuertetur dolor eius in caput eius, et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor domino socium iustitiam eius: & psallam nomini domini altissimi.

In pace in idipsum dormiam & requiescam.

Quoniam tu domine singulariter in spe constitisti me. Z ij Miserere

Pfal. 9. Misere mei Domine, vide humilitatem meam de inimicis meis.
 Et sperant in te, qui nonerunt nomen tuum domine, quoniam non dereliquisti querentes te domine.
 Et factus est dominus refugium pauperi, adiutor in oportunitatibus in tribulatione.
 Vt quid domine recessisti longe, despicis in oportunitatibus in tribulatione?
 Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.
 Exurge domine Deus, exaltet manus tua, ne obliuiscaris pauperum.
 Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.
 Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: preparationem cordis eorum audiuit auris tua.
 Dominus in templo sancto suo, dominus in caelo sedes eius.
 Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebra eius interrogant filios hominum.
 Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.
 Domine Deus meus in te speraui, saluum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.
Pfal. 11. Vsq̄uequo domini obliuisceris me in fine? vsq̄uequo auertis faciem tuam à me?
 Quamdiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?
 Vsq̄uequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me domine Deus meus.
 Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, praeualui aduersus eum.
 Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.
 Exultabit cor meum in salutarituo: cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini domini altissimi.
Pfal. 15. Conferua me domine, quoniam speraui in te: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.
Pfal. 16. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.
 Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.
Pfal. 15. Prouidebam dominum in conspectu meo, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.
 Propter hoc letatū est cor meū, et exultauit lingua mea, in super & caro mea requiescet in spe.
Pfal. 17. Tu illuminas lucernam meam Domine Deus meus, illumina tenebras meas.
 Quoniam in te eripiar à tentatione, in Deo meo transgrediar murum.
 Deus meus impoluta via eius, eloquia domini igne examinata, protector est omnium sperantium in se.
 Quoniam quis Deus praeter Dominum, aut quis Deus praeter Deum nostrum.

Ego autem sum vermis & non homo, opprobrius hominum, & abiectio plebis.
 Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput.
 Tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meae, in te proiectus sum ex utero.
 De ventre matris meae Deus meus es tu, ne discesseris à me.
 Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuat.
 Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice.
 Et si ambulauero in medio vmbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.
 Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.
 Ad te domine leuavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam.
 Neque irideant me inimici mei, etenim vnuerfi qui sustinent te non confundentur.
 Delicta iuuentutis meae & ignorantias meas ne memineris.
 Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine.
 Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo, multum est enim.
 Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.
 Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt, de necessitatibus meis erue me.
 Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte vnuerfa delicta mea.
 Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?
 Dominus protector vitae meae, à quo trepidabo?
 Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.
 Si exurgat aduersum me prelium, in hoc ego sperabo.
 Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitae meae.
 Vt videam voluptatem domini, & visitet templum eius.
 Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te, misere mei, & exaudi me.
 Tibi dixit cor meum, Exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram.
 Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à seruo tuo.
 Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.
 Credo videre bona domini in terra viventium.
 Expecta dominus, viriliter age: confortetur cor tuum, & sustine dominum.
 Ad te domine clamabo, Deus meus ne sileas: ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.
 Psallite domino sancti eius, & consistimini memoriae sanctitatis eius.

Quoniam

Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.
 Ad vesperam demorabitur fletus, et ad matutinum letitia.
 Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.
 Ad te domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.
 Quae utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem.
Pfal. 30. In te domine speraui, non confundar in aeternum, in iustitia tua libera me.
 Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me.
 Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias.
 Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, et propter nomen tuum deduces me, et enutries me.
 Educas me de laqueo quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
 In manus tuas domine commendo spiritum meum, redemisti me domine Deus veritatis.
 Misere mei domine, quoniam tribulor, conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & veter meus.
 Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.
 Infirmata est in paupertate virtus mea, et ossa mea conturbata sunt.
 Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, vicinis meis valde, & timor notis meis.
 Qui videbant me foras fugerunt à me: obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde.
 Factus sum tanquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.
 In eo dum conuenirent simul auersum me, accipere animam meam consiliati sunt.
 Ego autem in te speraui domine, dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meae.
 Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua domine, non confundar, quoniam inuocaui te.
 Quam magna multitudo dulcedinis tuae domine, quam abscondisti timentibus te.
Pfal. 32. Ecce oculi domini super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.
 Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.
 Anima nostra sustinet dominum, quoniam adiutor & protector noster est.
 Quia in eo letabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperauimus.
 Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.
Pfal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur.
 Immitteret angelus domini in circuitu timentium

eum, & eripiet eos.
 Gustate & videte, quoniam suavis est dominus, beatus est vir qui sperat in eo.
 Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.
 Diuites egerunt & esurierunt, inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.
 Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit.
 Filij hominum in regimine alarum tuarum sperabunt, inebriabuntur ab vbertate domus tuae.
 Quoniam apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbimus lumen.
 Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.
 Quoniam sagitta tua infixae sunt mihi, & confringasti super me manum tuam.
 Non est sanitas in carne mea à facie irae tuae, non est pax osibus meis à facie peccatorum meorum.
 Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum, et sicut onus graue grauatae sunt super me.
 Patruerunt & corruptae sunt cicatrices meae à facie insipientiae meae.
 Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar.
 Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.
 Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.
 Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.
 Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est meum.
 Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt.
 Et qui iuxta me erant de longe steterunt, & vim faciebant qui querebant animam meam.
 Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.
 Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.
 Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo red arguiones.
 Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine Deus meus.
 Quia dixi, Nequando supergaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.
 Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.
 Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.
 Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquum.
 Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.

Z. iij Ne de-

Ne derelinquas me domine Deus meus, ne discesseris à me.
 Intende in adiutorium meum, domine Deus salutis meae.
 Pſal. 38 Dixi, Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.
 Posui ori meo custodiam, cum confisteret peccator aduersum me.
 Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis, & dolor meus renouatus est.
 Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.
 Loquutus sum in lingua mea, notum fac mihi domine finem meum.
 Et numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid defuit mihi.
 Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.
 Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.
 Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.
 Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea.
 Et nunc que est expectatio mea? nonne dominus? & substantia mea apud te est.
 Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti dedisti me.
 Obmutui, & non aperui os meum: quoniam tu fecisti, amoue à me plagas tuas.
 A fortitudine manus tuæ ego defeci, in inreparationibus propter iniquitatem corrupuisti hominem.
 Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius, veruntamen vane conturbatur omnis homo.
 Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas.
 Pſal. 39 Ne sileas: quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.
 Remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero.
 Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas.
 Multa fecisti tu domine mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.
 Tu autem domine ne lōge facias miserationes tuas à me, misericordia tua & veritas tua susceperunt me.
 Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui vt viderem.
 Multiplicate sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me.
 Complaceat tibi domine, vt eruas me: domine ad adiuuandum me respice.

Exultent & letentur super te omnes quærentes te, et dicant semper, magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.
 Ego autem mendiculus sum & pauper, dominus sollicitus est me.
 Adiutor meus & protector meus tu es, Deus meus ne tardaueris.
 Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.
 Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quædo veniam, & apparebo ante faciem Dei?
 Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?
 Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum Dei.
 In voce exultationis & confessionis sonus epulantis.
 Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?
 Spera in Deo, quoniam adhuc constebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.
 Ad me ipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij à monte modico.
 Abyssus abyssum inuocat in voce catæ aræ tuarum Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transfierunt.
 In die mandauit dominus misericordiam suam & nocte canticum eius.
 Apud me oratio Deo vitæ meae, dicam Deo, Susceptor meus es.
 Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?
 Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.
 Dum dicit mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus.
 Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?
 Spera in Deo, quoniam adhuc constebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.
 Deus noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus quo inuenerunt nos nimis.
 Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.
 Sonuerunt & turbatae sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.
 Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.
 Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam Deus mane diluculo.
 Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.
 Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.
 Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.
 Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.
 Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.
 Ecce enim veritatem dilexisti: incerta occulta sapientia tua manifestasti mihi.
 Asperges me hyſſopo, & mundabor: Lauabis me, et super niuem dealbor.
 Auditui meo dabis gaudium & lætitiā: & exultabunt ossa humiliata.
 Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
 Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.
 Ne proicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.
 Redde mihi lætitiā salutaris tui: & spiritu principali confirma me.
 Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.
 Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meae: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.
 Domine labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam.
 Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtique holocaustis non delectaberis.
 Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum, Deus non despicies.
 Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, vt edificentur muri Hierusalem.
 Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.
 Pſal. 54 Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam, intende mihi et exaudi me.
 Cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me.
 Timor & tremor venerunt super me, & contexterunt me tenebræ.
 Et dixi, Quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo & requiescam?
 Iacta super dominum curam tuam, et ipse te enutriet.
 Pſal. 61 Nonne Deo subiecta erit anima mea ab ipso enim salutare meum.

Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius.
 Quousq; irruitis in hominē interficitis vniuersi nos, tanquam parieti inclinato, & in iceria depulsa? Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea.
 Quia ipse Deus meus & saluator meus, adiutor meus, non emigrabo.
 In Deo salutare meum, & gloria mea, Deus auxiliij mei & spes mea in Deo est.
 Sperate in eo ois congregatio populi, effundite coram illo corda vestra, adiutor Deus noster in æternū.
 Semel locutus est dominus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia, quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua.
 Deus Deus meus ad te de luce vigilo.
 Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.
 In terra deserta, inuis, & in aquosa, sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.
 Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
 Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas.
 Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.
 Sic memor sui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia suisti adiutor meus.
 Et in velamento alarum tuarum exultabo: adhaesit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
 Ipsi vero in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terra, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.
 Rex vero latabitur in Deo: laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.
 Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.
 Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.
 Conſiteantur tibi populi Deus, conſiteantur tibi populi omnes.
 Latentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra diriges.
 Conſiteantur tibi populi Deus, conſiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.
 Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terra.

FINIS.